Bibliothèque numérique
medic@

Constantin l'Africain / Constantinus Africanus. Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae doctus, sedulus suit lector, medicorum nulli prorsus, multis doctissimis testibus, posthabendi opera, conquisita undiq(ue) magno studio ...

Basileae : apud Henricum Petrum, 1536.
Cote : 128

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?00128x01

©BIUM

CONSTANTINI

AFRICANI POST HIPPOCRATEM ET GALENVM, QVOrum, Græcę linguæ doctus, ſedulus fuit lector, medicorū nulli prorſus, multis doctiſſimis teſtibus, poſthabendi opera, cōquiſita undiq; magno ſtudio, iam primum typis euulgata, præter paucula quędam quæ impreſſa fuerūt, ſed & ipſa à nobis ad uetuſtiſſimorum exemplarium manuſcriptorum ueritatem tanta cura caſtigata, ut huius autoris antehac nihil æditum cenſeri poſſit. Librorum ægrotis & medicis utiliſſimorum maximeq; neceſſariorum catalogum hæc pagina uerſa & prima epiſtola demonſtrabunt.

BIBLIOTHECA MEDICA

BASILEAE APVD HENRIcVM PETRVM.

1536

©BIUM

CATALOGVS LIBRORVM CONSTANTINI AFRICANI.

De morborum cognitione & curatione	Lib.	VII.
De remediorum & ægritudinum cognitione	Lib.	I.
De urinis	Lib.	I.
De ſtomachi affectionibus affectionibus	Lib.	I.
De uictus ratione uariorum morborum	Lib.	I.
De melancholia	Lib.	II.
De coitu.	Lib.	I.
De animæ & ſpritus diſcrimine	Lib.	I.
De Incantatione & adiuratione colliq; ſuſpenſione	Epiſt.	I.
De mulierum morbis	Lib.	I.
De chirurgia	Lib.	I.
De gradibus ſimplicium	Lib.	I.

D. D. CLET CANCELLARIO REVER. EPISCOPI BAS. uiro doctrina & uirtute incomparabili, Henricus Petrus S. D. P.

Ræstantissime uir quũ nuper mihi cum primę nobilitatis & fortitudinis uiro Thoma Scholero à Leimen, qui effusissime omnes uiros præclaros amat & p̃dicat, est enim ὅμοιον ὅμοιον φίλον, sermo èsset de doctis simulq; in administrandis rebus publ. idoneis felicibusq;, te multis quos ego nominabam unum opposuit præposuitq;. Incredibiliter cõmouit me sua de te oratione & opinione in amorẽ tui. Accessit ad cõmouendum animũ meũ familiaritas tua quę tibi iam olim cũ maioribus meis, auo, parẽte, & alijs meis cognatis fuit nõ uulgaris. Iccirco quo ego testarer hanc erga tuam humanitatem animũ uisa est mihi oblata occasio in ædendo autore hoc Constantino, quid enim magis decet quàm fide, eruditione, experientia, summum autorem dedicare optimo, eruditissimo, prudentissimoq; uiro, maxime cum sciam te esse φιλιατρὸν, medicosq; optimos quosq; diligentius, & quàm uulgus medicorũ, euoluere. Habes in hoc igitur medico uno, quæ in multis non potes habere, aut saltem nõ tanta sinceritate, & tradendi ordine, cuius quidẽ paucula quædam fuerunt impressa ante multos annos, quæ autor si reuixisset uix agnouisset, nos uero nacti exemplaria autoris tempore scripta integrum in lucem sub tui nominis patrocinio medicinę amatoribus damus. In primis septem libris totius corporis morborum causam, naturam, indicationes, curam & remedia tradit, ut nihil uideatur medico, præter hos libros, opus esse, in quibus emendandis quid operę collocaueri-mus, ipsa res indicabit. De urinis cum maiori apparatu multa scripta extãt, sed hoc autore nemo utilius scripsit. Item in opere de stomacho operam dedit ne scriberet quæ passim obuia sunt in alijs libris. Et idem consiliũ & institutum uidetur habuisse in libro de ratione uictus. Nec putãt optimi medici qui uiderunt, prẽstantius esse scriptũ quicquã de melancholia, tam diligens est in colligẽdis omnibus melancholici morbi speciebus, proprijsq; differentijs, tamq; sedulus est in querẽdis remediorũ prẽsidijs. De Venere quid prosit quidq; obsit ita quoq; scripsit, ut quilibet paulò emunctioris naris facile uideat per omnia lectoris utilitati, nusquam odiosæ ostẽtationi studuisse. Quæ aũt scripsit de anima & spiritu nemo tam niger est ut negare possit, non frustra post magnos illos ueteres autores Platonẽ, Arist. Galen. scripsisse. Porrò in incantionibus & adiurationibus qui desiderat scire quid superstitiose ua-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 3 sur 404

núm,quid non omnino cõtemnendum, quid abſurdum, quid rationem habeat,hunc legat, formabit,opinor,pulchre iudicium ad hęc diſcernenda. In quibus rebus maximi perſæpe uiri hallucinãtur cœcutiuntq;, adeò ut ab ingenioſioribus illiteratis ruſticis rideantur. Mulierũ morbos ita tractauit,ut exiſtimetur ſingulariter propenſa uoluntate uoluiſſe infirmo ſexui conſulere. Ne quid autem operi abſolutiſſimo deeſſet χειρουργίαν ita docet, ut in anatomicis ſpeculationibus ſolum uerſatus cenſeri poſſit. Poſtremo qualitatum in ſimplicibus gradus tam luculenter demonſtrat, ut res quæ etiam acutiſſima ingenia ſolet ſua difficultate uincere,iam harum rerum ſtudioſo cuilibet pateat. His maioribusq; quàm uerbis cõſequi poſſim dotibus cum ſit præditus hic autor, antehac nõ typis,exceptis pauculis, excuſus, uiſum eſt mihi tuę excellentiæ conuenire, qui omni genere literarum & diſciplinarũ es peritiſſimus,ut dolendum quidam docti cenſeant te rerum publicarum curis occupari impediriq;,ut nõ totũ, quantus quantus es deditum liceat eſſe muſis,poſſes enim rem literariam,abſq; controuerſia,iuuare ut qui maxime,nihilq; cederes polygraphis illis,ſi aut uoluiſſes aut negotia comodaq; publica permiſiſſent libros ſcribere. Quum oratoribus non dico huius ſeculi,ſed ueteribus per omnia cõferri poſſis. Et carmine docto feliciſſimus ſis,polleasq; quantũ optimus poëta. De tua iuris ſcientia,quam profeſſus es multos iam annos magna mortaliũ utilitate nihil dico,ne ſi uera dixero, uidear adulari, ſi nõ ſatis pro rei dignitate prędicauero,cuipiam uidear de induſtria minuere uoluiſſe. Fit certe his tot ornamentis ut tu uiciſſim decori ſis principi tuo Philippo à Gundeltzheim, qui te omnibus ornamentis cumulatim ornat, quiq; ſui ordinis principes omnes longo interuallo poſt ſe relinquit, moderatione animi,iuſtitia & lenitate erga ſuos omnes, quibus nominibus nulli eius locis bene audiunt,niſi qui tales etiam à conſiliis habent,quibus ius diuinum & humanum non ſolum cognitum, ſed etiam cordi eſt. quiq; non πέρκω σάνδιν interrogati incontrouerſijs cauſisq; pub. ſed uerum & iuſtum iudiciũ reſpondere ſciunt & audẽt. Sed ne longior detinendo te Doctiſſime Luca occupatiſs. in publica commoda peccem, finiendum eſt mihi epiſtoliũ. Vale igitur & uiue quàm diutiſſime feliciter incolumis.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 4 sur 404

©BIUM

INDEX
EORVM QVAE OPE/ ri ſparſim inſunt.

A

ABominationis medicina triplex eſt 74
Abominationis medici/ na 79
Abrotanum 363
Abſinthium 344
Abſinthiȝ contra ebrietatem uis 18
Acacia 351
Acetum cũ aqua marina occidit pedi/ culos 7
Acetũ, ſal & aqua occidit pediculos 7
Acorus 355
Aes uſtum 383
Agaricus duplex eſt 346
Agnus caſtus 378
Allium duplex eſt 382
Aloës tria ſunt genera 354
Alopecia quid & unde naſcatur 1
Alopecię cura 1
Alumen 382
Ambra quid 357
Ameos 369
Amomum 376
Amoniacum 379
Amor quid & unde ac in cerebro na/ ſcitur 18
Amoris ſubſidium 18
Amatores ſe ab ebrietate caueant 19
Amatorum forma 18
Amoris cura 18 & 19
Amygdalę 365
Anacardina potio propria medicina le thargiæ 12
Anacardi 382
Anethum 363
Angina 43 & 173
Angina laborantium dieta 173
Anhelitus 27
Anhelitus paruus & tardus 58
Anheloſus totum corpus moueat tri/ bus modis 58
Anima quid 312
Anima ſubſtantia incorporea & mo/ uet corpus 313
Animę pfectio duobus modis eſt 314
Anima uirtutes & uitia recipit 312
Animæ & ſpiritus differentia 316
Animæ uirtutes tres 315
Animã corpus ſeqt̃ ſuis actionib. 283
Animæ labor melancholiam facit 286
Animæ uitalis rationaliſcꝫ actiões me/ lancholiam procreant 285
Animæ paſſiones ſunt occultæ 285
Ani exitus & mollities 92
Aniſum 376
Antidoti ad dolorem epatis 102 & 103
Antimonium 382
Apertio uenarum tripliciter fit 54
Apium 379
Apoplexia magna & eius cura 22 & 23 & 24
Apoplexia parua epilepſia 20
Appolexiæ cura 20 & 21
Apoplexia & epilepſia nõ differũt 170
Apoplexia 290
Apoplexia quid 20
Apoſtemata uirgæ 125
Apoſtemata teſticulorum 126
Apoſtematũ in carnoſis locis cura 332
Apoſtematis curatio 327
Apoſtemata in ore ſtomachi 235
Apoſtematum curationes 189
Apoſtemata uuluæ 131
Apoſtemata 158
Apoſtema fiſſum 46
Apoſtematum cura 236
Apozemata 107
Appetitiuæ uirtutis paſſio 220
Appetitiuæ uirtutis cauſa 217
Appetitua uirtus 219
Appetitus in epate 299
Appetitus bibẽdi trib. modis aũfert 70
Appetitus mali quantitas 254
Appetitus ſtomachi nõ naturalis 253
Appetitus canini cauſa 255
Appetitus irrationabilis quibus cõtin git 69
Appetitus aquæ extra naturam 257
Appetitus quomodo excitandus 241
Appetitus caninus tribus modis 68
Appetitus defectio 176
Appetitui uinum prodeſt 68
Appetiti defectio 67
Appetitui laborãtib. unctuoſa danda 69

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 5 sur 404

©BIUM

Apum morſus 156
Aqua marina cum aceto occidet pedi-
culos 7
Aquæ appetitus extra naturam 257
Aranea tela defendit quartanam 319
Argentum 348
Argentum uiuum 382
Ariſtolochia 356
Arnogloſſa 355
Arſenicum duobus modis eſt 383
Arthetici 189
Aros 350
Arteriarum inciſio 327
Arteriarum inciſio poſt auriculas 328
Arteriarum inciſio quæ ſunt in tempo
ribus 328
Aſa 373
Aſarum 369
Aſcarides ſolent naſci in inteſtinis 88
Aſinini & pecorini lactis utilitas 13.
& 14
Aſini fimus prodeſt capiti 9
Aſellarum fœtor 66
Aſmaticus 175
Aſmaticorum dieta 280
Aſphodeli 366
Auditus paſſio triplex 31
Auditus porta mentis 31
Auditus diminutio 182
Auditus ablatio 31
Aurium ſi aliquid inciderit curatio 33
Auris oppilationis cura 339
Aurium dolor 32
Aurium tinnitus 31
Aurium ſi ſubito ſanguis exit cura 33
Aurium ſanies 32
Aurum 348

B

Balſamus 356
Balauſtia 362
Barbæ medicina ut naſcatur 2
Bdellium 359
Bedigar 352
Benedicta quibus prodeſt 205
Berberis 364
Beronici 374
Bitumen iudaicum 378
Blanca 204
Bolus 353
Borrago 348
Buliſmi dieta 278

C

Cacollæ 347
Cadmia tribus modis eſt 383
Caducus morbus 20
Calamus aromaticus 357
Calculos habentium dieta 280
Caluities unde 1
Calx 383
Calamenthum 377
Camphora 370
Canales narium humanarũ curtæ 19
Cancri inciſio 334
Canis rabidi morſus 156
Canis nigri pili 320
Canis iecur 320
Caninus appetitus 254
Canini dentes ad quid utile 319
Canini appetitus cauſa 255
Canna 379
Capillus ueneris 349
Capillorum furfura quo pacto medi-
candæ 5
Capillorum aſperitas 3
Capillorum medicina 3 & 4
Capillorum furfura 5
Capillorum amiſſio 3
Capillorum paſſio unde 3
Capillus unde naſcitur 1
Capillorum præſſura 3
Capitis dolor 168
Capitis doloris cura 8
Capitis dolor ex ſtomacho 7
Capitis dolor ex membris ibid.
Caput in quatuor partes diuiditur 7
Carbunculi unde 163
Cardamomi duo ſunt genera 347
Cardamomum 373
Cardiaca non fit niſi ſtomacho & cor-
de laborante 218
Cardiaca 176
Cardiacus morbus 62
Cappares 365
Carnis gingiuarũ ſupfluitatis cura 339
Carui 372
Caſſia fiſtula 346
Caſſia lignea 369
Caſtrati imberbes 122
Catarrhus ad oculos deſcendens 336

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 6 sur 404

©BIUM

Catarrhactarum oculorum cura 338
Cathartici 108 & 193
Caulibus proprium ne fumus uini ad cerebrum ascendat 18
Cauſon 142 & 195
Celſæ cura 339
Celtica 348
Centaurea duplex 362
Cephalæa unde 7
Cerebri paſſio ex cauſa ſtomachi 218
Cerebri inflatio 169
Cerebri paſſio propter melancholiam duobus modis eſt 285
Cerebrum diuiditur in quatuor partes 10
Cerebrum diuiditur in duas diuiſiones 309
Cerui ſtrabonis oculi 319
Ceruſſa 360
Chamædreos 374
Chamepiteos ibid.
Chamomila 346
Chelidonia 381
Chirurgia quid 324
Cholera rufa 311
Cholera rubea quomodo medicãda 8
Cholera nigra in actionibus duplex eſt 283
Cibus omnis triplex 291
Cibus nõ coctus in corpore malos chimos generat 14
Cicuta 376
Cinnamomum 368
Cocognidium 364
Cogitatio unde fit 310
Cognitio unde fit 310
Coire nõ ualentibus medicamẽta 306
Coitum fortificandũ quæ extrinſecus apponenda 307
Coitus prodeſt q̃bus nigra cholera dominatur 18
Coitus in ſe tria habet 299
Coitus cauſa ex quo rigor & triſtitia accidit 304
Coitu utilitas 303
Coitus quibus prodeſt, quibuſq; noceat 302
Coitu contingit rigor & triſtitia 303
Coitus paucitas 122
Colica paſſio 177
Colicam paſſionẽ multi patiuntur 84
Colica paſſio naſcit in quinto inteſtino 84
Colica paſſionis cauſa ſeptiformis eſt 84
Colica paſſio uniuerſalia & ꝓpria habet accidentia 85
Colicã paſſionem curantes errant medici aliquando & in renũ dolore 86
Colicæ & renum uera differentia 86
Colicorum ſigna & cauſæ 86
Colicorum dieta 278
Colocyntha 367
Combuſtionis ignis cura 191
Conceptio mulieris 184
Condiſi 383
Conſtrictorum ad fracturas oſſium & membrorum 332
Contentiua uirtus 219
Contentiuæ uirtutis paſſio 22
Cor aẽrem trahendo carere non poteſt 57
Corallus 354
Corneæ & palpebrarum coniunctiones 337
Corneoli natura 319
Corporis uita ex quatuor uirtutibus eſt 286
Corpori naturali modi duo 314
Corpus ignis incidens 167
Corpus animam ſequitur ſuis accidentibus 287
Coryza extra naturam humiditas 34
Coſtus duobus modis eſt 366
Cranei dolor 11
Cranei cura 11
Creta cũ aceto ſanguini fluxu denaribus prodeſt 35
Crocomagma 205
Crocus 353
Croci ſemen 320
Cubebe 349
Cuſcute diuerſarum uirtutum eſt 346
Cyclaminus 379
Cyminum 375
Cyperum 362
Cypreſſus 350

D

Daucus 370
Δάφνης 370

Dei intentio

©BIUM

Dei intentio in creãdis animaliũ membris tribus modis fuit 93
Dentes perforati 38
Dentes commoti 39
Dentes putridi 38
Dentium colores mutantur 39
Dentium nigredo 174
Dentium fricatio 39
Dentium dolor 37 & 173
Dentium extractio 339
Desideríj ablatio 250
Desideríj potus ablatio 256
Diabete cura 182
Διαβήτην passionem habent renes 118
Diacodion 204
Diacostum 205
Diacyminum 204
Diagnidium 369
Diahermis 284
Diahirundinis 205
Diarheumbarbarum 204
Dialacca 204
Diamargariton 205
Diaporica imperialis 206
Diapraſſion Conſtantini Africani 205
Diarhodon 204 & 205
Diaſulphur 205
Diaſpermaton 204
Diatrion pipereon 206
Dictamnum 380
Digeſtio mala 176
Digeſtiua uirtus 29
Digeſtiuæ uirtutis paſſio 220
Digeſtiuæ uirtutis corruptionis cauſa in ſtomacho 242
Digeſtionis corruptæ cura 244
Digeſtibilis uirtus tria obtinet 92
Digitorum ſuperfluitas 340
Dolor corporis quatuor modis 157
Dormitatio membrorum ex frigiditate 25
Dragagantum 360 & 361
Dragagantum quadruplex eſt 383
Dyſenteria quid & eius cauſa 80
Dyſenteria 177
Dyſenteriã iuuantes trochiſci & confectiones & pulueres 82
Dyſenterię ſignificatiões unde à ſe inuicem differant 81
Dyſentericorum dieta 278

E

Ebrietas uini unde, & quid noceat & ebrietatis cura 17 & 18
Electuaria ualentia ſtomacho 278
Electuarium tuſſientibus utile 202
Elephantiaſis 160
Elphantinum ſtercus 320
Elleborus niger 372
Elleborus albus 371
Emblici 345
Embroca contra omne uulnus ad reſtringendum ſanguinem 332
Empyici 56
Empyicorum dieta 277
Empyicorum cura 174
Endiuia 353
Enula 367
Epar fundamentum ſanguinis 69
Epar duobus modis patitur 92
Epatica digeſtio 98
Epaticorum dieta 279
Epatis paſſio 179
Epatis ſuperioris uenę iunctę ſunt uiis urinæ 95
Epatis paſſio ex cauſa ſtomachi 218
Epatis mala complexio 92
Epatis apoſtemata in duobus locis naſcuntur 96
Epatis oppilatio 94
Epatis paſſionẽ iuuans medicina compoſita 102 & 103
Epatis apoſtemata dura, ſi inueteraſcẽt incurabilia 97
Epatis apoſtemata naſcentia duobus ſunt modis 95
Epatis ſanguinis fluxus multis modis 96
Ephemera febris 139
Epilepſia quid 20
Epilepſia apoplexiæ uicina 20
Epilepſia ueniente creſcente luna humida, deficiente frigida 20
Epilepſiæ cura 20 & 21
Epilepſia 290
Epilepſia pueris duobus modis fit 170
Epilepſia & apoplexia non differunt 170

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 8 sur 404

©BIUM

Epilepsiæ accidentia 20
Epithimata ualentes stomacho 270
Epithymum 368
Erisipela 96
Eupatorium 346
Euphorbium 381
Expulsiua uirtus 219
Expulsiuæ uirtutis passio 222

F

Faciei pustulæ 187
Fastidium quatuor modis fit 73
Fastidium patientibus uomitus & solutio uentris prodest 74
Faucium tumor 340
Fauis genus scabiei incapite 6
Fauis quibus subueniendum 6
Fauus nascitur ex phlegma salso 6
Febris tertiana 195
Febris hemitritæus 199
Febris quotidiana 196
Febris hectica 200
Febris quartana & eius cura 198
Ferrum candens 377
Fidelitas dilectionis fundamentū 18
Fissura manuum & pedum 167
Flos æris 384
Fœtus lubricus 183
Folium 361
Formica quomodo curatur 334
Frontis incisio 336
Fu 348
Fusul 380
Fumus terræ 351

G

Galanga 372
Galbanum 376
Galla 355
Gariophyllum 357
Gariophilatum 363
Gentiana 367
Gingiuarum passiones 40
Glandium oculorum cura 338
Glandulæ extractio 333
Glutiendi difficultas 66
Gonorrhea 124
Gradus simplicium quid 343
Gradus secundus simplicium 354
Gradus quartus simplicium 380
Grandi fissa palpebræ apparens 338
Gulæ apostema 46
Guttata urina 119
Gutturis incisio 340

H

Hæmathites 358
Hæmophthoicorum cura 174
Hæmophthoicroum dieta 277
Hæmorrhois ad medicandum dura 90
Hæmorrhois causa & unde 89
Hæmorrhoides 279
Hæmorrhoidis accidentia 90
Hemicranea 10
Hemicraneę cura 10
Herba omnis tria uitia habet 292
Hermodactyli 379
Herpetis cura 188
Hierapicra Africani 203
Hirundinis sanguis prodest oculis 28
Hyacinthi natura 319
Hyacinthi triplices sunt 352
Humano corpori duo species sunt 312
Hydropisis 180
Hydropisis non est sine passione epatis 100
Hydropisis quid & unde 100
Hydropisin duobus modis curandum 101
Hydropicorum dieta 279
Hydropicorum incisio 341
Hyoscyamum 319
Hyoscyamus 384
Hypericon 379
Hypochondriacos oportet ambulare post cibum 295
Hypochondriacos non oportet curari de cerebro 295
Hypochondriacorum accidentia 288
Hypocistis 375
Hypostasis 109
Hyssopus 371
Hyposarca 100

I

Ictericia duobus modis 109
Icteritia 180
Iectigatio accidens est ex morbis 25
Ignis combustionis cura 191
Ignē corpus incidens 167
Ilei dolor 192
Ileos morbus pestifer & mortalis 84
Ileos causa bifaria 84
Imaginatio unde fit 310

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 9 sur 404

©BIUM

Impetigo duobus modis eſt 162
Impetiginis cura 188
Incantatio quid 317
Indigeſtio 246
Inflatio uuluæ & uirgæ 183
Intellectus unde fit 310
Inteſtini exitus propter uulnus 341
Inteſtinorum anguſtia unde 77
Iris 358
Iſchiatici 185
Iſchiatica paſſio 135

K

Kebuli 345
Kecabre 348

L

Labor quid ac quatuor ſpecies laboris 294
Labor corporis quatuor modis 157
Labrorum fiſſuræ 36
Lacca 362
Lacteridis 380
Lachrimæ unde & earum cura 29
Ladanum 347
Lapis in ueſica duobus modis generatur 117
Lapis in renibus duobus modis generatur 117
Lapis zabuli 362
Lapis in ripa maris Indię inuentum cuius natura 378
Lapides in ueſica pueris naſcuntur 117
Lapides in renibus iuuenibus naſcuntur 117
Lauri radix 320
Laurus 370
Lectorum comminxio 120
Legumina ſunt nocitiua 292
Lentigines unde & quibus contingunt 42
Leonina melancholia 284
Leporina paſſio 337
Leporis pedes 320
Lepra unde 160
Lepræ cura 187
Lethargia 11
Lethargia ſenibus frequenter contingit 12
Lethargiæ propria medicina anacardina potio 12
Lethargię infirmitas 12
Lethargię cura 12. & 13
Lethargia 171
Lethargicorum dieta 276
Lienteria 77
Lienteria 177
Lienteria naſcitur ex defectione uirtutis contentiuæ in ſtomacho 78
Lingua auis 391
Lignum aloës tribus modis 355
Liguſticum 380
Linguę grauedo 36
Linguę tumor 191
Linguę nodus 340
Lippitudo 26
Lippitudinis cura 2. & 27
Liquiritia 347
Lithargyrum 360
Lumbrici 178
Lumbrici ſolent naſci in inteſtinis 88
Lumbrici occidũtur omni re amara 89
Lupi ſtercus maximam proprietatem circa colicam habet 87
Lupinus 352
Lycium 347

M

Macis quid 355
Malua 364
Mamillarum ſuperfluitas 341
Mamillarum apoſtema 65
Mania 290
Manna 347
Manuum fiſſurę 167
Marathri ſemen 364
Maſtiche 354
Matrix clauſa ſi fuerit 322
Matrix ſi ulcerata fuerit 323
Matrix frigida ſi fuerit 322
Matricis dolor 322
Matricis effuſio 322
Matricis ſuffocatio 130
Medicina ſimplex 342
Medicina tribus modis conſtat 324
Medicina mortifera cauenda 153
Melancholia 312
Melancholia unde generatur 281
Melancholia quid, atq; ſpecies duę, accidentiaq; eius 280
Melancholia animę & corpori obeſt pag. 281
Melancholica paſſio 16

Melancho

©BIUM

Melancholica passio triplex est 284
Melancholiæ cura 290
Melancholicis sex necessaria ordinanda 291
Melancholicis qui cibus & fructus nocet 281
Melancholicis coitus prodest & exercitium 293
Melancholicorum cibi tria considerentur 291
Melilotum 349
Membrorum separatio iuncturæ in ossibus 165
Membrorũ fracturæ constrictoria 332
Memithe 361
Menstruæ cessatio 183
Menstruæ naturalis ablatio 127
Menstruæ mulieribus ueniũt decimo quarto anno 127
Menstruis exiens quoq; sanguis 129
Menstruorum multitudo 183
Menta 359
Mentis stupor curatio 13.&14
Mentis stupor duobus modis fit 13
Mentis passio propter melancholiam duobus modis est 285
Mentis stupor maxime delectatur musicis instrumentis 14
Meri iuuamen 66
Mirobalani citrini 345
Morphea quid 161
Morpheę cura 186
Mortifera medicina cauenda 157
Motus quatuor modis 313
Mulieris lac oculis prodest 28.&29
Mulieris lac prodest dolori aurium 32
Mulieris conceptio 184
Mulieris lactis utilitas 17
Mulierum passiones 321
Muscus quid 354
Myrrha 359
Myrtus 350

N

Narium fœtor unde 33
Nasturtium duplex est 284
Naturales uirtutes quatuor sunt 219
Naturalium uirtutum custodia 227
Nenufar 361
Nephreticorum cura 181
Neruorum punctura 190
Neruorum incisio 190
Nigella 375
Nitrum foco non incenditur 320
Nitrum est diuerso modo 384
Nodi extractio 333
Nodus linguæ 340
Nucleus 358
Nux muscata 355

O

Obscuritati oculorum cura 28
Ocimi duo sunt genera 349
Oculcea 352
Oculi digniores partes faciei 26
Oculi sanguinei 29
Oculis sub palpebra superiori pingue dine nascente cura 337
Oculorum continua tenebrositas 30
Oculorũ uisus amissio occasu solis 30
Oculorum grandines 338
Oculorum catarrhactarum cura 338
Oculorum panniculi & albugines 28
Ophthalmia 172
Ophthalmia quid & unde 26
Ophthalmia calidum apostema et eius causa & unde nascitur 26
Ophthalmiæ differentia duorũ ex causa 26
Opium frigidum est 375
Opopanax 373
Origanum 372
Oris morbi 41
Oris pustulæ 191
Oris passio 173
Oris fœtor 42
Orphei dictum 293
Orpheus 19
ὀφθαλμοῖτις 57
Ossium disiunctio 165
Ossium ruptura 165
Ossium fracturæ constrictoria 332
Oxyfœnicia 363

P

Palpebrarum superfluitas 337
Palpebrarum & corneæ cõiunctio 337
Papauer 346
Papaueris nigri semen 286
Paralysis 170
Paralysis cura 171
Parturiendi difficultas 134

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 11 sur 404

©BIUM

Partus duri cura 185
Pediculi unde naſcuntur & eorum cura 7
Pedum fiſſuræ 167
Peonia 258
Peonia epilepticis prodeſt & 320 22
Peripneumonię cura 52
Peripneumonicorum dieta 227
Perna 351
Petroleum 385
φαντασία 312
Phlebotomiæ ſcientia 324
Phlegmon 96
Philonium 206
Phreneſis 171
Phreneſis calidum apoſtema cerebri & duobus modis naſcitur 15
Phreneſis terribilia accidentia habet 15
Phreneſis quibus plerunq; contingit pag. 15. & 16
Phreneticorum cura 16. & 17
φρενίτις à Galeno aliâs lethargia pag. 12
Phthiſis quid & unde 51
Phthiſis uulnus in pulmone eſt 175
Phthiſis tribus modis fit 51
Phthiſicorum ſcreatus ſi fœtorem habuerit, mortale 53
Pilorum ſuperfluitas 336
Pilorum tinctio quomodo facienda pag. 4
Pilulæ cochiæ 203
Pilulæ uariæ 106
Pilulę ad mundificationem capitis 10
Piper longum 367
Piper 385
Piſcis manus capientis ſenſum aufert pag. 320
Pixli quida 378
Pleureſis 59
Pleureſis non uera ſigna 60
Pleureſis ueræ ſigna 59
Pleureſis 175
Pleureſis unde naſcitur eius que ſigna pag. 60
Pleureſim ſolutio uentris ſolet ſequi pag. 61
Pleureticorum dieta 277
Plumbum 360
Podagra 187
Podagrici 189
Podagricorum dieta 279
Policaria 376
Polipodium 368
Polipus quid & eius cura 339
Polium 357
Porri cura 334
Potus deſiderij ablatio 256
Praſſium 361
Prægnantium dieta ordinanda 133
Prouidentia unde fit 310
Prurigo 162
Pſyllium 363
Pulſus cordis paſſiones indicat 308
Pulueres uarij 106
Puſtulæ in capite naſcuntur 5
Puſtulæ ſunt quatuor modis 164
Puſtulæ quæ celſa dicitur cura 339
Puſtulæ faciei 187
Puſtularum cura 5
Pyrethrum 320. & 381

Q

Quartana febris 148
Quartanariorum dieta 375
Quotidiana febris 148
Quotidiana febre laborantium dieta pag. 275

R

Ramnus 349
Ranarum natura 319
Raucitas ex humiditate eſt 47
Renes tripliciter patiuntur 113
Renibus lapis duobus modis generatur 117
Renum apoſtemata 114
Renum uulnera 115
Renum dolor nunquam mutatur 86
Renum tumor 181
Rheum 354
Riſus quid & unde 288
Roſa 344
Rubea 351
Rubrica Conſtantini Africani 205
Ructatio acida quatuor modis 71
Ructatus cura 262
Ructatus cauſa 262
Ruptura Siphac 262

Ruta

©BIUM

Ruta 396

S

Sagapinum 373
Sal quatuor modis est 387
Salices 358
Sal & aqua cum aceto occidit pediculos 7
Sambucus 361. & 362
Sandali tribus modis sunt 369
Sanguis draconis 378
Sanguis exiens per uirgam 181
Sanguis fluxus de naribus 35
Sanguis fluxus ex incisione 165
Sanguis egressio cum urina quatuor fit modis 116
Sanguis exiens cum menstruis 129
Sanguis reiectio duobus modis 54
Sanguinis screatus propter hirundines 56
Sanguinis restrinctio 332
Saniei collatio in capitibus puerorum pag. 325
Sanies screatus multis modis 56
Sansucus 371
Sanitatem quæ res conseruant 302
Sarcocolla 350
Satyrion 279
σαλυρίασις 124
Sauina 367
Scabies 162. & 190
Scarificatio quid 329
Scorpionum morsus 155
Scotomia 169
Scrofulę cura 188
Scrophularum cura 333
Scrophulæ qualia apostemata 164
Scylla 363
Secundinæ exitus postquam peperit pag. 134
Semen quid 299. & 300
Semen ad emittendum qui homines fortes 300
Semen croci Hortensis 363
Semen quæ res generant 305
Semen quę non generant 205
Semen quæ nutrimenta generantur pag. 304
Semen ex quibus causis 300
Semperuiua 374
Serpigenis cura 188
Seseleon 364
Sincopin impossibile est generari corde non patiente & stomacho 218
Sincopis unde & quid 63
Sincopis causæ & significationes 64
Sincopis ex animæ accidentibus 163
Singultus 78
Singultus causa 259
Singultus multis modis fit 71
Singultus cura 260
Singultum cogitatio impedit 73
Siphac 160
Siphac ruptura 126
Sirupi ualentes stomacho 270
Sirupi 107
Sinapis 236
Sisymbrion 359
Sitis nimia quæ fit ab interioribus membris 257
Sitis unde augmentatur 70
Sitis stomachi duobus modis 70
Smaragdi uis 319
Somni expergefactio unde & cura eiusdem 13
Somniculositas tribus fit modis 23
Spasmus 290
Spasmi cura 25
Spasmus triplex & unde 24
Sperma sine uoluntate exiens 124
Spermatis effusio in somno 125
Spica nardi 348
Spiritus animalis & uitalis 309
Spiritus & animę differentia 316
Spiritus in hominibus diuersus 310
Splenis passio 180
Splen tribus morborum generibus patitur 111
Splen instrumentum risus 112
Splenetícorum dieta 279
Spodium 370
Sponsa salis 353
Squinantum 372
Staphisagria 371
Sternutamenta prouocantia 8
Sternutatio de diuersis humoribus nascitur 19
Sternutationis cura 19. & 20
Stichas 350
Stomachus frigidus plus calido appetitum habet 68

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 13 sur 404

©BIUM

Stomachus ſanus quomodo regẽdus & cuſtodiendus 233
Stomachi uulnerum cura 238
Stomachi inflationis cura 263
Stomachi appetitus non naturalis 253
Stomachi inflatio 262
Stomachus mundificandus cum uomitu 240
Stomachi digeſtiuæ uirtutis corruptionis cauſa 242
Stomacho quæ cibaria conuenientia pag. 269
Stomachi oris apoſtemata 235
Stomacho cõuenientes electuaria, ſirupi & emplaſtra 270
Stomachi compoſitio 216
Stomachi complexionis cuſtodia 229. & 226. & 227. & 228. & 229. & 230. & 232. & 233
Stomachi inflatio unde 76
Stomachi defectio cibum & potum cõtinere nequeuntis 246
Stomachi complexio 223
Stomachi dolor 176
Stomachi ore ortis uulneríb. cura 238
Stomachicon Ioannis Damaſceni
Strignum 365
Stranguria 120
Styrax duobus modis eſt 351
Sudor naturalis & non naturalis pag. 151
Sulphur 386
Sumac 357
Symptoma quid 321
Συνάγχη quid ſit 43. & 44
Synocha febris 193
Synochus 146
Synochus ex ſanguine & cholera naſcitur 194
Syche 360

T

Tamarix 364
Tapſia 387
Teli extractio 334
Terra ſigillata 353
Tertiana febris 144
Tertianorum dieta 275
Teſtes ſunt de principalíbus membris pagina 300
Teſticulorum uulnera 126
Teſticulorum apoſtemata 126
Teſticulorum natura 301
Teſtudinis pedes podagræ proſunt pag. 320
Tetanus à ſpaſmo ſpecificatur 24
Tetanus 170
Thithymali 387
Theodoriton cum nuce muſcata 206
Theodoriton Cõſtantini Africani 203
Thus 357
Thymum 368
Tinea naſcitur ín capite 6
Tinea ſæpe euenit infantibus 8
Tinea naſcitur ex putrido ſanguine 6
Tineę cura 6
Tremor cordis 62
Tremoris cauſa 29
Tremoris cura 171
Triphera Conſtantini Africani 204.
Trochiſci uarij 104. & 105
Trochiſci de Sandalis 206
Trochiſci Camphorati 205
Tumor ueſicę & renum 181
Turbith 366
Tuſſis quid & unde 174
Tuſſis ex dolore capitis 50
Tuſſis mala non eſt ſine ſcreatu 49
Tuſſis ſicca tribus modis fit 49
Tuſſientium dieta 277
Tympanites 100

V

Variolę de ſanguine putrido naſcuntur 152
Venę quomodo phlebotomandę & de numero earum & iuuamine 316
Ventoſę uagantis utilitas 331
Ventoſæ cum igne utilitas 331
Ventoſitatis paſſio 191
Ventris tortura 177
Ventris dolor 322
Verrucæ cura 334
Verrucæ quid 159
Verrucæ oculorum cura 338
Vertigo 169
Vertigo uiſus corruptela 11
Vertigo durabilis necꝫ dimittit 11
Vertiginis cura 11
Veſicæ lapis duobus modis generatur pag. 117

Veſi-

©BIUM

Veſicę paſſio urina guttata 119
Veſicę tumor 181
Veſparum morſus 156
Vigilare eſt duobus modis 14
Vigilię ex motu cerebri 14
Vigilijs ſubueniendum 8
Vigilias patientibus cura, & lac mulgẽ dum eis ſuper caput mulieris puellã nutrientis 14. & 15
Vigiliarum cura 15
Vinum hominibus acceptabile 293
Vini qualitas & quantitas obſeruanda 17
Vinum medicina fortis 18
Virgæ apoſtemata 125
Virgę erectio 124
Virgę inflatio 183
Virgæ ſanguis exit 181
Viola 344
Viperæ morſus 174
Virga paſtoris 374
Vita unde 309
Vmbilici inciſio 341
Vngularum in oculis cura 338
Vnguiũ albedo & groſſities 166
Vocis ſiccitas unde 48
Vocis aſperitas 48
Vomitui medicina 79
Vomitus prouocandus cum rebus ſtomachum mundificantibus 240
Vomitus abominatio 265
Vomitus cauſa 266
Vomitus dieta 278
Vomitus 178
Vomitus unde & qualis 75
Vrina ignea uel aurea 211
Vrina bouina & ouina dolore aurium prodeſt 32
Vrina nigra & pauca 212
Vrina uiridis & groſſa 212
Vrina rubicundiſſima 211
Vrina citrina, uitellina & flaua 211
Vrina groſſa & alba 210
Vrina unde & quid 208
Vrina habet lapides 214
Vrinæ impedimẽtum de ueſica uel de renibus 120
Vrinæ albus color 209
Vpupæ ſanguis prodeſt oculis 28
Vuæ inciſio 340
Vuæ tumor 192
Vueæ tunicæ exitus 338
Vulnera teſticulorum 126
Vulnera in ore ſtomachi ortis 238
Vulnera propter ocreas 167
Vulnera uuluę 132
Vulnera in corpore 163
Vulnerum ſi ſanguis fluit cura 190
Vulnerum ſtomachi cura 238
Vulnerum curationes 189
Vulnerum curatio quæ morantur ſanari 334
Vulnus pulmonis difficile curatur 52
Vulpes alopecia laborant 1
Vuluæ apoſtemata 46
Vuluæ inflatio 183
Vuluę uulnera 132
Vulue apoſtemata 131

X

Xylobalſamus 356

Z

Zedoar 374
Zingiber 367

FINIS.

©BIUM

CONSTANTINI

AFRICANI MEDICI DE OMNIVM MORBORVM, qui homini accidere possunt, cognitione & curatione, Liber I.

De Alopecia, Cap. I.

CAPILLVS ex fumo grosso & calido nascit, qui ex igneis & incensiuis est humoribus, quo crescente crescunt & capilli: utpote ab ipso nutriti. Hunc fumū qui perdidit, & capillos perdit. Pro qualitate ergo fumi erunt capilli, utpote in herbis uidemus, ex terrę humore, uel sicci tate arescentibus, uel pereūtibus, uel augmentantibus. Qui fumus si omnino non fuerit, pereunt in hominibus capilli, & fiunt calui. Quibus si nullæ medicinæ subueniant, iam non amplius comæ succrescere possunt. Si autem fumus nō ex toto amittatur, sed solum ex aliquo humore inficiatur, infirmitas quædam nascitur, quæ alopecia uocatur. Hic autem morbus alopecia uocatur, quia uulpes quę græcè ἀλώπεκαι uocantur, hunc sæpe patiuntur. Ex colore cutis ipsius loci agnoscere poterimus, ex quo humore hoc oriatur. Si enim est citrina calida & sicca: non dubitamus ex cholera rubea esse exortum. Proinde huic humori medicabimur ex subscriptis: Miro balano citrino, uiola, scamonea, absinthio, & his similibus. Quod si rubei coloris fuerit, ex infectione hoc esse cognoscimus sanguinis. Deinde si ætas, tempus, uel uirtus patientis permiserint, uenam cephalicā dextri incidimus brachij, & sanguinem extrahimus secundū uires patientis. Post hoc potiones refrigeratiuas & sanguinem euacuantes exhibemus. Vt sunt hæ: oxyfœnicia, pruna, iuiubæ, uiolæ, cassiafistula, manna, & similia. At si niger locus fuerit, & uelut plumbeas squamas emiserit, ex cholera nigra ortum esse credimus. Hunc humorem expellimus aqua cocta epithymo, pillulis stomachicis, hiera Rufini, hiera Galeni, hiera logodion, hæc omnia bibēda sunt cum aqua epithymi, & similibus. Si locus albus erit & mollis & ex eo humor uelut oleum exierit, cognoscimus ex phlegmate infecto nasci. Cui medēdum est subiectis: Aqua cocta agarico, hiera fortissima Galeni, in quo nux muscata sit, & ceteris similibus. Gargarissmos faciamus ex oxymelle, & puluerem hierę picræ adiungentes. Vomitū prouocemus cū oxymelle, cui admiscemus aquam cum anetho, & salisgemma, & similibus. His etiā Galenus picram prodesse se expertum testatur. Postquàm humorem ablatum comperiemus, ad excludendam putredinem poris inclusam allaboremus. Vnguenta igitur lenia adhibeamus, diligēter cauentes ne per hæc cutis rumpa

A tur.

©BIUM

tur. In primis ubi caput raſum erit, illud pannis abſtergemus aſperitate nimia uel mollitie carentibus. Galenus teſtatur, ſi poſt fricationem cutis citius rubuerit, celerius poſſe ſanari, ſi uero non, tardius. Medicabimur autem ſic: Si ex calido ſit humore, totū caput per loca ſcarificemus, ut ſanguis exeat. Et ex teſtis auellanarum incenſarum puluerem ſanguini ſuperaſpergentes, leniter inducamus & ex ſimilibus. Sicut ex puluere caprini ſtercoris, & ungularum caprinarum cum aceto. Deinde caput cum huiuſmodi rebus lauetur, quibus furfura ex calore naſcentia purgentur. Si ex frigido humore patiatur, ſimiliter caput rademus, & ſcarificetur uſq; ad ſanguinem, ſimul cum ſanguine allio piſtato inungimus. Quo adhibito euphorbium cum oleo laurino, uel ſimplici diſtemperantes, illinimus. Radix quoq; cannę uel naſturtij in puluerem redacta, & oleo mixta proficit, uel ſpuma marina. & quidā admiſcent nitrum cum oleo amygdalino amaro, & ficus folia puluerata, cum oleo & aceto mixta, pro unguento adhibemus, uel fimum columbinum ſimul diſtemperatū. Amygdalas quoq; amaras cum corticibus ſuis incēſas, melli admiſcemus & caput inungimus. Vel ruta uel eius ſemen, elleborū album, uel nigrum, & nitrum puluerizatum, & cum horū pulueribus locum illum aſpergito. Primū tamen cum panno aſpero fricato. Colocynthæ pulpas, ſtaphyſagria, fimum ſoricum, & thus, quodlibet horum pulueratū, & cum aceto forti temperatū, pro unguento illinimus. Alij admiſcent ellebo rum albū. Sinapis quoq; uel naſturtij ſemen, añ. drach. 1. temperatū cū aceto licet inungere. Dioſcor. dixit: Caſtanearū teſtæ incenſæ, & uino mixtæ, proſunt infantibus, ut capita mundentur, & capilli naſcantur, neq; alopecia oriatur. Dioſcorides teſtatur, ſupercilijs prodeſſe, ſi cum ladano & uino, & oleo myrtino diſtēperato, inungantur. Similiter condiſi puluerati, & temperatus cum aceto, eiſdem ſupercilijs prodeſt. Omne fel prodeſſe iſti paſſioni, idem Dioſcor. teſtatur. Super omnia hęc conſidera, omnibus ſupradictis unguētis, propter auſteritatem mitigandam, ceram, uel ſeuum, ſeu aliquid unctum, addendum, uel oleum calidum anethinum, uel laurinum eſſe inungendum, & oleum palmęchriſti aut oleum de chamomila. Quod ut barbæ naſcātur ſupradictis unguentis ſimiliter utendum credimus. Vnguētum ad has res probatum. Recipe euphorbij, ſpumę marinę, fimi columbini, ana. drach. ʒ. elleborum album, rutę ſeminis agreſtis, corticis auellanę, ſpicę nardi, tapſię, naſturtij, ana. drach. 1. & s. fac puluerem, & cum uino coque, uel oleo roſaceo, uel anethino, ſeu cum oleo laurino, diſtempera, & caput inunge, totaq; nocte unctum dimitte. Sequenti uero die memineris aqua lauandum ubi fabę uel betę ſint coctę, uel lotione furfuris, quod ſæpius eſt faciendum.

De

©BIUM

De capillis cadentibus. Cap. II.

CApillorũ amiſſio, non eadem eſt paſſio, quæ & ſuperior. Eſt enim minor, & non ſic ſubita eſt, aut multiplex. Fit enim aliquãdo propter abſtinentiã cibi cum fumus ad ſua loca tranſire non poſſit, ex quo fumo capilli dicti ſunt uegetari. Aliquãdo fit propter infectionẽ humoris, ſicut ſolet euenire leproſis, ſiue diu patientibus infirmis. Aliquando ex clauſis poris propter ſoliditatẽ cutis. Aliquando ex eiſdem apertis. Quod ſi propter abſtinentiã cibi eueniat, ducẽdus eſt ad balnea tẽperata, & cibi mediocriter dandi, & ab omnibus ſalſis abſtinendũ. Cui eſt iniungendũ, ut his utatur quibus humor tẽperatus radices attrahat pilorũ. Sæpius ergo ungamus oleo ladanino, & irino. Si ſit propter poros ex cutis ſoliditate clauſos, ungamus oleo, & amygdalis amaris incẽſis, uel oleo ex ſemine radicũ, oleo laurino, uel chamomelino. Si uero ceciderint inceſſanter, ſciamus quia propter apertionẽ pororũ eſt, unde oleo quod ſtringat ungemus, roſaceo, myrtino, foliis oliuę pulueratis, ſuccoq; foliorum eiuſdem arboris, cum oleo roſaceo uel myrtino temperatis. Item folia myrti incenſę diſtempera cum oleo roſaceo, & caput unge, uelociter creſcũt capilli, & ſtringũt poros, ei qui habet cutem tenerã. Item ſuccus myrti prodeſt, ſi caput ex eo lauetur. Lini ſemen cum radice ſua incenſum, & chameleon admixtũ iuuat, ſi caput ungatur. Similiter lilia uſta cum aqua proficiunt mixta. Item cinis radicis cannæ cõbuſtę, & cum oleo myrtino temperatus iuuat ſi inungatur. Ioannis Damaſcenus quod dicturi ſumus prodeſſe teſtatur. Recipe cinis corticis auellanæ drach. ʒ. incenſę, abſinthij, gallę, ana. drach. 2. aluminis, phu, foliorũ cannæ ſiccorũ, añ. drach. ʒ. ſeminis myrti drach. ʒ. fac puluerem, & unc. 2. tolle ex oleo myrtino, coque et unge. Aliud, Tolle ladanũ, abſinthiũ, oſſa dactylorũ, & incenſis his omnibus æqualiter fac puluerem, & in panno leniter ligans impone oleo per dies 8. Inde locũ ſæpe unge ſupradictum. Aliud, Radicem celſi, oſſa dactylorum incenſa, & puluerata, cum ſucco myrtę tempera, & locum unge.

De preßura & aſperitate capillorum. Caput III.

NAſcitur & alia in capillis paſſio, id eſt, ſiccitas, quæ iuuenibus cãlidi corporis propter calidum fumum & ſiccũ, caput aſcendentem euenit. Aliquando etiam ex capillorum negligentia, ſi non ungantur, uel pectinentur. Medicamẽta aũt frigida, quę aſcendentem fumũ reprimere poſſint, adhibeantur, ut ſunt hęc: oxyfœnicia cum aqua, uiolæ, mirobalani, citrini, pruna, iuiubę, aut aqua de caſſia fiſtula, & ſimilia. Si tempus, uel ætas permiſerit, uenã cephalicã incide, aut detur de ſirupis frigidis, ut extinguatur calor, frigidis, & optimis cibis paſce, id eſt, cucurbitis, portulaca, atriplice, pullis gallinę, perdicibus, & ſimilibus. Calore

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 19 sur 404

©BIUM

extincto,locū inunge pſyllio aqua infuſo,& moto,ut ad ſpiſſitudinē ueniat. Inunge oleū uiolatū,aut uenufaris,uel roſaceū,& ſuperponens loco, induc per noctē unā panno,poſtea laua cū aqua. Similiter ex ſeminibus cotoneorū facies. Pſyllium ſi ſucco cucurbitæ infuderis, frigidius erit. Similiter aqua in qua hordeū per noctem miſſum fuerit,proderit. Sępius quoq; oleo roſaceo,& uiolaceo ungātur,& pectinent. Folijs ſeſami uiridibus piſtatis,& coctis cum aqua caput inde lauetur,& pectinetur,aut cum ſupradicto oleo miſce,& caput inde laua. Capilli qui ex fumo cholerę rubeæ ſcindunt,ſic medicentur.Semen lini unc.ʒ.coctum in ʒ.libris aquę ad duas lib. redigātur,& optime colentur,caputq; inde locum,deinde balneo purgatum,& oleo uiolato ſit perunctum prodeſt.

De canis pilis tingendis. Cap. IIII.

CAni ante tēpus naſcunt ex phlegmate,quod ex ſtomacho exit uel capite:Inde phyſici monēt,ſi cauere uolueris ne naſcantur tibi cani,phlegma purgantibus utaris.Sic hiera picra,hiera forti ſſima Galeni,uel pilulis his:Rec.colocynthæ,pulpę, turbith, ſtecados,abſinthij,aloēs,ſalisgemmę,ſcamoneę,pondus æquale, fœniculi, ſemen aniſi,petroſelini ſemen, ellebori nigri, zingiberis,piperis nigri, aā. unc.5.puluera & tempera cū ſucco abſinthij. Daq; pondus unius ſolidi, uel pilulas ex aloē,maſtiche,& ſimilibus cōfice,frequenter uomitū puouoca, ie iunus frequēter balnea,& ſimiliter gargariſmata de ſirupo ualent acetoſo, & ſimilibus. Si iam nati fuerint,ſubueniemus unguētis. Si nigros facere uolueris,de canna,& cortice fabę, atq; gallę puluerē fac,& cū ſucco bliti tēpera. Aliud,Tolle gallę drach.5.cū oleo roſaceo incēſę, alcamię drach.2.æris uſti drach.1.ſalis penſi drach.1.fac puluerē, tēpera cū aqua cadida, inunge, & folia bliti ſuperpone.Aliud,Pone alcannā recentē in aquā calidā,& poſtquā emollierit, moue, unāq; phialā aceti uino nigro appone, ſuper ipſam alcannam,& cū aqua roſacea coque,& per triduū inunge. Aliud,Baccas cupreſſi,& cortices eiuſdē arboris,in uino coctę,ſiue in aceto coquant,& inde caput lauetur.Rubeos ſi facere uolueris,lupinos,nitrū,in puluerē redige,& in aqua calida repone,per quinq; dies ibi dimitte,& laua caput inde.Aliud, Fęces uini cocti incende,& gūmi hederę,fac puluerē,tēperans eum cū oleo ſquinantino,& unge.Si molles & ſubtiles facere uolueris,ex puluere nitri & orobi ſpumę marinæ cōfice cum aqua calida,& inde laua,aut cū ſucco maluæ,aut bliti cum nitro,aut cū farina ciceris, uel lupini, aut cum decoctione de colocyntha, aut cum felle taurino, uel aloē cum ſucco myrti: ſed tamen prius lauetur cum oleo uiolato.Cōfectio ualens ad capillos ſubtiliandos,ex cucumeris agreſtis uſtis,& cum oleo temperati,nigellæ uſtę cum ſęuo lupi, uel urſi tēperatæ,capillis credūtur proficere.Quod ſi uolueris ne pili naſcantur mali,uel in alijs locis ungātur ſanguine teſtudinis, aut ranæ,aut de ouis formicarum

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 20 sur 404

©BIUM

formicarū cū oleo cōfectis, in quo coctus ſit ericius. Similiter ungenda ſunt cum hyoſcyamo, opio, & ſimilibus. Ad faciendos criſpos. Rec. calcis unc. 1. litargyri, emblici, gallæ, ana. drach. 2. fac puluerem, & tempera cum ſucco myrti. Deinde ungātur, & ligentur cū filo. Deinde ſecūdo die ungantur, & tribus diebus dimitte eos. Deinde lauētur cū aqua in qua cocta ſit alcanna,

De furfuribus capitis. Cap. V.

FVrfura capillorū ueriſſima faciunt damna, ita ut ex capite eos eiiciāt, Sunt aūt albæ ſquamę grani furfuribus ſimillimę. Quæ ex duabus cauſis fiūt, una proprie ex cerebro exit, altera ex fumo cuiſlibet humoris caput aſcendētis. Curantur aūt ſic ex cōtrarijs: Si ex calidis ſint, damus frigida: ſi ex frigidis, calida. Deinde ex his capita ſunt lauāda. Farinā ciceris cum ſucco betę tēpera, inde caput laua. Maluæ ſuccus cū aceto idem facit. Dioſcor. dicit, ſucco foliorū ſeſami ſi caput laueris, furfura eiicies, molleſcunt & elongant capilli. Similiter fœnugræcum in aqua coctū, iuuat capillos ſi inde lauas. Aliud: mitte duas lib. furfuris in aquam calidā per diem & noctē unam, ut tantū furfur operiat, & fortiter cū manu motū, inmanū collige. Succū eius exprimens laua, tantū aceti iungēs. Aliud, Mirobalani, citrini corticū un. 10. pulueratis, & cum ſucco ſolatri cōfice, & inde laua. Si patiens frigidę fuerit naturę, pulueres lupini, & fœnugreci cum ſucco betę tēpera, & cum oleo irino unge. Aliud, Nitrū, fel caprinū, & ſuccus betę cōmixta iuuāt. Fel tauri & fel arietis, & caprę cum nitro mundificant caput à furfure ſi ex frigida fuerit natura.

De Puſtulis. Cap. VI.

PVſtulæ in capite naſcuntur ex nimijs calidis humoribus, uel ex infecto phlegmate. Neceſſe ergo primo humorē eiiciamus. Poſt raſo capiti hęc unguēta adhibeamus: frōdes cupreſſi, eiuſdem baccas, frondes tamarici, belliſici, emblici: de quocūq; horum uolueris puluerē fac, & temperās cum oleo & aceto unge. Aliud: Rec. litargyri ceruſſę, aā. drach. 4. ſaccari drach. 5. gallę drach. 1. gummi arabici, dragagāti, aā. drach. 2. puluerata tēpera cū forti aceto: poſtea iunge cerā albam, oleū roſaceū, & fac unguentū. Aliud: Rec. ceruſſæ drach. 6. litargyrij, cerę albę, aā. drach. 4. ſulphuris uiui, & nitri, aā. drach. 7. olei roſati quantū ſufficit. Aliud, qui Ariton affirmauit ualere, ſi naſcant ex phlegmate. R. litargyrum, rutā ſiccā, puluera, & tēpera cū oleo, & unge. Aliud Gal. Cortices maligranati, acatia, galla, puluerata tēperentur cū aceto, & ungant. Aliud: Acciperamos ficus, & frondes uirides, & cum aqua piſta quoad uſq; efficiat ſicut medulla, & unge. Si paſſio fuerit diuturna, uice aquę acetū impone. Si noua, aceti loco uterę aqua. Si fuerint uulnera, oleū roſatū, & albumen oui

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 21 sur 404

©BIUM

appone. Aliud: Accipe amygdalas amaras, mũdifica cum aqua calida, & pi-
ſta, ut unguentum fiat, raſumq; caput inunge.

De *fauis*. Cap. VII.

ALiud genus ſcabiei ſuſtinet cutis capitis, foramina habens mi-
nuta, unde egreditur lues, quaſi mel, & inde iſte morbus appel
latur fauus, quia ſicut mel ex fauo, ita lues exprimitur. Naſcit
uero ex phlegmate ſalſo. Optimũ uero eſt primo humorẽ pur
gare cum hierapicra, hiera fortiſſima Galeni, hiera Ruffi: ſtomachicon gar
gariſſmũ ex calidis facies, quo phlegma depellatur. Poſt hæc unguẽto ſub-
ueniemus, quod phlegma groſſum & uiſcoſum expellat. Aliud: Acetũ for-
te naturaliter phlegma minuit, ſi iungere uis aliquod, iunge ſimul quod ſit
aceti naturę. Aliud, Rec. litargyrij uel bombicinas carthas incẽſas, cum ace
to tẽpera, & unge, uel olibanũ cũ aceto impone. Aliud, Rec. tartari unc. 1.
incenſi, cum calcis uiuæ drach. 2. & cum aceto tempera. Subtrahe cibũ qui
phlegma faciat creſcere, caput lauetur cũ aqua in qua mẽta ſit cocta. Aliud,
cathiniam auri, litargyrum, tempera cum aceto, phlegma purgat.

De *Tinea*. Cap. VIII.

SEmotim in capitis cute naſcitur ſcabies uel carbũculi, & nata im-
miſcentur. Naſcuntur autem ex putrido ſanguine, uel ex choleri
cis humoribus incẽſis, fitq; pruritus nõ modicus: de quo pruritu
quaſi ſquamę nõ modicę, ſed maiores delabuntur. Hoc ſæpe euenit infanti-
bus propter abũdantiam ſanguinis & mollitiem cutis. His primum noxios
cibos ſubtrahimus, & humore noxio ſublato, unguenta adhibemus. Si la-
ctens fuerit, qui nõ ſufferat medicinam recipere, incidimus retrorſum in au
riculis ambas uenas, & ex ſanguine ſubtracto ſic calidn inungimus. Nutrici
uero malos auferimus cibos, & ſuccos ſcariolę atq; fœniculi atq; ſaccari po-
tandos damus. Infantes quoq; caput radentes, tali ungimus unguento. Rec.
litargyrij ceruſſæ, añ. drach. ʒ. pulueris ſarmenti, gummi arabici, gallę, pon-
dus æquale, puluera, & cum oleo roſaceo & aceto tempera, & unge. Item,
accipe gallæ non pertuſæ. drach. 10. amygdalarum amararum cum cortici-
bus ſuis drach. ʒ. tempera cum aceto, & unge. Item, gallæ nõ pertuſę drach.
ʒ. urinæ tauri, aceti fortis, ana. phialam 1. Coque uſq; ad ſpiſſitudinem, & fa
cies unguentum, inde unge illum. Aliud, medullam ſeminis bombycis pi-
ſta, & cum aqua roſacea tempera, aut cum aceto, & caput unge. Item, litar-
gyrij, ceruſſę, boli, ana. drach. 2. acatię, ſulphuris, argenti uiui, ana. drach. 1.
fac pulueres cum oleo roſaceo, & aceto tempera, & unge: poſtea uero cum
aqua calida laua. Sternutamenta infantibus tribus diebus facies, ex oleo
amygdalino amaro: binas guttas per utraſq; nares infundes. Hunc quoq;
puluerem ad potandum dabis. Recipe ſpodij, ſaccari, roſę, ana. drach. 2. ga-
riophili, cardamomi, cubebę, ana. drach. 1. gallię muſcatæ, croci orientalis,

cathinię

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 22 sur 404

©BIUM

cathinię argenteæ,camphorę,ana.drach.s. fac puluerem,& infantibus da pondus drach.ȝ.de mediam,cum aqua frigida,uel lacte nutricis.

De pediculis. Caput IX.

SAepe pediculi,& lendes naſcuntur in capite,uel in toto corpore,ex purgationibus,quas natura eiȷciēs cum ſudore facit inter cutem & carnē. Quod ſi ſit in calido corpore, hoc unguento inunge: Argētum uiuum & cinerem filtri,cum aceto & oleo tempera. Vel litargyrū, & argentū uiuum cum aceto tempera & oleo, ſicq; inunge.In frigido corpore hoc unguēto utere: Staphiſagria,nitrum,auripigmentū rubeum cum oleo & aceto tempera.Aliud,elleborū album, ſtaphiſagriam,nitrum cum aceto tempera,& caput ungito in balneo.Item,auripigmento rubeo caput inunge,cum oleo temperato in balneo. Similiter acetū cum aqua marina occidet pediculos, & ſi non habes aquam marinā, miſce ſal & aquā cum modico aceto,& idem facit. Si poſt infirmitatē pediculi naſcantur:fac unguentum de gnico,id eſt,ſemine croci hortulani,quotidie unge & laua cum aqua ubi coctæ ſint roſę. Aliud, Accipe folia pini,& piſta, & exprime ſuccum,& de ipſo ſucco ſimiliter unge.

De Cephalæa. Cap. X.

DOlor capitis duobus modis prouenit,uel ex ſe ꝓprie, uel ex aliȷs membris,ſicut ſtomacho. Qui ſi modo preſens,modo recedens ſit,aliūde proculdubio uenit. Vnde Galen.Si dolor eſt in capite, nulla certa cauſa extrinſecus ueniente,humores collecti prægrauant ſtomachū,& maxime acuti.Dolor aūt eſt in ſummitate capitis,qui ex regione eſt ſtomachi.Qui ſi ſine intermiſſione fuerit,proprie à capite uenit & ex quolibet quatuor humorum. Si ſit à ſanguine,calorem patitur in capite,grauitatem in fronte,oculorū rubeſcūt uenæ,cū tota facie,& uenę faciei ſunt plenę. Vria rubea & pinguis, & corpus molle, & pulſus mollis. Si ex cholera rubea,infra nares nimiū habet calorē,& in lingua ſiccitatē, uigiliæ & ſitis non deſunt,& maior in dextra parte eſt dolor. Si ex cholera nigra in ſiniſtra parte erit dolor cum frigore,uigilȷs & grauitate.Si de phlegmate ſuſtinet grauedinē,& ſpiritus grauē retractionē cū querela & dolore in occipitio. Galenus in libro Inſtitutionū:Noſſe oportet caput diuidi in quatuor partes: Sanguis in fronte dominat.Cholera rubea in dextra parte. Phlegma in occipite.Cholera nigra in ſiniſtra. In qbus cognoſcēdis medicus operā dabit. Aliquādo tamē ex calore ſolis,uel aēris dolor eſt capitis. Vnde Galen. in lib.de Accident.& morbo:Si caput ex aēre frigŭerit,ꝑ quaſdā catarrhactas intrat, quę frigoris illius ſunt cauſa,frigus ꝑ totū propellit corpus.Si ex calore ſolis uel aēris patiat cerebrū ex toto corpore humores ad ſe,ſicut uētoſa attrahit. Poſtq; in uicina debilia mēbra ꝓȷcit. Pluribus dolor eſt iſte,ex nimio uini potu,uel ex capitis occaſionib,ſicut uulnere, apoſtemate uel ꝓcuſſione, uel ca-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 23 sur 404

©BIUM

ſu. Oportet autē intueri ætatē ęgrotantis cōſuetudinē, & unde dolor natus ſit. Si proprie ſit ex capite, cōſiderandum eſt ex quo ſit humore. Qui ſi ex ſanguine uel cholera rubea, incidatur cephalica, niſi ętatis cōtrarietas, uel tēporis, uel cōſuetudinis, & uirtutis occurrat. Si igitur ad phlebotomandū non ſufficiat, ſcarifemus pleno palmo, ab utriuſq; pedis calcaneo. Quæ proſunt choleræ rubeę, proſunt & ſanguini. Quę phlegmatę & choleræ nigræ non proderunt. Singulis tamē ſua melius per ſe medicamēta adhibeantur. Choleram rubeā medicabimur, ſi pluſquā ſanguis dominet, caſſiafiſtula, iuiubis, prunis, uiolis, manna, mirobalanis citrinis, & ſimilibus. Si uero febris non fuerit, catharticū de mirobalanis, citrinis dandum eſt cum drach. .r. hieræpicrę, quod ex aloē loto cōficitur. In febri ſirupū uiolatū, uel acetoſum, & maligranati ſuccum demus, & poſtquā corpus interius mundificatū eſſe certificabitur, caput, manus, pedes, aqua tepida infundamus. Aqua habeat uiolā, chamomilam, hordeū decoriatum, atq; roſas. Quod ſi uigilias patiatur, adiungimus papauer. Incipiente uero infirmitate, oleum roſaceum cum aceto damus, uel aquam roſatam cum aceto, uel oleum uiolatū, & portulacæ ſuccum, uel cucurbitæ ſuccum ſuper caput infundemus. Vnge proram capitis cum ſandalis albis, roſa, camphora, hordeo, quæ temperabis cum ſucco pſillij, & aqua roſacea. Dioſcorides dixit: Si cū oleo roſato frontē, & tempora unxeris, & opio, ſimplicē dolorē ex calore refrigerabis, & dormire facis. Item dicit: Si folia & capreolos uitis tollas, & fortiter piſtes, & caput ungas, ualet ad humores depellendos. Sternutamenta prouocamus cum ſucco lactucę, portulacę, cucurbitę, oleo uiolato, cum mulieris lacte mixto, qui ſuggat puella, uel cum ſaccari ſucco. Si uigilias patitur, ſternutamenta prouocamus cum oleo uiolato, opio, & papaueris oleo, uel uiolato, & ſimilibus. Si dolor capitis cum grauedine fuerit, nullum cataplaſma, uel epithima apponendum erit, neq; aquā capiti infirmus infundat, niſi roſaceā, uel ſalicis, uel portulacæ, uel cucurbitæ, quod autoritate Galeni, nec ſternutamenta recipiat niſi prius humor decidat. Cibi ſunt, cucurbita, atriplex, portulaca, beta. Si non habuerit febres, pullos comedat columbarum, perdices, & ſimilia. Si ex frigido humore ſit dolor, id eſt, phlegmate, uel melancholia, proſpiciamus quę iam diximus ſigna: & demus hieram fortiſſimā, Galeni pilulas hieræpicrę. Aliud, & pilul. ſtomachi moueamus uomitū cū oxymelle de radicibus, & gargariſſmū cum hierapicra, & ſinapi, & pyrethro, & cum oxymelle. Debes lauare caput cum aqua ubi coctum ſit anethum, roſmarinum, ubi maiorana, chamomila, & ſimilia ſint cocta. Vngimus caput melancholicū, ex amygdalis amaris, cucurbita amara. Similiter ungimus caput phlegmaticum oleo ſambucino, uel nardino, uel chamomilino, uel muſcelino, uel rutæ. Emplaſtrum imponimus ex gummi arabico, myrrha, euphorbio, croco orientali. Vbi uero humores defecerint, ſternutamēta prorocemus,

cum

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 24 sur 404

©BIUM

cum ſucco caulis, betæ, uel oleo chamomilæ, & ſimilibus. Si poſt ſternutamenta ardorē in naribus ſentiat, inungimus lacte mulieris puerū lactātis. Si non ſenſerit, naribus nitrū imponibus, & nigellā, uel fumū aniſi. Galen. confirmat fimū aſini prodeſſe capiti. Idem facit mentę ſuccus, ſi nares & tępora ungantur. Sæpius ad balneū ire cogātur. Cibi ſint uolatilia calida, cicer coctum. Hoc modo medicandi ſunt, qui dolorē capitis ex uētoſitate groſſa incurrerūt. In dolore ex percuſſione, uel ruina, uel apoſtemate, cephalicā incide, & ſecūdum uires ſanguinē bis uel ter ſubtrahe. Si uires negauerint, potū damus oxyſœnicia, pruna, iuiubas, uiolas, uuas paſſas, caſſiāfiſtulam, mannā & ſimilia, diebus ſingulis ex his bibat unc. 4. Aliud, R. ſolatri ſucci cocti colati, caſſiępfiſtulę mūdatæ drach. 4. cū hierapicra, uel aloēs epaticę drach. 6. Tale cataplaſma capiti imponamus, de ſandalis rubeis, ſucco ſolatri, ſalicis, uiolę, farina hordei, & ſimilibus. Sternutamenta dato cū ſolatri ſucco, & lacte mulieris puellā nutrientis. Alud, de ſandalis albis, & rubeis, bolo, croco, tēperatis cū ſucco ſolatri. Ad bibendū det ptiſana, cū maligranati ſucco. In aqua ſalicis bibēda ſirupū uiolatū, uel iulep, id eſt, ſirupū de ſola aqua & ſaccaro. Si tumor ſine plaga ex ſupradictis euenerit, aqua calida in qua decoctę ſint lentes, roſa, myrta, laua, & unge cū oleo roſaceo, & albugine oui. Odoret roſam, uiolā, camphorā, & myrtā. Cibos damus cucurbitas, atriplices, gallinarū pullos, uitella ouorū. Si dolor capitis ex ſtomacho ſit, aut ex humoribus in ſtomacho collectis, ſic colligitur: Si nauſeauerit, & torturā uētre uel prę cordijs paſſus fuerit, uomitū prouoçabis. Fieri aūt nō poteſt, quin chole ra uel phlegma proijciatur. Si uero uomitū prouocare, uel propter dolorē, uel pro tēpore nequiueris, potiones hierapicra & aloēs, & maſtichis ſimul dabis, uel ſtomachicon, & ſimilia. Vngimus ſtomachum ex oleo roſato, aqua roſata, myrtę ſucco. Si ex calore ſolis, ungendū eſt caput ex oleo roſaceo, frigida aqua, uel aceto. Si uehemēter doluerit, & ardor fuerit, ungendū eſt oleo roſato, portulacę ſucco, uel cucurbitę, uel ſemperuiuę. Potus erit illi ſirupus uiolatus, maligranati ſuccus in aqua calida pedes imponant. In dolore ex frigore aēris, capiti aquā calidā in qua decocta ſint anethū, roſmarinus, melilotus, per fiſtulas infundimus urceoli, & caput oleo nardino, uel ſambuco inungimus. Sapientius induſtrię hæc ſufficiāt. Deinceps ordinemus, antidota ad hoc utilia. Hiera Ioan. Damaſ. iuuat dolorē capitis, qui uel ex phlegmate, uel cholera naſcit nigra, ſtomachū mūdificat, epar cōfortat, da fortioribus drach. 5. imbecillioribus drach. 2. cū calida aqua. Cibi poſtea pulli, pdices, uinū leue. Antidotum. R. carpobalſami, xylobalſami, caſſię ligneę, cinamomi, thymi, ſpicę, aſari, cubebę, maſtichis iuiubæ, macis, nucis muſcatæ, gariophili, añ. drach. 5. croci drach. 3. aloēs epaticæ lib. 1. fac pulueres, & tępera cum melle. Aliud antidotū Ioan. Damaſ. facit ad uentoſitatē groſſam, uiſus obſcuritatem, grauitatem totius corporis, propter uentoſitatem ex phlegmate,

©BIUM

ex phlegmate & cholera nigra. Recipe aloës drach. 15. epithymi, coſti, ana. drach. 5. euphorbij, croci, ſpicę, chamędrios, añ. drach. 6. gariophili. drach. 10. acori, calami aromatici, maſtichis, ana. drach. 8. xylocaſſiæ drach. 7. xylobalſami drach. 4. piperis albi & nigri, gentianę, amomi, ana. drach. 3. diagridij cocti drach. 2. mellis quot ſufficit, dabis penſum, drach. 1. & s. cũ aqua calida. Pilulę Ioannis Damaſceni, ualent ad mundificationem capitis & ſtomachi, accipiantur omni tempore. Recipe aloës epaticæ drach. 7. maſtichis drach. 4. turbith drach. 10. roſę drach. 3. fac pilulas in modum ciceris, da 11. uel 15. ante ſomnũ cum aqua calida. Pilulæ Galeni ad phlegma deponendũ, & omnem grauem fumũ aſcendentẽ caput, oculos purgãt & ſtomachũ. Recipe aloës, epaticę, diagridij, abſinthij, colocynthæ interioris, maſtichis, añ. drach. 3. tẽpera cũ ſucco ſolatri, uel ſcariolæ, fac pilulas in modũ ciceris, da bis 7. uel 9. ante cibũ, & poſt. Stomachicũ mundificãs caput, & ſtomachũ, ualet arthetico dolori ex groſſo phlegmate. Recipe aloës, turbith, mirobalani citrini & indi, abſinthij, añ. drach. 3. ſcamoneæ: colocynthę, bdellij, aniſi, epithymi, maſtichis, ana, drach. 2. tempera cũ ſucco marathri, fac pilulas in modũ piperis, da drach. 3. cum aqua calida, & ſuo tempore laxatiuũ celebra. Aliud ſtomachicũ Ioannis Damaſceni purgãs cholerã rubeã, & nigram, & phlegma ſine moleſtia. Recipe hierapicræ, mirobalani citrini, ana. drach. 3. nitri, agarici, añ. drach. 2. turbith drach. 6. ſalisgẽmę, epithymi, ameos, aniſi, añ. drach. 2. ſcamonęę drach. 1. tẽpera cum ſucco ſcariolæ, & fac pilulas in modũ piperis, bibe cũ aqua calida. Hiera Galeni de lib. decalogi, ſtomachũ mũdat, atq; caput, imò & totũ corpus de cholera rubea & phlegmate. Rec. croci, ſpicę, uiolæ, abſinthij, xylocaſſiæ, aſari, maſtichis, carpobalſami, xylobalſami, cinamomi, thymi pondus ęquale, aloës quantũ ſunt cętere ſpecies, fac pilulas cũ ſucco ſcariolę, ad modũ piperis, da ęgrotãti ut laxatiuũ. Phlegmatico cũ dat, colocynthã, agaricũ, turbith, appone ęquali pondere. Pilulę aureę ualentes ad eaſdem paſſiones, ſunt tamen leuiores. Recipe aloës, colocynthæ, agarici, fœniculi, drach. 3. maſtichis, roſæ, ana. drach. 1. fac pilulas.

De hemicranea. Cap. XI.

CErebrũ diuiditur in quatuor partes, in breuitatẽ & in longitudinem, in dextrã, & ſiniſtrã partem, habetq; lineã mediã qua uentriculi medij differant. Si in caput aliquorũ humorũ aſcendat fumus, & à natura in dextrã partem propellatur, dolor ibi gignit. Si in ſiniſtrã, idem patit, & hemicranea uocat. Quã paſſionẽ ſic curare diſponimus: uidendũ eſt utrum ex calidis ſit humoribus. Quod itidem intelligit, uti de cephalęa diximus. Phlebotomãda eſt igitur cephalica uena, ex ea parte qua patitur, & cũ cathartico purgabis, quo acuta cholera rubea deponit. Sternutationes ſunt faciendæ cum oleo roſato, uel uiolato, & lacte mulieris

puellam

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 26 sur 404

©BIUM

puellam nutrientis,infirmo loco apponet de coriādri ſucco. Vniuerſaliter curatio eſt adhibenda eadē ratione quā dedimus de cephalæa. Si de frigidis patiatur humoribus,cum hiera fortiſſima,logodion & ſimilibus,purgabit. Sternutatio cum oleo fiet nardino,uel chamomileo, & de hoc oleo modicū immitte in aures in ea parte ubi dolor eſt.

De dolore Cranei. Cap. XII.

ALiquādo craneum cum moleſtatione patitur magna dolorem nimiū,ut quaſi malleationem quandam infirmus in capite ſentiat,nec uocem,nec ſonitū aliquem pati poſſit,neq; lumē, neq; ſplendorem,& ex cholera rubea cōtingit,uel uentoſitate groſſa,ſi in capite debilitatem inueniat. Ex cholera rubea nimiam percuſſionem ſentit calidam. Ex uentoſitate, grauedinem, & tenſionem ſentit. Si ex cholera rubea eſſe certificabitur, oportet ut ea purgetur, & caput lauetur,cum aqua ubi papaueris cortices,uiolæ, hordeū,pſyllij frondes,& ſimilia ſint cocta. Sternutatio fiat,cum oleo roſato,& uiolato. Si ex nimijs uigilijs patiat, cum oleo uiolato,& ſucco papaueris,& lactucę ſternutatio conficiatur. Epithima capiti apponendū, ſandali quoq;,& aqua roſata, oleū roſatū, & ſimilia. Nutriatur cū chryſolocanna,portulaca,cucurbita,& ſimilibus. Si dolor ex uentoſitate groſſa ſit,damus theodoriton,hieram Galeni,uel Rufini hieram. Dabis in unaquaq; nocte drach. 1. & s. uel hiera picra, uel Galeni pilulas,uel Archigenis hiera dāda,añ. drach. 1 & s. Damus & ſambuceleon cū anethino cathartico. Damus & pilulas cochias. Lauādum eſt caput cū aqua ubi chamomila, ſamſucus, melilotus ſint cocta. Damus epithima de aloë, myrrha,croco,& ſimilibus. Gargariſma de hiera picra cum aqua calida,& melle. Sternutationes de muſceleon,chamemileon,anethileon, nardileon. Balneū faciat frequenter,à cibis malis abſtineat. Cymino utatur,arromatibus,& aniſo. In potibus autem utatur ſirupo de melle,& ſpeciebus,uel uino odorifero & ueteri.

De Vertigine. Cap. XIII.

VErtigo uiſus eſt corruptela, & ſubito apparēt patiētibus omnia quaſi uolubilia,nebuloſa. Cauſa,nimia humorum eſt abundantia cum uentoſitate mixta. Humores iſti in capite mouētur ex uētoſitate,uel fumo de quolibet membro, ſicut à ſtomacho caput aſcendente. Si hæc paſſio in ſolo ſit cerebro, ſentit grauitatem in caput aſcendentem,& ſonitum in auditu,corruptionem in odoratu. Vertigo eſt durabilis,neq; dimittit. Si eſt ex ſtomacho,ſentit abominationem, & in ore ſtomachi dolorem ad tempus: uertiginem uero ad tempus dimittentem. hęc fit,cum à ſtomacho fumus aſcendit,dimittit cum non aſcēdit. Vertigo

proprie

©BIUM

proprie certificata à cerebro, cephalicam innuit debere phlebotomari uenam, & ſanguinem minui quantum ſufficit, ſi non oberit defectio uirtutis, uel frigiditas aëris, tempus ętatis. Damus his in cura hieram picram, in qua duæ partes aloës, & una aromatica. Pilulas aureas, uel quæ diximus cerebrum mũdificantia. Sicut hieram Galeni, & Ioannis Damaſceni ſtomachicum. Pedes infirmi in aqua calida ſunt ponendi. A uino abſtineat, caulibus, lentibus, lactucis, & ſimilibus. Si ſit ex ſtomacho uertigo, catharticũ, de abſinthio, aut ſirupum de agarico damus, cum hiera picra, uel pilulas de hiera picra, & uomitum prouocamus. A cibis ahſtineant in ſtomacho inflationem facientibus.

De Lethargia. Caput XIIII.

PErfectio memoriæ, & facilitas recordationis animę, ſubſtantialem cerebri puppis ſtabilitatem, & eius innuit perfectionẽ, uel contra, hominem obliuioſum, & durę intelligentiæ neceſſe eſt faciat. Quod fit, cũ in puppi cerebri humores phlegmatici naſcuntur, qui fere nil horum prætermittunt memoriæ. Si exuſcino fit corpore, cum multa oſcitatione, & oris apertione, neq; meminerint os claudere, ex multa eſt frigiditate phlegmatis, & humiditate, cum in puppi cerebri ſuperat, & animatum ſpiritum ſuffocat. Hęc infirmitas uocatur lethargia, Galenus tamen uocat frigidam φρενίτιν. Quæ ſæpius contingit ſenibus, in frigidis & humidis regionibus. Si hanc curare uelimus, potiones damus caput mundificantes ex frigidis, & groſſis humoribus. Sicut theodoriton, pilulas cochias & ſtomachicon, & ſimilia. Hę quoq; pilulæ ſunt iuuatiuæ ſimiliter, ualentes ad frigidos & groſſos humores phlegmaticos, & ad dolorẽ capitis faciẽtes, & ad lethargiam. Recipe aloës, drach. 10. agarici, ſtecados, añ. drach. 3. colocynthæ, maſtichis, caſſiæ, ſpicæ, cinamomi, gariophyli, zingiberis, aniſi. ana. drach. 1. & s. faç pilulas in modũ piperis, & da drach. 5. cũ aqua calida. Poſt hanc mundificationem capitis, epithima faciendum eſt in eadem puppi calidum, & diſſolutiuum, ſicut nardileon, caſtoreleon, pyretheleon, ſeſameleon, ſamſuceleon, laurinum, ſambucinum, & ſimilia. Similiter cataplaſma de ſinapi, euphorbio, temperatis cum ſucco rutæ, uel de caſtoreo, & cinere humanorum capillorum, cum aceto temperatis. Cataplaſma Ioannis Damaſceni ualet lethargicis, mentem acuit. Recipe ſinapis, pyrethrũ, aſphodeli, ana. drach. 15. caſtorei, euphorbij, ana. drach. 7. tẽpera cum ſamſuci ſucco, pupim cerebri inde ſępius ungito. Sternutatio cum ſelite fiat, uel cum cõdiſi, uel caſtoreo. Gargariſſmum cum ſinapi, origano, pyrethro, ſtaphiſagria, galanga, & ſimiliter cum hiera picra, & oxymelle ſcyllitico, & aqua calida. Propria huius morbi medicina, potio eſt anacardina, unaquaq; die drach. 1. & ieiunus bibat. Si ſolũ ſit anacardiũ, mediam drach.

accipiat.

accipiat. Vtatur diatrion pipereon, diagalanga, diacoſin, trifera magna. Si inueteraſcit infirmitas, de caſtoreo detur quotidie drach. 1. cum calida. Vngatur puppis capitis. Naribus quoq; idem apponatur. Sternutatio ſimiliter fiat cum caſtoreo, condiſi, nigella, pipere, & ſimilia. Maſticet thus cum pyrethro, uel origano, uel ſtaphiſagria, uel cortice radicis caparis. Accipiat oxymel, melicratum aromaticũ. Abſtineat à ſcarificatione, & in puppi capitis maxime, & à fructibus, & cibis humidis, & frigidis omnibus.

De expergefactione à ſomno. Cap. XV.

Si patiatur puppis cerebri de phlegmate & cholera rubea cõmixtis, redditur infirmus quaſi mortuus, oculos tamẽ habet apertos: anima nullam moleſtationem tolerat. Quieſcit cum phlegma infrigidetur & humectet, expergiſcitur à ſiccitate, & acredine cholerę rubeę. Vnde Galenus: Intentio noſtra in hac infirmitate medicanda, mũdificatio eſt cerebri ex his duobus humoribus ſibi ſubſtantialiter oppoſitis. Danda ſunt cathartica, uel quodlibet aliud ſecũdum eum qui magis dominari uidebitur. Sed ſi ſunt ęquales, æqualiter fiat & medicina. Poſt mundificationem puppis cerebri, lauetur cum aqua caput, ubi chamomila, anethum, melilotus, ſamſucus, & ſimilia ſint decocta ſicut uiola roſata & ſimilia. Vngatur puppis capitis unguento de myrrha facto, aloë, croco, roſa, & ſandalis, & menta, cum albumine oui, & oleo roſato uel aceto forti temperatis. Vngatur & cum chamomeleon, nardino, anethino, coſto, nigella, & ſimilibus. Miſceantur his alia genera olei frigida, ſicut roſatum, & uiolatum, & nenupharinum.

De ſtupore mentis. Cap. XVI.

Stupor mentis eſt quaſi ſomnus oculis clauſis, qui duobus modis fit: uel enim infirmus nimiũ eſt ſomniculoſus, uel parua. Nimia ſomniculoſitas tribus modis conſtat, uel de ſola humiditate, ſicut ebrioſi patiuntur, uel de ſola frigiditate ſicut in niuẽ & glaciem cadentes ſuſtinent, uel de utroq;, ſicut in apoplecticis uidemus, & lethargicis. Secunda parua ſcilicet ſomniculoſitas, nõ eſt ſomnus, ſed quaſi dormitantis pigritia, quę non contingit niſi ex debilitatione & diſſolutione uirtutis. Hæc infirmitas nunquam aut uix curatur, utrum autem ex humiditate, aut ex frigiditate ſit cerebri pręuideatur. Pedes infirmi in aqua calida ponantur, & cum ſale fricentur. Chamomila, roſa, melilota, in aqua decocta infirmo apponantur, ut per nares fumus eorum ingrediatur, prora capitis illa aqua lauetur, & deinde cum oleo roſaceo & aceto ungatur. Si ex frigiditate ſit ſola, oportet prora cerebri ut calefiat cum aqua, ubi chamomila, centaurea, melilotũ, calamenthũ, ruta, & ſimilia ſint decocta. Deinde ungat ex muſcelino, nar-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 29 sur 404

©BIUM

dino oleo,& ſimilibus. Si ex frigiditate & humiditate,infirmo exercitiū in/iungatur. Sternutatio cum caſtoreo fiat,& cum condiſi, nigella,& pipere, quibus cerebrum cōmoueatur,& calefiat. Sternutatio alia cum muſcelino, & oleo nardino Odoret caſtoreū,& rutam. Fumigatio fiat cū licinio,bom/bycino prius accenſo & extincto. Melicratū aromaticum,& oxymel dentur ad bibendum cum ſirupo calamenthino. Medicetur hæc infirmitas itidem ut lithargia,ſed tamen in lithargia puppis,in hoc morbo prora curetur cere bri. Si ex defectione,& diſſolutione ſit uirtutis,cum chamomilla,uiola & ro/ſa in aqua coctis,ungatur. Cumq; ſandalis quoq;,& oleo roſato,& aquaro ſata. Ante infirmum dulcis ſonitus fiat de muſicorum generibus, ſicut cam panula, uidula,rota, & ſimilibus; his enim anima condelectatur,& ex dele/ctatione excitatur natura.

De uigilijs. Cap. XVII.

VIgilare eſt duobus modis, Vnū eſt naturale,& uocat' expergefa/ctio ſomni,uel extra naturā,& uigilię uocātur. Vigilię ſunt ex ni mio motu cerebri,& ex ſiccitate cholerę rubeę, ſiue nigrę,uel ex non tēperato calore,uel ex ſalſis humoribus, uel his omnibus in cerebro na ſcētibus. Si ex ſiccitate ſunt uigilię,ſequūtur anguſtię, & ſiccitas,& mutatio coloris in cute. Si ex cholera rubea fit ſiccitas, fit color citrinis,quia uigiliæ cholerā rubeā mouētes in exteriora propellūt corporis. Si ex nigra, fit color liuidus. Si cū calore ſit,ſuccedūt anguſtię,ſollicitudo,alienationes,cogitatio nes. Si ex ſalſo humore phlegmatico ſit,fit quies,& mentis ſuſpiciones,uigi/liæ,hęc proprie agūt, ut ſubſtātialia ſiccent mēbra corporis, & perfectionē digeſtiuæ corrumpant uirtutis. Cum autem cibus in corpore non bene co/ctus fuerit, totus uel plurima eius pars malos chimos generat: unde eorum palpebrę,& facies tumeſcūt,colores mutātur,ſimilesq; cōcreantur. Opor/tet ergo medicari feſtinemus has infirmitates, quia maximarum cauſę ſunt paſſionum. Conuenit tamen prius cognoſcere,ſi ex cholera rubea ſint uigi liæ: in his enim lauādum eſt caput cum aqua ubi papauer,lactucę ſemen,uio læ ſint coctę. Sternutatio eſt facienda cum oleo uiolato,& lactucæ ſucco,& oleo hyoſcyami,cum ſucco portulace. In fronte eius opium, ſaccarum,la/ctucę ſemen,hyoſcyamus ſunt ponenda. Quę omnia debent piſtari,& cum ſucco portulacæ temperari & inungi. Mulgeamus ſuper caput eius lac mu/lieris puellam nutrientis. Dioſcorides dixit: Si ſuppoſiturā facias ex oleo uio laceo uel ex opio,ſomnū gignit. Danda ſunt & cathartica, cholerā rubeam extinguentia. Danda ſunt & ſemina lactucę,papaueris,hyoſcyami, in aqua cocta, ſi ſint neceſſaria. Si uigiliæ ex ſiccitate ſint, cauſa eſt choleræ rubeę, aquā iuuat capiti infundere, ubi chamomilla,melilota, anethū, cortices pa papaueris,ſemen maluę,& ſimilia cocta ſint. Poſt raſum caput lac mulieris,uel aſininum,

©BIUM

aſininũ,uel pecorinũ,aſpergimus. Sternutationes ſunt faciendę de lacte mulieris,cum oleo de ſemine cucurbitæ.Si uigilię ſunt de falſo phlegmate, ſternutationes de oleo crocino,anethino, chamomelino ſunt faciendæ.Lauandum caput cum aqua,ubi chamomila,ſamſucus,anethum ſint cocta. Si uigiliæ ex calido ſint cibo,ſeu calida potione,medicamur prout medico diſponendum eſſe uidebitur,cum rebus ſomnum facientibus.Recipe opij,caſtorei,croci hyoſcyami,ellebori nigri,mandragorę,papaueris ſemen,oculi bouis, æquali pondere, unde factum puluerem mandragoræ ſucco debes diſtemperare,quibus ſuperimponendum oleum ſamſucinum quantum ſufficiat,& miſſum intra uas uitreũ in ſole per dies decem dimittendum,& cum baculo quotidie mouẽdum. Poſt colato opium quantum ſufficiat piſtatum, cum ſupraſcripto oleo eſt apponendũ,& item ad ſolem per dies 10. alios ponendum,& cum baculo reuoluendũ,fece colata,& iterũ liquori reddita per dies 10.iterũ ſoli ſunt reddenda. Poſtea partim de iſto,partim de muſcelino, nares & frontem illinies. Aliud.Rec.opij drach.10. lactucę ſeminis,tantũ de hyoſcyami,mãdragorę,añ. drach.5.quæ piſtata in libra ſucci mandragoræ ſunt apponẽda:& ita ſimul impoſita,& cũ ipſa aqua bullienti ſint immitẽda, & ibi excoquẽda. Quibus deinde 100.drach.olei ſiricini ſunt adiungẽdę, & tam diu excoquendę,quo ad ſolum oleũ uideatur remanſiſſe. Inde frontẽ & caput unge. Aliud,Rec.opij, hyoſcyami,mãdragorę,pondus ęquale,factũ puluerẽ aquę admiſce,& ſoli per dies quinq; exponito,& frontẽ unge. Trochiſci ſimiliter ad idem ualent.Rec.hyoſcyami,lactucæ ſemen,ſemen papueris albi,ana.drach.5.cucumeris ſemen,portulacæ ſemen,ana.drach.2.& s.opij,croci,añ.drach.1.factum inde puluerem cum ſucco diſtempera lactucæ, & fac trochiſcos unũ quemq; drach.1.dabis bibere unum cum ierit dormitũ.Similiter alterũ cũ lacte fœminę diſtẽpera,& inde caput ungi pręcipe.

De Phreneſi apoſtemate cerebri. Cap. XVIII.

PHreneſis ut abſolute diffiniatur, calidum eſt apoſtema, in quibuſdã cerebri pelliculis, quam ſemper ſequũtur uigilię, alienationes.Aliquando etiã apoſtema in cerebri eſt ſubſtantia, quod peſſimum eſt & moleſtiſſimũ. Naſcitur duobus modis,uel de incenſione cholerę rubeæ cerebrum aſcendente, uel de ebullitione ſanguinis in corde,cuius fumus cum aſcenderit in cerebrum fit apoſtema, deinde uigilię & alienationes comitãtur,& dolores.Cum autem morbus augmentatur ut ad ſtatum pertingat, terribilia infirmus accidentia patitur, ſicut ſitim nimiam,ſiccitatem oris, nigredinem linguæ, aſperitatem, moleſtationem,anguſtiam nimiam,defectionem,& ſyncopin, mutationem natiuę cutis,faciei in non natiuam,ſiue in rubedinem,ſi ſanguis cordis ſit cauſa, uel in citrinitatem,ſi ſit cholera rubea. Ex maxima uero parte hęc infirmitas ſolet

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 31 sur 404

©BIUM

contingere his qui magno & ſubito exercentur labore, & quando complexio eſt ex calido & ſicco, & maxime tempore æſtiuo. Phreneſis quę ex qualibet alia paſſione naſcit, uel eſt ex phlegmatis apoſtemate, uel ex ſtomachi paſſione, ſiue ex matrice, ex quorum colligantia per neruos cerebrum patitur. Membris in priſtinum ſtatum redeuntibus, & cerebrum ſanatur. Alienatio illa quæ ex ſtomachi contingit uitio, paulatim augmentatur. Poſtquā dolor quieſcit, febris extinguitur, morbus tamen non dimittitur, in cerebri ſubſtantia eſſe certificatur: unde eorum flatus debilis eſt, & rarus. Alienatio illa quę in augmentatione febre eſt acuta, ex fumo eſt caput aſcendente acuto & pungente, febre quieſcente, & alienatio quieſcit. Si econtrario, certificatur apoſtema eſſe in cerebro, uel in ſuis pelliculis. Galenus enim inquit alienationē acuti ſequūtur humores, pungitiui, prę̃ter maniā uel melancholiā. Quæ tribus fiunt modis, uel in cerebri ſubſtantia, uel in ſtomacho, & ad eum pertinētibus, ſicut hypochondria cū inflātur ex cholera nigra. In phantaſmatibus & alijs accidentibus eſt diuerſa, ſed tamen in quodam communicantur, ut Hippocrates in Aphoriſmo teſtatur: Si timor alicui immoretur ſine cauſa, paſſio eius eſt melancholia. Vnde omnes hanc paſſionē habētes, ſine cauſa ſæpe ſunt triſtes. Qui interrogati cur contriſtentur, non habent quid reſpondeant. Alij timent mortem, uel qualibet aliam rem patiuntur irrationabilem. Alij amant mortem, & nimium deſiderant eandem. Galenus: Non eſt inquit mirandum, ſi nigra cholera in fundamento rationabilis animę dominetur, ut timorē & triſtitiā aut mortis ſuſpicionem patiatur, cū in corporibus exterioribus nihil ſit timidius obſcuritate. Vnde ſi aliquid obſcurū rationalis animæ operiat partē, neceſſe eſt patiēs timeat, quia ſecū portat unde timeat. Quod ergo nos exterius ex obſcuritate huius aēris patimur, neceſſe eſt ex cholera nigra cū ad cerebrū ueniat, melancholici patiantur, uel cum aſcendat eius fumus, ſicut in hypochondriacis uidemus. Sufficit nobis dixiſſe de cauſa & mentis alienatione. Nunc ad medicinam tranſeundum. Oportet ergo ante morbi dominiū phlebotomari phreneticos, ut ſanguis extrahatur ſecūdum quod uirtus patitur, ſi non aliqua nobis obuient contraria. Poſt diminutionem cum cathartico eſt ſubueniendum. Recipe oxyfœnicia, pruna, iuiubas, uiolas, caſſiam fiſtulam, mannā, & ſimilia. Quotidie digeſtio eſt augmentanda, & incenſio choleræ rubeæ extinguenda, ſicut hoc cathartico: Recipe mannæ, uiolati mellis, caſſiæ fiſtulæ, ana. drach. 5. quę colata, ieiuno dentur in aqua cucurbitæ. Veſpere cū aqua maligranati dulcis & acidi, cum ſirupo, uel ſaccaro. Nutriendus eſt cum ptiſana, ſaccaro, uel pane leuato cum amygdalis, & ſaccaro. Miſceat autem ſemper cum ſirupo uiolato, uel de prunis, uel oxyſaccaro. Mittamus oleum roſaceum ſuper caput eius cum aceto, uel portulacę ſucco, uel ſemperuiuæ, & cucurbitæ, cum oleo roſaceo uel uiolato. Ponamus ſuper caput frondes ſalicis,

©BIUM

licis,uel portulacæ. Si habet uigilias, ungamus frontem & tẽpora cũ lactucæ,& papaueris ſucco, & oleo uiolato. Sternutatio fiat ex lacte mulieris, & oleo uiolato. Si ſiccitas oris creſcat, & linguæ aſperitas, lauetur os cũ pſyllij aqua,& oleo uiolato, & ſimiliter lingua. In domo ubi iacet,frondes herbarum mittamus uirides,ſicut ſalicum, myrti,roſæ. Si potionem bibere non poſſit quam ſumus dicturi,clyſtere mandamus fieri,de uiolis,hordeo mundato, iuiubis,furfure,in aqua coctis drach. 2. Apponatur de nitro unc.1. de oleo uiolato ſaccaro drach. 10. & fiat quotidie. Melancholicorum oportet cerebrum de cholera nigra mundificari,ſecundũ qualitatem ſui cum cathartico, ſicut hiera logodion, & hiera Galeni, & cathartico de epithymo, & ſimilibus, & agarico. Si morbus ſit moleſtus,uirtutem leuioribus prius regamus. Poſtea catharticũ demus eis & abſtinentia iniungat de cibarijs & cholerã generantibus. Galenus: Oportet inquit in omni morbo conſiderari, quæ medicina fortior ſiue debilior in initio debeat dari. Item dixit: Si morbus adeò non ſit moleſtus, neque ſuſpicio habeatur, à debilibus ad fortiora aſcendatur, & econtrario, contrarijs. Idem Hippoctates ſenſit.

De ebrietate. Cap. XIX.

OPortet uinum bibentes quantitatem, uel qualitatem cauere, quæ eos ualeat inebriare. Conſideret ergo quilibet corporis ſui qualitates, & membra uoluntarium motum habentia, memoriam,& rationem ſuam. Quæ ſi uideat cito immutari & debilitari,præuideat,ut ipſe uino dominetur,& non uinũ ſibi. Ex groſſo ebrietas naſcitur fumo, & indigeſto, qui cerebrum aſcendat, ipſum operit, ſicut nebula operimentum eſt ſolis, & interſtitiũ eſt mentis,& ſuæ ſplendidæ intentionis. Vnde omnia membra debilitantur,& emolliuntur. Similiter nerui ac ſenſus, & memoria turbantur, intellectus. Incipiatur igitur medicari: Si ebrioſus calidæ naturę fuerit,mittamus oleum roſeatum in capite, & uiolatum,cum ſucco cucurbitæ, & portulacæ cum aqua uiolata. Detur ad bibendum maligranati ſuccus,cum ſirupo: occupetur medicus in ſomno reducendo,ut uini fiat digeſtio,poſtea balneum temperatum paretur,& cum aqua calida pedes fricemus, cum ſale, & oleo uiolato, quæ fumum à capite deponant inferius. Ebrioſo uomitũ prouocemus,deinde bibat abſinthium cum aqua frigida, uel mentam,& abſinthium cum ſirupo roſato. Si quis autem cauſa ebrietatis dolorem patiatur circa præcordia, uomitum prouocet,& pſyllium cum aqua roſata potet,coitum euitet,& ſaturitatem ante & poſt potũ. Refocillandus eſt cum perdicibus,pullis,portulaca,& aceto mali granati citrini utatur,malis quoq; granatis,meſpilis,malis, cotonijs,& ſimilibus. Si ebrioſus fuerit frigidæ naturæ,oxymel ei detur, ante balneum, &

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 33 sur 404

©BIUM

poſt balneū dormiat, pedes fricet cum ſale, & aqua calida. Optimū eſt abſinthium ebrioſis, ſi phlegmatici ſunt. Proprietate enim ſua diſſoluitur ebrietas, unde ſi ante uinum uel cum uino bibatur, contra ebrietatē iuuare certificatur. Nutriēdi ſunt cū frictis & aſſatis rebus, & caulibus cum carne craſſa, uel caulibus in aqua coctis, cum obſomogaro, & oleo. Eſt enim propriū caulibus, ut ebrietas per eos remoueatur, & uini fumum groſſum aſcendere ad cerebrum non permittunt.

De Amore. Cap. XX.

AMor qui ἔρως dicitur, morbus in cerebro cōtiguus. Eſt autem magnum deſiderium cum nimia concupiſcentia, & afflictione cogitationum. Vnde quidam philoſophi dicunt, ἔρως eſt nomen maxime delectationis deſignatiuum. Sicut autem fidelitas eſt dilectionis fundamentum, ita & ἔρως delectationis eſt quidam finis. Aliquando huius amoris neceſſitas, nimia eſt naturę neceſſitas in multa humorum ſuperfluitate expellenda. Vnde Rufus: Coitus, inquit, uidetur ualere, quibus nigra cholera & inſania dominatur: Redditur eis ſenſus, & moleſtatio amantium tollitur, ſi etiam cum dilectis loquatur. Aliquando etiam amoris cauſa, pulchra eſt formoſitas conſiderata, quaſi in ſui conſimili forma conſpiciat, quaſi inſanit anima in eam, ad uoluntatem explendam. Cum hęc infirmitas fortiorā animę ſubſequentia habeat, id eſt, nimias cogitationes, fiunt eorū oculi ſemper concaui, cito mobiles, propter animæ cogitationes, ſollicitudines ad inuenienda ea, & habenda, quæ deſiderant, palpebræ eorum graues, citrini ſunt ipſorū colores. Hoc ex caloris fit motu, qui ex uigilijs cōſequitur. Pulſus induratur, nec naturaliter dilatatur, neq; percuſſio ſecūdum quod oportet cuſtoditur. Si in cogitationibus profundat, actio animę & corporis corrumpitur, quia corpus animam in ſua actione ſequitur, & anima corpus in ſua paſſione comitatur. Galenus: Animę inquit uirtus complexionē ſequar corporis. Vnde ſi non amantibus ſuccurratur, ut cogitatio eorum auferatur, & anima leuietur, in paſſionē melancholicam neceſſe eſt incidāt, & ſicut ex nimio labore corporis in paſſionem laborioſam incidunt, itidem ex labore animę in melancholiam. Studio igitur ſit curantibus, ne profundentur in cogitationes nimias, uinum dandum temperatū, & odoriferū, & audire genera muſicorū, colloqui dilectiſſimis amicis, nitētes uidere hortos, odoriferos, & fructiferos, currentem habentes aquam, & claram. Spaciari cum fœmina, ſeu maribus pulchrę formę. Rufus: Vinum inquit medicina eſt fortis, triſtibus, timidis, & amantibus. Galenus: Quicunque primitus uinum eſt educere molitus de uitibus, inter ſapientiſſimos eſt computandus. Zeno dixit: Sicut lupinorum amaritudo tollitur, ſi in aqua infundantur, ſic animi aſperitas ebibito uino in dulcedinem uerſa eſt. Item Ruffus: Non ſolum

©BIUM

lummodo uinum temperate ebibitum aufert triſtitiam, ſed & alia uino ſimilia, ſicut balneum temperatum. Vnde fit, ut cum quidam balneum ingrediantur, ad cantandum animantur. Quidam ergo philoſophi dicunt, ſonitum eſſe quaſi ſpiritum, uinum quaſi corpus, quorum alterum ab altero iuuatur. Dicunt alij quod Orpheus dixerit: Imperatores ad conuiuia me inuitant, ut ex me ſe delectẽtur, ego condelector ex ipſis, cum quo uelim animos eorum flectere poſſim, ſicut de ira ad manſuetudinem, de triſtitia ad lętitiã, de auaritia ad largitatem, de timore in audaciam. Hæc eſt ordinatio organorum muſicorum, atq; uini, circa ſanitatem animę. Quod perfectiſſimum eſſe dignoſcitur, ſi boni conſocij aggregentur, qui & in pulchritudine ualeant ſcientia uel moribus: Dictum enim delectatio eſt maxima, ut uinum bibatur, & colloqui ſapiẽtibus. Galenus: Colloqui inquit ſapiẽtibus ſe amantibus, laborem elicit à membris interioribus, quod ſi in hortis fiat lucentibus, & odoriferis, & fructiferis, optimũ & iocundiſſimum fit. Sic autem eorum loca ubi ſeſſuri ſunt mũda ſint, & lucida, apponantur roſa, & myrta, ſalices, baſilicon, & ſimilia. Ab ebrietate caueant, & cum oporteat, dormiant, poſt ſomnum uero in balneo delectentur, cum aqua & aẽre temperato, & lucido, neq; eis accedat quod animus abhorreat. Interrogatus autem quidam à philoſophis quare horribilis homo grauior eſſet quàm quodlibet pondus, taliter reſpõdiſſe fertur; Homo inquit horribilis pondus eſt animi ſolius. Alia uero pondera, animæ & corporis ſunt communia. Hæc eſt uia medicinę circa amantes exercenda.

De ſternutatione. Cap. XXI.

SErnutatio de diuerſis humoribus naſcitur. Aliquando enim natura operatur, cum humores adunatos ſiue fumũ ſatagit expellere à cerebro, qui iam uel ſunt morbi, uel cauſa futuri uitij: humanum enim cerebrum humidus eſt cerebris cæterorum animantium. Vnde humores adunantur, qui cooperante natura inde expelluntur cum ſternutationibus. Aliquando enim fit ſternutatio ui morbi non naturæ expulſione, ſicut in coryza uidetur, & in peripleumonia. Aliquando quoq; magis fit aliũde quàm ex qualibet infirmitate. Canales enim narium humanarum curtæ naturæ ſunt, unde cito ad cerebrum nocitiua extrinſecus ueniunt, ſicut puluis, frigiditas aẽris, ſplendor ſolis, & ſimilia. Quę cum ad cerebrum ueniant, expelluntur à cerebro motu ſuo continuo, & inde fit ſternutatio. Quæ ſi diu permaneat, poſtquam cerebri expulſa ſit ſuperfluitas, ſuccurritur lauatione capitis cum aqua ubi chamomilla, roſa, hordeum mundum, ſiſymbrium, & ſimilia cocta ſint. Apponitur naribus baſilicę ſuccus, cuius proprietate ſternutatio aufertur. Si ſternutantis caput

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 35 sur 404

©BIUM

calidæ fuerit naturæ, cum ole roſato, & uiolato, & aqua roſata ungatur. Si frigidę, oleum ireos, & nigellæ, chamomelion, & ſimilia, capiti appone.

De apoplexia & epilepſia. Cap. XXII.

PASSIONEM qua ſubito homines cadunt, antiqui frequenter habuerunt, & peſſimum morbum uocauerunt. Vulgus dicit accubatum, & iram dei eſſe. Vnde oportet ut diffinitio ſubiungatur, & diuiſio, & medicina ſui ex autoritate. Galen. Hęc inquit paſſio quæ epilepſia uocatur, humor eſt frigidus, & humidus, quo uentriculi cerebri non perfecte oppilantur, prohibens animam ad declarandam actionem ſuam, quoad natura uias cerebri naturales illo humore exoppilauerit. Eſt autem epilepſia apoplexiæ uicina. Locus enim eſt idem & materia unde naſcuntur, frigida eſt, & groſſa: ſed tamen apoplexia totius uirtutis per membra diſcurrentis eſt ablatiua. Epilepſia uero motuum eſt diſturbatio. Vnde medici apoplexiam paruam uocant epilepſiam, quæ tribus ex cauſis eſt, uel ex humoribus phlegmaticis, uel melancholicis naſcentibus in prora cerebri, uel ex uẽtoſitate frigida, & groſſa cerebro dominante, uel ex humoribus cuipiam alij membro dominantibus, ſicut ſtomacho. Cum enim humor aliquis naſcitur in his membris, fumus eius aſcendit per neruos ad cerebrum, groſſitudine cuius uiæ animantis ſpiritus oppilantur. Vnde caducus morbus concreatur, ſine ullis antecedentibus accidentibus, & ore ſpumant. Epilepſiam ex humoribus in prora cerebri exiſtentibus, timor & grauitas præcedunt capitis, & pigritia, & tenebroſitas in oculis. Accidentia uniuerſalia, ſenſus & uoluntarij motus fuerit ablatiua, mens corrumpetur, & patiens ſpaſmatur, ſed tamen cito ſanatur. Aliquando pollutio, & egeſtio hanc paſſionem comitantur, & urina præter uoluntatem emittitur. Hęc paſſio ſemper uenit determinata. Vnde Galenus inquit: Epilepſia quę creſcẽte luna uenit, ſui materiam ſignificat eſſe humidiſſimam. Omne enim humidũ creſcente luna habet incrementum. Quæ uero uenit deficiẽte luna, frigidiſſima quidem eſt, ſed tamen parum humida. Cum ergo magna huius morbi genera, uel accidentia intelligantur, oportaliter medicentur: Incipiendum eſt à calefactorijs, & diſſoluentibus, & purgantibus humores cerebri, cum hiera Galeni, & ſimilibus. Stomachicon in quo colocyntha, & quę cerebrũ à groſſis humoribus purgent. Gagariſmũ faciamus cũ calidis potionibus, hierapicra. Pluribus ſternutatio cõfert cũ calidis oleis. Caput eſt lauandũ cũ eiſdẽ quę in lethargia diximus. Cũ purgatum eſſe caput perfectiſſime certificabitur, cum ſulphurea, uel ſalſa aqua balneetur, magno exercitio utatur. Bibat uinũ poſtquam exierit de balneo, dormiat: poſt ſomnũ uero in balneũ eat tepidum & amenũ quo animus delectetur. Si clyſterizare oportuerit, faciendũ eſt cũ chamomilla, anetho, centaurea, meliloto, colocyntha, & ſimilibus. Interuallatim uero det theriaca

maior

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 36 sur 404

©BIUM

maior,& calida antidota dentur,ſicut anacardinũ, diatrion pipereon,& ſimilia. Dioſcor. dixit: Epilepticus ſi coagul lũeporis biberit, iuuatur. Similiter aſininum epar ſi aſſetur ut bibatur,& eius ungulæ incenſæ, da drach. 2. & s. quotidie. Caprinũ epar ſi detur epileptico,epilepſia apparet. Prout idẽ dixit,pyrethrum accipiat,& cum melle diſtemperet, quod ſi naribus apponatur,& collo ſuſpendatur,ualde iuuat. Cerebrũ ceruinũ cum oleo roſato accipiatur,& frons epileptici ungatur. Pili quoq; canis albi nullã nigredinẽ habentis collo ſi fuerint ſuſpenſi,ualent. Fel urſinum ſimiliter ſuſpende. Epileptícus cum calidis eſt nutriendus, quibus groſſi humores diſſoluuntur. Bis uel ter in die manducet,uinum uetuſtiſſimum bibat ſubtile, atq; clarũ. Abſtineat à lacte,caſeo, lentibus,betis,& caulibus, apio & ſimilibus. Si exſtomacho eſſe certificabitur,uomitus ei detur,cũ hierapicra ſtomachus mundificetur,& etiam cum aqua calida uel melle aromatico,& cum ab humoribus erit mundificatus, à debilioribus ad maiora ſecundum ordinem aſcendatur. Si puero hoc contingerit,uel adoleſcentulo: his enim ſæpius contingit propter humiditatem corporis,quæ duobus fit modis,uel de frigida & humida,complexione dominante cerebro,uel ex mala ordinatione dietę. Si inquam in initio natiuitatis fuerit,& mala complexio dominãs cerebro cauſa fuerit,& ipſa frigida,& humida,uel utrũq; ſit, huiuſmodi ſanantur in pueritia uel adoleſcentia,mutationibusq; eorum cõplexiones in calidiores mutantur,& ſicciores. Si uero ab initio natiuitatis fuerit,uel à malo nutrimento inceperit fieri, uel à qualibet alia extranea cauſa, huiuſmodi oportet medicari,ſicut diximus,& ſecundũ quod eorum ætas,& uirtus patientur. Vnde Galenus dixit: Pœonia ſi collo pueri ſuſpẽdatur,ab epilepſia liberat. Teſtatur autem ſe uidiſſe octo annorũ puerũ,hunc habẽtem morbũ,& tamen pœonia collo eius erat ſuſpenſa,quæ cum à collo caderet,ilicò hac infirmitate uexatus eſt,quę cum appoſita eſſet,liberatus eſt. Galen. item inquit,à collo ſuſtuli,& itidem ut prius cecidit,deniq; reddita collo, ſanauit eum tertio. Vnde intellexi, quia ex hac medicina pars humoris minoratur, & ſi minima per odoratum intrat, loca ſanat infirma. Item percepi quia aërem in naturam ſui mutat medicina,& intrans per nares,infirmos ſanat.

De *maiori apoplexia*. Cap. XXIII.

SI omnes cerebri uentriculi impleãtur humiditate ſolius ſanguinis,phlegmatis,ſeu mixtorum cum alijs humoribus,& hac materia oppilentur uẽtriculi cerebri, totius ſenſus corporis, atque motus auferũtur,& eſt quaſi nõ intelligens,neq; uidens,neq; audiens & quaſi exanimatur. Omnis ſenſus animę corrũpuntur,niſi ſolus motus thoracis in anhelitu. Qui ſi auferat,moleſtior, & grauior infirmitas efficitur. Infirmitatem hanc philoſophi uocant apoplexiã magnam, cuius magnitudo

©BIUM

gnitudo,ſiue paruitas ex qualitate anhelitus eſt intelligenda. Si enim apoplę ctici cū maiori anguſtia,& quaſi cū impoſſibilitate ſuſpirant, morbū eſſe gra uiſſimum autumant. Cum uero ſine anguſtia,ſed tamen ſine ordinatione ſu ſpirant,& aliquando quieſcunt morbus quidem fortis,ſed non priori eſt ſi milis. Si ſuſpiria ſint ordinata,& non anguſtioſa,parua eſt infirmitas. Vnde in Aph. Hippocrates: Apoplexia ſi ſit fortis impoſſibile eſt curari. In parua uero non facilis eſt cura. Si autem humores è capite ueniant in quālibet par tem,dextram,ſiue ſiniſtram,apoplexiam minorem uocant,& ſecundum lo cum ubi eſt,nomen ei datur. Quod ſi cōſtipatio illa in unum tantū neruum deſcendat,fit mollicies in illo mēbro cui neruus ille ſeruit. Si oppilatio in ner uis ſpondylis eſt,in initio aufertur ſenſus,& uolūtarius motus à cerebro ue nientes,& omnia ſpondylia ſuppoſita,ſenſu,& motu ſunt carētia,facies ue ro ſana. Si faciei tortura,uel mollicies in toto corpore,uel in aliqua parte fuerit,neceſſe eſt intelligi cerebrum oppilatū eſſe. Hęc minor apoplexia ali quando eſt leuis,aliquādo dura. Dura ſermonem aufert,& uirtutē,& uolun tariū motū totius illius lateris,& maxime ſi in dextro ſit: leuis quidem habet ſermonem,ſed parua eſt uirtus,ſenſus quibuſdam membris,imò toti illi au fertur,& maxime ſi ſenſus uel motus in pedes deſcendat,poſt dies tres uel quatuor,ſiue in manus,poſt dies uiginti,ſeu in uicina in eodē neruo. Cum hic morbus ex humoribus groſſis ſeu uiſcoſis naſcitur,prę ceperūt antiquio res noſtri ante omnia à purgationibus humorū incipi,cum maioribus anti dotis,aut cū catharticis,ſicut theodorithon,hiera Galeni,hiera logodion, hierapicra,& ſimilibus. Item,cum tapſiæ pilulæ,fetidis pilulis,euphorbij pilulæ cum interuallo. Cum nullum antidotū dabitur,theriacam,ſocruge nam dabimus,& antidotū anacardi,& ſimilia. Si oportet clyſterizari,cum rebus fiat calidis. Gargariſmū cum ſinapi,uel melle,& cum pyrethro,ſta phiſagria,hierapicra,& oxymelle fiat. In capite faciamus epithima de ane thileo,de oleo caſtorei,uel de oleo euphorbij,& ſimilibus. Lauādum eſt ca put,collum,ſi morbus in illis eſt,cum aqua ubi cocta ſint chamomilla,ane thū,melilotus,ſamſucus,ſemē iuniperū. Epithima ponamus in loca nō ſen tientia,& in locis calidis. Sternutationes dandæ ſunt,ſimiliter ut cerebrum moueatur. Cibi eorum ſint calidiſſimi,uinum forte & uetus. Poſt 21. diem balneentur,& poſt balneum uinū detur. Si ex noſtra medicina infirmus in febres incidat,febris ipſa morbi fit perfecta medicina, quia cum corpus ca leſiat, diſſoluuntur humores. Si uirtus cuſtodiatur,& plenus eſſe uideatur, eſt phlebotomandus,ſed in ætate magna,& uirtute defecta,cauenda eſt phlebotomia. Sufficit enim altera medicina. Fetidæ pilulæ ualentes, apo plecticis,epilepticis,paralepticis,arteticis,podagricis,groſſæ uentoſita ti,iliorum dolori,neruorum dolori,& moliciei & menſtrua prouocant. Recipe aloēs,bdellij,colocynthę,ſagapini,amoniaci,opopanacis,cicutę ſe minis,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 38 sur 404

©BIUM

minis,ana.drach.1. fiant indè paruiſſimę pillulæ cum ſuccõ porri: Dentur drach.2.& s.cum aqua calida. Quas ſi plus uelis calefieri, & deſiccari, iunge euphorbiũ & caſtoreũ. Tapſię pillulæ ſimiliter ualent. Rec. aloës drach. 10.mirobalani citrini drach.5.penidij drach.2.tapſię,calami aromatici,zingiberis,ſinapis ana. drach.1. & s. piperis longi, & nigri, colocynthæ, ana. drach.2. tempera cũ ſucco porri,& cum aqua calida,da drach.2. & s. ut ſupra. Pillulæ Ioannis Damaſceni, Recipe hierapicra drach.15.zingiberis, ſinapis ana.drach.1.& s.piperis longi & nigri drach.2.tapſię, calami aromatici,ſalis indici,añ.drach.1. & s.penidij drach.3.tempera cum ſucco bdellij, & fac pillulas dans drach.2. Aliæ pilulæ euphorbicæ,Rec.euphorbij,colocynthæ,ſcamoneę,bdellij,añ.drach.2.amoniaci,ſagapini,opopanacis,turbith,añ.drach.1.caſtorei,ſarcocollæ,aloës,aniſi,maſtichis,apij, ſeminis cicutæ,añ. drach.1. & s. tẽpera cũ ſucco apij uel porri, dans drach. 2. Hiera Ioan. Damaſceni ualet ad mũdificandũ caput de phlegmate, & apoplexiæ phlegmaticę, paralyſi,molliciei,paſſionibus oculorũ. R. turbith,drach.10. chamædreos,ſtecados, ellebori nigri,ana. drach.4.& s.aloës, colocynthæ ana.drach.3.pyrethri longi piperis,zingiberis,ana.drach.4.& s. cinamomi,ſpicæ,polij,petroſelini,croci,euphorbij,ana.drach.2.piperis albi & nigri,cardamomi,macis,añ.drach.3.agarici,polipodij,epithymi,ana.drach. 4.& s.abſinthij drach.15.penidij drach.6.nigellæ,caſtorei,añ.drach.4. ariſtolochiæ rotundæ drach.3. fac puluerem,adiungens mel quod ſufficit, da drach.2. cum aqua calida ieiuno. Aliud,Rec.turbith drach.6.ſcamoneæ, tapſię,maſtichis,zingiberis,galangę,ſpicę,cinamomi,ariſtolochiæ longę, añ.drach.3.aſari,carpobalſami,xylobalſami,coſti,myrrhę,croci, nucis muſcatæ,ana.drach.2. mel quod ſufficit, da drach.6. cum aqua calida ieiuno: puluis ualet ſimiliter. Aliud,Rec.turbith,ſagapini,hermodactyli,tithymali, colocynthę,ſeminis cicutæ,apij,aniſi,ſtecados, acori,diagridij,zingiberis, ana.drach.1.& s fac puluerem,tẽpera cum amygdalino, da drach.2. cum aqua calida. Oleum Ioannis Damaſceni, ualens paralyticis, apoplecticis, epilepticis, ſi fiat inde unguentũ, uel ſternutatio. Recipe nigellæ drach.2. ſuper laterem aſſatas & piſtatas, ſicut medullas, deinde accipe aqua ubi infuſum fuerit fœnugręcum per diem ac noctem, cola poſtea & calefac nigellam,& fac bullire bis uel ter. Deinde deponens à foco permitte quieſcere, uſqquo oleũ ſuper aqua appareat,poſtea collige in uaſculo,& repone. Deinde caſtoreum & galangam fac in aqua coquere, & cola, mittens drach.5. prioris olei in aquam iſtam, & dabis bibere. Aliud ualet paralyticis,apoplecticis,& omnibus frigidis morbis. Recipe omphacini olei drach.11. euphorbij uncias 7. caſtorei, drachmas 11. fac piſtari, & in oleo coque fortiter, poſtquam reſederit, da bibere cum aqua ubi aniſum, & maſtiche cocta ſint. Aliud oleum ualens frigidis paſſionibus, & gibboſitati, artetico

dolori,

©BIUM

dolori, epaticis, ſpleneticis ex frigiditate, apoſtematibus duris, groſſis, & frigidis. Recipe ſambuceleon, olei laurin, ana. drach. 4. olei ſeſamini drach. 3. Omnia commiſce cum duabus libris aquę, & poſt accipe chelidonię, coſti, maſtiche, ana. drach. 4. pyrethri, bdelli, thuris maſculi, cicutæ ſemen, ana. drach. 2. piſta omnia, & commiſce: coque quo aduſq; aqua pereat, & ſolum oleum remaneat. Aliud: Recipe olei lentiſcini, ſambucini, añ. drach. 4. corticis maligranati, galbani, ana. unc. 2. Omnia commiſce in una libra ſucci calamēthi, anethi, chamomilę, & coque quo aduſq; aqua cōſumatur. Vnguentum ualens ſimiliter, Recipe pyrethri, olei laurini, ſambucini, ſtaphiſagriæ, ana. unc. 1. nitri, ſinapis, ana. unc. 2. piperis drach. 2. euphorbij unc. 1. caſtorei unc. ʒ. olei & ceræ quantum ſufficit. Sternutatio fiat ualens apoplecticis, epilepticis, quia mundificat cerebrum ab humoribus groſſis. Recipe, condiſi, caſtorei, piperis, nigellę, pondus æquale, fac puluerem cum ſucco oculi litij, fac pilulas in modū lentis, & dimitte ſiccari uno die, in oleo ſambucino diſtempera, & ſternutatio fiat. Aliud ſimiliter. Rec. condiſi drach. 7. piperis añ. & nigri, caſtorei añ. drach. 1. rutæ & ſinapis, ana. drach 2. aloēs, nigellæ drach. 1. & ſ. Facto puluerē, naribus impone, & ſternutatio fiat. Gargariſſmus, Recipe pyrethri, ſynapis, piperis, ſtaphiſagriæ, calamenthi, zingiberis, ana. 1. & ſ. fac puluerem, & cum melle tempera, faciens inde gargariſſmum cū oxymelle. Aliud ualet ſimiliter: Rec. origani, ſambuci, ſinapis, pyrethri, calamēthi, hieræpicrę, hyſopi, piperis longi pondus æquale, factum inde puluerem diſtempera cum oxymelle, in modum auellanæ.

De ſpaſmo, & tetano. Cap. XXIIII.

SPaſmus & tetanus ſunt non uoluntarij motus, quos membra uoluntarium motum habentia patiūtur, propter plenitudinem neruorū, uel inanitionem eorum. Eſt autem triplex, uel ſpaſmus anterior, uel poſterior, uel tantum tetanus, quia tetanus à ſpaſmo ſpecificatur, ſed tamen in mēbris nō apparet ſpaſmus, quia ante & retro nerui conſtringunt, ęqualiter unde hoc nomē proprie ſortit. Oportet aūt intelligamus, quia ſi ſano homini ſubito euenerit ſpaſmus, ex plenitudine neceſſe eſt efficiatur, ſi poſt acutas febres fiat, labor, uigilię, & ſimilia, ex inanitione eſſe intelligas. Hanc ſpaſmi ſpeciē poſt acutiſſimas febres naſcentē, ſcito eſſe incurabilē, quia nerui ubi poſt longum tempus non curantur, neq; acutus morbus tunc tēporis eum dimittit, quo uirtus diſſoluitur. Sed ſi cum febribus, uel in febriū ſit initijs eſt curabilis. Calores febrium diſſoluunt humores, unde ſpaſmus fit, & per membra eos diſpergūt. Si ergo ſpaſmus uel tetanus ſit ſine febribus, maxime tamen ſi febres ſuccedunt, quoquo modo curantur. Febribus enim humor diſſoluitur, & à corpore expellit. Vnde Hippocrates in Aph. Tetanū ſpaſmū ſi quis habuerit, & poſt febris ſuperuenerit, quoquo modo morbus

ille

©BIUM

ille poterit dissolui. Maxime intelligimus spasmum post febres esse incurabilem. Cum febribus dubium est, sine febribus curatur. Cum ergo spasmum sine febribus uiderimus, & hominem sanguinolentū esse intellexerimus, de media uena phlebotomemus, si nihil disuadeat. Si ex alijs humoribus sit, tantū cum hierapicra, picra logodion, & similibus stomachicis curet. Clysterizari, & ungi oportet, balneari, & sternutationes fieri, uel & gargarissmos sicut in apoplexia diximus. Nutriendus cibis subtilibus. Si ex inanitione sit spasmus capiti infirmi lac asininum mulgeamus, & ouinum, & lac mulieris puellam nutrientis. Lauandū est caput cum aqua ubi uiola, malua, hordeum, rosa sint cocta, & stercus caprinum. Post ungamus cum oleo uiolato. Infirmo medicina, ac cibus dentur, unde humectatio conficiatur, & sicut febricitās infirmus regatur. In aqua tepida & dulci infirmus ponat. Aliquando pueri spasmum patiuntur ex neruorum contingentē defectionibus. Vnde ex leui qualibet occasione patientes facile curantur.

De tremore & iectigatione. Cap. XXV.

TRemor, & iectigatio sunt accidentia ex morbis, & natura cōposita. Qui duo morbi sibi sunt oppositi. Vnus sursum, alter deorsum. Superiorem natura operatur, inferiorem morbus, sicq; iectigatio & tremor concreantur. Sed incipientis causa tremoris, defectio uirtutis est, lacertos mouentis. Quæ uel à semetipsa complexionis malæ deficit causa, uel ex accidentibus animę, sicut timore, uel ex motus uoluntarij grauitate, uel ex grauanti pondere uirtutem uincente.

De stupore membrorum. Cap. XXVI.

DOrmitatio membrorū composita est, inter natura, & morbū. Cuius causa est frigiditas, substantiam neruorum coagulans, & infrigidans, & constipans, ne uirtus sensibilis eam penetrare possit. Quorum omnium medicina est una. Donemus quæ calefaciant, dissoluāt, & superfluitatem minuant, sicut theodon, & hiera logodion, & similia. Olea & unguenta superioribus fiant similia; hæc omnia fiant post balnea sulphurea & nitrea, multæ fiant fricationes. Cibos demus faciliores, & malas non habentes qualitates.

C Constan-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 41 sur 404

©BIUM

CONSTANTINI AFRICANI MEDICI DE MEMbris faciei, Liber II.

Vperior pars capitis & cerebri infirmitates continet, & curas. Cõsequens est ergo morbos in mẽbris faciei ortos nõ esse prętermittẽdos. Incipiamus ergo ab oculis qui dignio/res partes sunt faciei. Deinde quoq; morbos breuiter desti/nauimus tangere frequẽtiores, & ſępius oculis cõtingentes.

De lippitudine. Cap. I.

Phthalmia est calidũ apostema, nascẽs super albuginem oculo/rum, pelliculasq;. Cuius causa interior est uel exterior. Exterior maior est uel minor. Causa eius est fumus, calor solis, siue pul/uis. Interior est ex humoribus ad coniunctiuam tunicã cõfluen/tibus, unde oculi patiũtur apostema, sicut & cętera corporis membra. Cau sa defectio est recipientium membrorum, id est, oculorũ, & abundantia hu/morũ à capite manantiũ. Differentia horum duorũ est ex causa exteriore, quia exterius apostema discedente sua causa remanet oculorum sanitas. Al/terius ecõtra. Exterior duas species habet, maiorem scilicet & minorem. Mi mor differt à maiore, quia nullam apostematis similitudinem uidetur obti/nere, in tumore scilicet & duritia. Altera dura est, & tumet. Interior tumet & dolet, quæ dolet, dura est, & lachrymosa, & plenitudinem uenarũ habet. Significatio humorũ pertinẽs ad cõiunctiuam descendentiũ, talis est: Si san guinolentia sit materia oculorum, nimia est grauitas, rubent oculi, & fiunt tumidi, liquorum emissiui, grauatur frons, lachrymæ sunt nimiæ. Si ex cho lera sit rubea, sentiunt oculi quasi aculeis pungantur, rubẽt, & calent, & aspe ritatẽ sentiunt. Si ex frigidis uel grossis sit humoribus, uel ex uẽtositatibus, tẽtio in oculis sentitur. Nimiũ sine multo labore uel rubore grauãtur, in no ćte inuiscantur, humores nimij effluunt, & ipsi sunt uiscosi. Hanc ophthal/miam cum curare disponimus, si ex causa sit qua descedente sanitas rema/neat, uideamus. Tunc tandem infirmo præcipiatur ne se moueat, ut capite alto dormiat, luminis splendorem fugiat, uoces non emittat. Cibus donetur frigidus, & facile digestiuus, potus aqua calida, & clara, neq; fumo uel pul/ueri appropinquet, siue soli. Sed utatur balneis, aëre, & aqua dulci tempera tis, his obseruatis nõ oportet aliter medicari. Sed si contigat ex humoribus à capite descendẽtibus, si sanguis abundet uideamus, cephalicã uel mediam uenam phlebotomemus, si tamen ætas, tempus, consuetudo & uirtus pa/tiantur, si nõ, scarificemus uel sub mento cũ uentosa. Quod si humores sint cholerici, & rubei, detur infirmo cathartícũ de mirobalanis citrinis, uiolis, oxyfœnicia,

©BIUM

oxyfœnicia,abſinthio,caſtiafiſtula,manna,& ſimilibus rubeam cholerã pur gantibus.Præcipiatur quieſcere,nec mouere,& in obſcuro loco morari ma xime,pedes in aquam calidam ponãtur. Caueat à coitu,pãruo cibo utatur. Sæpe poſt purgationem phlebotomiæ, uel cathartici balneetur. Oculis al bum collyrium cum lacte aſinino ſiue fœminino,apponendum eſt in initio, Poſt aliæ res apponãtur, quibus humor diſſoluatur, & excoquatur, ſed ta men prius purget corpus,unde Hippocrates in Aphoriſmo: Dolores ocu lorum uinum purum potatum,phlebotomia,pharmacia,& balneũ curant. Intentio tamen Hippocratis talis fuit: Vinum phlegmaticis, phlebotomia ualet & ſanguinolentis, & cholericis, balneũ melancholicis, pharmacia his qui humoribus mixtis ſunt pleni. Item ſi ex phlegmate fiat, uinum prodeſt. Si ex ſanguine,phlebotomia. Iuuat emplaſtrum ex thurę & pice, maſtiche, naſturtio cum albugine oui diſtẽperato,& ſuper oculos impoſito. Poſt hoc oportet inquiri,an infirmitas proprie ſit illius loci,an aliũde ueniet. Si enim aliunde,medicandum eſt prius mandans membris, & poſtea illud cui man datur,incipiendum eſt à medicina oculorum confortatiua,& humorũ con ſtrictiua.In declinatione diſſoluendo.In augmento ſui ſtatu, mediocriter in ter confortatiuam,& diſſolutiuam agatur. In dolore forti, fortiter infuman di ſunt oculi cum aqua ubi cocta ſint melilotus,& fœnugręcũ. Si dolor adeò ſit magnus, ut pati nequeat infirmus dolorem, dare cogimur dolori repu gnantia: ſicut fomentationem opij & corticis papaueris cocti & ſimilium. Accipiamus ſcariolam tritam, & oleo roſato mixtam, & oculis apponamus hanc: Si dolor ſit nimius, farina hordei commiſceatur. Similiter portulaca cum oleo roſato. Pſyllium quoq; infuſum aquæ roſatę oculis ſuperpone. Vi tellum oui,oleum roſatum,atq; crocũ, oculis impoſita ualent. Ad ipſorum apoſtemata,accipiat roſa uiridis, & lenticula innatans amni, pondere ęqua li,quę piſtata oculis apponantur. Si calor ſit oculorum nimius,cum mundo bombycino,oleo roſato, & albugine oui infuſo & appoſito oculis,refrigere mus,& cum dicendis collyrijs medicemur.Collyrium album ualens calidæ ophthalmiæ,ſi ſit cum dolore. Recipe gummi arabici,dragagãti,amyli,aã. drach.4.ceruſſæ drach.6. opij drach.2.diſtẽpera cum albugine oui pulue rem factum,& fac collyrium in modum piperis. Aliud, Recipe ſarcacollæ drach.8.amyli drach.7.gummi arabici,dragaganti, ana.drach.5. ceruſſæ drach 6.thuris,opij,ana.drach.2.tempera cum albugine oui. Aliud ualens puſtulis,& uulneribus. Recipe ſarcocollæ temperatæ in lacte aſinino, dra gaganti,opij,ana.drach.1.ceruſſæ drach.6.gummi arabici drach.4. thuris drach.s.tẽpera cum aqua pluuiali.Aliud ſimiliter ualens ad opus unius diei, Hoc autẽ ſanctus Paulus ſcripſit, Recipe dragagãti exagiũ 1.croci exagia 2. ſarcocollæ exagia 4.chelidoniæ agreſtis exagia 8.tẽpera cũ aqua. Aliud ua lens ophthalmię in augmẽto ad expellendũ dolorẽ,R.ceruſſę drach.2. dra

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 43 sur 404

©BIUM

gaganti,gūmi arabici,amyli,añ. drach.1. acaciæ,opij,añ. drach.s. cū aqūa pluuiali diſtempera. Aliud collyriū roſeum in augmento dandum. Rec.roſæ,gummi arabici,añ.exagia 4.ceruſſę,coſſi,añ.exagia 2.opij, exagium s. tempera cum aqua pluuiali. Aliud roſeū. Rec.roſæ exagia 4.coſti exagia 2. acaciæ 1. opij exagiū,s. tempera cum aqua pluuiali. Puluis calidæ ophthalmiæ ualens,Recipe chelidonię agreſtis drach.1.ſarcocollę drach.2. fac puluerem,& in oculos mitte refrigerans cum albumine oui. Aliud, Recipe ſarcocollæ drach. 5. amyli drach. 4. ſpumæ marinæ drach. 3.ſaccari drach. 2. fac puluerē. Aliud,Recipe ſarcocollæ drach.5.coſti,opij,ana.drach.1.fac puluerem. Aliud ualens calidæ ophthalmiæ & uentoſitati.Recipe ſarcocollæ drach.6.ſaccari tantundem, ceruſſæ, amyli,ana.drach.4. coſti drach.1. Aliud, Recipe ſarcocollę temperatę cū lacte aſinino, drach.6.amyli drach. 3.ſaccari drach.2.fac puluerem.

De panniculis,& albuginibus. Cap. II.

PAnni in oculis fiunt,& albugines ex uulneribus, uel puſtulis, quorū uterq; eſt incurabilis,fiunt autē ex humore inter uueam & cryſtallinam ſe locāte,& coagulante,qui ſi ſit ſubtilis,ſuccus papaueris rufi,ad medicandum ſufficit. Sed ſi groſſus, fortior medicina eſt neceſſaria. Puluis ualēs, Recipe ſacchari drach.1.ſpumę marinæ drach. 2.fac puluerem. Aliud,Recipe drach. ſacchari,amyli,añ.drach. 2. Aliud, Recipe corticum oui, ſpumæ marinæ,pondus æquale. Aliud ualens obſcuritati oculorum, ungulæ,& pannis ungulas comitantibus. Recipe cochleam marinam incenſam,& exiccatam.Similiter ualet uentibus pannis,& prurigini,limatura æris temperata cum aceto,& per ſeptem dies ſoli appoſita, poſtq; deſiccata. Collyrium ualens panniculis oculorum, Recipe ceruſſæ, cathiniæ aureæ incenſæ, & cum aqua pluuiali tribus diebus lotæ, ana.exagia 2. cardamomi, piperis longi, ſpumæ marinæ,aloēs,myrrhæ, oculilucij, opij, ana. drach.s. tempera cum aqua roſata, ubi fuerit coſtus infuſus, fac pillulæ in modum lentis. Diſſolue unam in lacte mulieris puellam nutrientis,impone in oculis. Aliud puluis, Recipe amyli,drachmas 4. ceruſſę, antimonij drach. 1. Aliud collyrium, Recipe ceruſſę, drachmas 3. ſarcocollę temperatæ,drachmas 2. dragaganti,gummi,ſacchari,camphoræ,ana. drach.s. ſpumę marinæ,drach. 1. gemmę non perforatę,drach.s. tempera cum albumine oui.Dicunt etiam quidā philoſophi ſanguinem hirūdinis calidum tantum ualere, & ſanguinem upupę,& cerebrum eiuſdem ſiccatum. Aliud, Recipe nitrum rubeum,cum oleo laurino ſimiliter ualet.

De ſan-

©BIUM

De *sanguine in oculis.* Cap. III.

CRustula est sanguis qui ad coniunctiuam à suis arterijs descendit, cum ipse concrepuerint. Fit autem duobus modis, scilicet ex oculi percussione, & fissura coniunctiuæ, uel ex apostemate in cõiunctiua, & non ex sui fissura. Medicamen est lac muliebre calidum, cum puluere thuris iniectum oculis, uel sanguis turturis, siue pulli columbini, cum calidus sit: fac phlebotomari sub alis, & calidum istum sanguinẽ detrahe oculis. Aliud, Aqua fœnugræci ualet similiter. Aliud, uitellum oui coctum in aqua, & cum uino temperatum, oculis ualet impositum. Et lana ualet succida, oleo rosato infusa. Item, hysopum in aqua coctum, & panno lineo aspersum prodesse fertur. Valet acetum calidum spongiæ infusum, & oculis impositũ. Item ad dolorẽ oculorũ & sanguinem in eis coagulatum thus, mastiche, subtilissime trita cum succo apij & albumine oui temperata iuuant, si superponantur. Si sanguis fuerit in oculis ex percussura, cyminum, pistatũ cum cera sæpius calefac ad ignem, & pone super oculos multotiens calidum, hoc fac donec sanguis fugiat.

De *lachrymis.* Cap. IIII.

LAchrymæ causam exteriorem non habentes, ex humoribus à capite descendentibus ad oculos, esse intelliguntur. Hi humores per uenas cranei descendunt subteriores, siue superiores. Qui cum sint super craneũ, infirmus patitur tentionem in uenis frontis, & temporũ. Si ex uenis sint subterioribus, erunt lachrymę cum sternutationibus. Si ergo uideat quod ex uenis sint cranei superioribus, uenæ in temporibus, uel post auriculas incidantur, & super frontem desiccatiuum cataplasma imponamus. Si à uenis sint subterioribus, pilulis de hiera picra demus, & pilulas cochias, uel pilulas aureas, uel maiora antidota, sicut theodoton, & similia. In capite tale quid quod confortatiuum sit apponendum est, unde humectationes desiccentur. In oculis his collyrium imponamus. R. cerussæ, dragaganti folij, rosę, pondus æquale, tempera cũ aqua pluuiali. Aliud desiccans lachrymas, ualens obscuritati, prurigini, ardori. Recipe hematitis, calcitheos, ana. drach. 2. chelidoniæ agrestis, galangæ, cathimiæ, ana. drach. 1. costi, opij, aloës, spicæ, ana. drach. s. factũ puluerem cum succo marathri distẽpera. Aliud, Recipe gummi, thuris, cerussę, ana. drach. 2. opij, drach. 1. dragaganti, drach. s. tempera cũ aqua pluuiali. Aliud, Rec. acacię drach. 10. opij drach. 2. & s. hęmatitis drach. 2. & s. myrrhę, & aloës, ana. exagium 1. fac puluerem. Aliud, Recipe cõchularum incensarum, gemmæ nõ pertusatę, ana. drach. 2. amyli, antimonij, ana. drach. 1. tutię indię drach. 4. camphorę drach. s.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 45 sur 404

©BIUM

De amittentibus uiſum ab occaſu ſolis. Cap. V.

SVnt quidam à ueſpere ut antea nõ uidentes. Quibus cephalica uena eſt incidenda, & danda hierapicra, pilulæ ſtomachicæ, & leui cibo nutriẽdi ſunt. Abſtineant à cœna nocte, accipiant epar capri num, igne aſſatum, cuí piper adponant longũ, gariophyllum, humectatio nem ineffluentem mittãt in oculos, carnem illam manducent. Similiter in aqua coctũ adiuuat, ſi oculi ſubfumigentur in coctura illa.

De continua oculorum tenebroſitate. Cap. VI.

VIſus defectio ex mala eſt complexione, uel de fumo à ſtomacho aſcendente. Si ſit à ſtomacho, dandę ſunt drach. 2. hieræpicræ, infirmo. Si ſanatur, à ſtomacho eſſe intelligas. Si non, ex mala complexione oculorum uel humorum eſſe, intelligendum eſt. In defectione à ſtomacho ueniẽte, danda eſt hierapicra, pilulæ aureę, & pilulæ chochiæ. Vtantur aſſidue uomitu, leui cibo, & ſubtili. Solet etiã cõtingere ex groſſo humore inter cryſtalleidon, & uueam, ſe coadunante. Vnde cephalica uena eſt incidenda, & tantum auferendum ſanguinis, quantum uírtus expetit patientis. Maiores etiam hieræ ſunt dandę, cerebrum mundificantes, & ex uenis quę in oculorum angulis ſunt, auferendus eſt ſanguis. Singulis in temporibus ſanguiſugę ſunt apponendę. Deinde collyria de felliculis facta. Omne autem felliculum terreum, ſiue aẽreũ, ad hoc eſt bonũ, maxime tamen carnem comedentiũ, & ex rapina uiuentiũ. Qualecũq; horum inuenias, cum melle bene cocto, & colato miſceas, & oculis imponas. Collyrium ualet obſcuritati oculorum, & lachrymis, mundificat enim putredinem, & clarificat uiſionem. Recipe antimonij, tutiæ indię, ana. drach. 4. ſalis gemmæ, drach. 2. chelidoniæ agreſtis, ſcrup. 2. camphoræ, ſcrup. ſ. coſti, ſcrup. 1. Titiam & antimonium, tempera cum mirobalani citrini aqua, & hoc tribus diebus fac, de alijs omnibus puluis fiat, & miſceatur, & poſt deſiccetur. Aliud ualens obſcuritati, lachrymis, & pruritui, ſiccatis palpebris ex fumo cholerico. Recipe ſarcocollæ cum lacte fœmineo temperatæ, drach. 2. tutię exagium. 1. ceruſſę, amyli, ana. drach. 1. dragaganti, calcitheos, thuris, gemmę non pertuſatæ, ana. drach. ſ. ſpicę, cadmiæ aureæ, argenteę, & linguæ marinę, acatiæ, ana. drach. 4. puluis fiat, & tempera cum aqua roſata, & acrumine ſucci maligranati, & cum aqua ubi calamus aromaticus poſitus fuerit, & ſuccus marathri. Poſtquã per tres dies hæc omnia fuerint temperata, adde camphorę drach. 1. & ſacchari ſcrup. 1. Aliud, Recipe coſti, drach. 2. piperis longi, drach. 1. piperis albę, exagiũ 1. gallę, drach. 5. ſalis ammoniaci, drach. ſ. de omnibus puluis efficiatur. Aliud, Rec. ceruſſę, drach. 2. calcitheos exagium 1. hematitis, dragaganti gummi, ana. drach. 1. & ſ. cadmię aureę, acacię, ana. drach. 1. ſpicę, opij, camphorę, ana. drach. ſ.

fac

©BIUM

fac puluerē, & tēpera cum aqua roſata, & fac pilulæ in modū lentis, & cum aqua roſata, uel cum lacte fœmineo unà diſtempera, uel cum albumine oui.

De auditus diminutione. Cap. VII.

AVditū obſurdari, ex maiori parte eſt auferri. Vnde quidā philoſophi, auditum portam uocauere mentis. Paſſio uero auditus triplex eſſe uidetur. Vel enim ex toto aufertur, & ſurditas uocatur, uel pars aufertur, & auditus fit grauitas, uel fit extra naturā, ſicut cum auditus molēdini ſonitus, ſiue cuiuſlibet rei ſibilus. Quod multis de cauſis contingit. Hæc autem paſſio aliquando ſentitur, aliquando non. Vnde oportet ex toto, uel partim patientes auriculas ſoli opponi, & in die lucido intro aſpici. Vbi ſi uideamus apoſtema, ſeu puſtulas, uerrucas, ſiue eas muſcidas, uel res exteriores aliquas, ſicut puluerē, lapidē, ſeu uermē aliquem, intelligendum eſſe cauſas paſſionū, & ſicut dicetur medicandum. Quod ſi foramina uideantur ſana, nec aliquod horū habentia, intelligitur, quod neruus audiēdi patitur. Et ſi ex groſſis ſit humoribus, frigidis uiſcoſis, uel ex uentoſitate groſſa, ſeu propter frigidum apoſtema, patientium uerba exauditur grauitate non ſunt intelligilia. Aliquādo obliuionē habent. Oportet ergo cum medicina ſubuenire, caput mundificante: Sicut ſtomachico, & hierapicra. Fumigāda ſunt capita cū aqua calida, ubi herbæ calidę, & diureticę ſunt decoctę. Sternutationes, & gargariſmata ex calidis & diureticis ſunt facienda. Olea calida ponenda ſunt in auriculis, ſicut anethileon, chamomileon, amygdaleon, amaracinum, & ſimilia. Aliud, accipiatur ellebori albi, & caſtorei, ana. drach. 1. nitri drach. s, in bono uino fortiter coquatur, & in auriculas injiciat. Vel de radice ellebori fiat ſubtiliſſimus puluis, in aceto temperatus. In auriculas cum lichinio infuſio mittatur, neq; oportet medicinam diu morari intus auriculam, cum ſit neruoſa, neq; diu tolerare. Aliquando auricula ex uoce patitur aſpera, magna quoq; ſeu uelociſſima. Vnde Galenus: Vbicunq; hęc tria cōueniunt, neceſſe eſt ut auferant auditum, ſicut & tonitruum.

De tinnitu aurium. Cap. VIII.

SI apoſtemate, uel alijs ſupradictis careant auriculæ, ſonitum tamen uideantur retinere, intelligendum eſt ex groſſa uentoſitate eſſe, uel ex uiſcoſis humoribus, uel ex auditus defectione, uel qualibet re alia intercedente. Aliquādo etiā patiuntur ex acumine ſui ſenſus. Si ex groſſa ſit uentoſitate, continuum erit. Si ex groſſis ſit humoribus, grauitas infirmo gignitur, nō tamen grauis ſicut prior. Ex uentoſitate uel ex groſſis humoribus, itidem ut ſurditas medicabitur, cum ſtomachicis, hierapicra gargariſmis, & ſternutationibus. Ponet in auriculas oleū roſatum cum aceto, & caſtoreū eodem modo, myrrha, & nitrū cum oleo

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 47 sur 404

©BIUM

roſato diſtemperatum. Quę cum penna infuſa ter, uel bis fundantur in auriculas. Succus radicis cum oleo roſato, & ſuccus foliorū porri cum lacte muliebri, & oleo roſato ualent. Caſtoreum prodeſt cum oleis alijs calidis. Ex defectione ſi accidit nerui, acetum calidum cum ſucco abſinthij proficit. Oleū raphani, cū oleo roſato, & fel ouinū cū porri ſucco proſunt. Omnia huiuſmodi calida etiam in auriculas ponenda ſunt. Species non purę, uel ſolę, ſed optimę ſint colatę. Vnguentum ualens ad grauitatem auditus in ſonitu, & uocibus ex uentoſitate groſſa, ſine dolore, uel frigiditate uenientibus. Eſt autem Ioannis Damaſceni: Rec. ellebori albi, caſtorei, coſti, ana. drach. 1. rutę, myrrhæ nitri, piperis longi, ana. ſcrup. 2. eupborbij, ſcrup. 1. fac puluerem, & mitte drach. 4. amygdaleon, uel anethileon, chamomeleon, mardileon, unc. 4. Quælibet horum coquātur quouſq; ſolum remaneat oleum. Colentur & in auriculas ponantur.

De dolore aurium. Cap. IX.

ALiquando auriculę ex complexionum mutatione patiūtur, in frigiditatem, uel calorem, uel rebus interius naſcentibus, ſicut humoribus, uel de exterioribus, ſicut aëris caliditate, uel frigiditate. Ex cālore, nimiū ſentit ardorem, & refrigerantur à frigore aēris, ecōtrario, in frigido. Si ergo ſit ex calore, oleū roſatū, cum oui albumine miſce, uel oleū roſatū, cum mulieris lacte, uel cū ſucco cucurbitę, uel aceto, uel oleo uiolato. Si dolor ſit nimius, cū oleo roſato, uel uiolis opiū imponatur, uel opiū cū amygdaleo, myrrha, croco. Si aures doluerint ex frigiditate, uel apoſtemate, ſiue uentoſitate, oleū laurinū, anethinū, chameleon, amygdaleon amarū, nardinum, & rutaceum, & ſimilia olea calida appone. Aliquando fęl bouis aut ouis, uel bouinam, ſeu ouinam urinam admiſce.

De ſanie aurium. Cap. X.

ALiquando auriculę patiuntur ex ſanie. Si autem doluerint nimis, à medicaminibus incipiatur dolorem extinguentibus: quod faciūt opiū, oleū roſatū, & cera, ſolatri ſuccus cum oleo roſaceo, & oui albumine coctus, quę lichinio auriculis infundantur. Extincto dolore, tale quid apponatur, item ſanies mūdificetur, ſicut eſt nitrū, myrrha, mel, & alūmen, in aceto cocta, uel myrrha in aceto, & ſal cum lacte mulieris. Similiter fel bouinū & ouinū. Hęc omnia cum lichinio ſunt imponenda. Aliud, Rec. caſtorei drach. 2. thuris, myrrhæ, aluminis, coſti, aā. drach. 1. fac puluerem & tempera cum uino. Aliud, Rec. opium, chelidoniā agreſtem, nitrū cum melle tēperata, abſinthiū bibat. Si ſit calidus, corticis radicis ſuccus cūoleo omphacino coctus, & in auriculam miſſus iuuat. Similiter ſuccus rutaceus, myrrha, & opium, & caſtoreū, æqualiter puluerizata, & cum aceto mixta, auribuſq; cum lichinio impoſita, iuuant.

De ſan-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 48 sur 404

©BIUM

De ſanguine aurium. Cap. XI.

SI ſanguis ſubito, & ſine dolore ab auribus exeat, nec aliquod aliud extrinſecus ſiue intrinſecus antecedat, intelligit eſſe in capite, qd̄ natura laboret expellere. Oportet igitur auriculas mundificare, ne remanente ſanguine, non mundificentur. Fiat autem ablutio cum ſucco porri & aceto: galla ſimiliter in aceto cocta: Corticibus maligranati, cū aceto coctis, ſucco rhamni cū aceto, & galla. Si ſanguis ex percuſſura, ſiue uulneribus, & ſimilibus exeat, renes bouini ſunt accipiēdi, in aqua & ſale cocti, & parum aſſati, quorum eſt humiditas auriculis imponēda. Si dolor ex percuſſura ſit exteriori, thus imponatur cum libano, & aniſum piſtatū, & cum oleo roſaceo coctum. Si doleant ex percuſſione uulneroſa interiori, fel bouinum piſtatum, & cum oleo nardino mixtum, auribus impone.

De omni re in aurem cadente. Cap. XII.

SI dolor ſit in auriculis, propter aliquod quod ibi cecidit, ſiue lapis ſit ſiue puluis, oportet auriculam apponi ſoli, ut uideas quid intus habeat. Si infirmus aliquid ſentiat quod ſe moueat, ſignificat, quod ibi aqua ſe coadunat, quam oportet deſiccari quantum fieri poteſt. Si dolor tantus ſit, ut non poſſit deſiccari, accipiatur arūdo, & auriculæ imponatur. Cuius caput oleo unctum, extrinſecus foco accendatur, ut ſic ſaltem humor ille exiccetur, uel cum lana calido oleo infuſa, & auriculæ impoſita, uel quodlibet bombycinum inuolutum, quod rotūdum ſit, & ſubtiliſſimū, in terebēthina, paulatim auriculis imponas. Ille enim interior humor inuiſcabit, illi rotūdo obuoluto. Quod ſi propter hoc nō exeat, ſternutatio naribus oppilatis injcienda. Si reptile inciderit auribus, frondiū perſicorū ſuccus injciatur calidus. Si uero ex uermibus ibidē naſcētibus dolor ſit in auribus, cannula ſubtilis imponatur, & ſuggatur. Si nec ſic exeant, uinum in quo coctum ſit abſinthiū, uel puluis eiuſdem; Oleum perſici, uel ſuccum calamenthi, ſiue radices apponas.

De fœtore narium. Cap. XIII.

ALiquando homines in naribus fœtores horrendos patiuntur. Qui multipliciter eſſe uidentur, Vel enim ex humoribus ſalſis, & fœtidis à capite deſcendentibus, ſiue ex aljs non ſalſis humoribus, ex uulneribus, puſtulis, ſeu apoſtematibus fœtentibus generantur. In naribus autem conſiderantes, nihilq; horum ibi uidentes, perpendimus, quia à capite egrediatur. Caput ergo mundificemus cum hiera picra, hiera Galeni, hiera logodion, theodoriton, & ſimilibus. Capite mundificato, ad nares eſt redeundum. In quibus ſi calidi ſint humores, deſignatur, quia nares ſentiūtur ardentes & pungentes. Erit ergo aliquid ponendū, unde

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 49 sur 404

©BIUM

unde nares refrigerentur. Sternutationes faciendę cum oleo roſato, & uiolis. In capite ponenda aqua, in qua myrtus, uiola, roſa, & cortices papaueris ſint cocta. Si ex puſtulis uel uulneribus ſint, cephalicam uenam phlebotomemus, niſi quid contrarium ſentiamus. Si phlebotomare nequeamus, ſcarifemus, & à ſummitate nariū minuamus, neque digitis uel manibus puſtulas attractemus, ſeu fricemus. Si puſtula nimiū ſit humida uel liquida, oleo myrtino, uel uiolato, ſiue roſato, eſt perungenda. Hoc unguentum eſt adhibendum. Recipe lithargyri, ceruſſæ, cadmię argenteæ, ana. ſcrup. 2. acacię, gallæ, ſandali rubei, gummi arabici, ana. ſcrup. s. fac unguentum cum oleo roſato, & cera. Si puſtulæ ſint ſiccæ, cum oleo uiolato, & alijs uiſcoſis, ſicut ſemine citonij, pſyllio, dragaganto, cera, & ſimilibus ſunt humectandæ. Vnguentum Ioannis Damaſceni uulneribus narium, uel puſtulis labrorū, carnibus ſuperfluis ualet, & maxime ſiccis. Recipe cerę albæ drach. 4. medullæ bouinæ drach. 2 dragaganti, gummi arabici, ana. drach. s. olei uiolati, ſeſamini, amygdalini, quantum ſufficiat, & ſemen citonij atq; pſyllij, unde ungendæ ſunt interius & exterius. Puluis calamenthi naribus inſufflatus, ſuccurrit puſtulis fœtentibus. Similiter iuuat alumen cum melle diſtemperatū. Vnde lichinium unctum, eſt naribus apponendum. Si naribus puſtulæ, uel porri, uel caro ſuperflua naſcatur, perfectior eſt medicina, ut incidant. Deinde myrrhæ, aluminis, ana. drach. 2. mittamus corticem colocynthæ ſcrup. 1. nitri ſcrup. s. fac inde puluerem, & lichinium aceto infundēs, naribus apponito, puluerem ſuperaſpergēs. Quod ſi oppilatio quæpiam in naribus naſcatur, oculi piſcis lucij accipiant, nigellæ, cōdiſi, coſti, ana. drach. 1. omnia in ſamſuci ſucco diſtemperētur, & cum oleo uiolato ſternutatio cōficiatur.

De coryza. Cap. XIIII.

Coryza eſt extra naturam humiditas, deſcendens à prora capitis per nares, quæ ſemper frigore, uel calore augmentatur, ſed multo magis ex frigore. Cuius cauſa mutatio eſt aēris aſſidue. Quia uero aër in autumno ſemper eſt mutabilior, & coryza tunc temporis ſemper eſt frequentior. Si ex calidis ſit humoribus & acutis, infirmus calorē & aſperitatē in naribus ſentit, quaſi fumum ignis. Si ex frigiditate, e contrario erit. Cum ergo uideamus ſtillam per nares egredientem nimiū liquidā, uel acutiſſimā, perpendit in interioribus morbū & humores eſſe indigeſtos. Sed ſpiſſari incipientes, & ab acumine ſuo deſiſtētes, morbū dant intelligi augmentari, & iam incipientem digeri. Cum augmentari deſiſtat, nec declinari incipiat, ſtatim medicus perpendat. Si humiditas dimittatur, morbi declinatio eſt intelligenda. Tunc medicina eſt incipiēda. Tantum intelligatur unde ſit morbus: ſi enim ſit ex calore, medicabitur cum frigidis, Sicut ſuper aqua inclinari, ubi chamomila, roſa, myrta ſint cocta.

Similiter

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 50 sur 404

©BIUM

Similiter ſuper lapidem calidum aceto infuſum ſubfumigetur cum ſaccaro, & charta bombicina caput operiatur, ut cerebrum fumus perforet. Similiter cum furfure hordeaceo, aceto infuſo eſt ſubfumigẽdus. Epithema in capite cũm oleo roſato, & chamomeleo imponatur. In naribus camphora, oleum roſatum, & aqua roſata, ſunt odoranda. Lauandũ eſt caput cum aqua ubi ubi myrtę, balauſtiæ, & roſę ſint cocta. Percipiendum, ne temere humores à naribus audeat extrahere. Timendum enim ne in pulmonem uel guttur deſcendant, & cauſa peioris morbi fiant. Neque ſupini ſed in latere iaceant, balneum in aẽre, ſeu aqua temperatũ habeant. Cibum leuem, & facile digeſtibilem comedant. Si coryza ſit ex frigore, cura calida, & ſubtilis eſt adhibenda, ſicut inclinari ſuper aquã, ubi melilotus, chamomilla, anethum, ſamſucus ſint cocta. Fumigandi ſunt cum thure, ligno aloës. Caput ſtudioſiſſime operiatur, neq; nimio ſomno utatur. Somnus enim catarrhactas aperit. Vngat caput cũ anethileo, chamomeleo, rutaceo, caſtoreleo, & mittat in nares nigellam, balneum intret, aquam capiti non aſpergat. Si ex coryza ſternutatio fiat, nigellam aſſam, & ſubtiliſſimam cum oleo in nares mittat, cibum comedat calidum, plenitudinem caueat.

De ſanguinis fluxu de naribus. Cap. XV.

SAnguinis fluxus à naribus, aliquando eſt utilis, aliquando inutilis. Vt ſi in cauſone & phreneſi contingit, & in menſtruis, & in catarrhis calidis ex motu naturę & ſanguinis. Inutilis, cũ ex nimio eſt calore in corpore interiore. Qui cũ bulliat fumũ aſcendere facit ad capitis ſuperiora, & implens uenas, crepat, ut currere eas facit. Aliquãdo in uenis capitis p ſe crepatis, fluxus fit ſanguinis. Si autẽ ſanguis in fluxu augmentetur, cephalicam uenam minuamus. Si ſanguis ex dexteris ſit naribus, à dextris eſt minuendus. Si à ſiniſtris, ab illo latere phlebotomandus erit. Ligetur extremitas corporis cum pannis lineis. Quod ſi his omnibus ſanguis non cõſtringatur, conſtipatiuis, & ſtipticis rebus eſt medicandus. Cortices oui incenſas, naribus inſufflemus, uel lichiniũ in cauſto infuſum, gallam non pertuſatam, & aceto infuſam. Item camphora cum galla, pulueris inde factus cũ lichinio, naribus imponatur. Sternutatio fiat cum cãphora, oleo roſato cum ſucco hyoſcyami. In frontem ponamus cretam, cum aceto diſtemperatam. Cataplaſma de ſandalis faciamus, roſa, hordei farina, mixta cum ſucco portulacę, aqua roſata & aceto temperata. Infirmus iaceat ſupinus, & in faciem mittamus, aquam frigidam cum aceto mixtam. Quidam dicunt quod ſtercus aſininũ uel porcinũ aceto infuſum, & naribus odoratũ, ſanguinem ſtringit. Si non ſiſtitur mane à ſummo uſq; ad extrema ligemus. A parte naris effluentis uentoſetur ſine ſcarificationibus.

De fiſſuris

©BIUM

De fiſſuris labrorum. Cap. XVI.

LAbra aliquãdo fiſſuras, aliquãdo patiunt puſtulas ſiue uulnera. Quod ex acutis cõtingit humoribus, his aũt erit ſubueniendũ oleo, & roſis, uiolis, uel cera, & oleo roſaceo. Si puſtulæ ſint humidæ, roſam ſiccã cũ gũmi tẽpera, & labra unge, uel cũ ſandalis rubeis, roſa, gummi arabico, ceruſſa, temperatis cum aqua roſata. Aliud, Recipe ceruſſæ, uel roſę, drach. 10. cerę drach. 3. litargyri, cadmię argenteę, hęmathitis, ana. ſcrup. 2. croci. ſcrup. 5. olei roſati quantum ſufficiat. Si cum multa ſint cõcauitate, axũgia anſeris, caprę uel medullę bouinę labra ungat.

De grauedine linguæ. Cap. XVII.

LIngua aliquãdo motum perdit, unde & ſenſum amittit ſermonis. Cuius cauſa eſt ex defectione uirtutis motiuæ à cerebro uenientę, uel ex neruo per quẽ uirtus ipſa tranſit cõſtipato apoſtemate, uel quapiã alia re, uel proprie uitia in ipſa linguæ ſunt ſubſtantia, ſicut cõplexio mala ex frigore, ſiue calore, humiditate, ſiccitate, uel apoſtemate, tumor & ſimilia. Quod ſi lingua nimiũ uideat tumida uel rubea, nimiũ calorem ſignificat. Si alba, frigiditatẽ. Si mollis, humiditatẽ. Si ſicca & contracta, ſiccitatẽ. Si ſunt apoſtemata, uel uulnera, uel puſtulæ, ſiue tumores, aperte intelligimus, quia his ſermo impediatur. Si lingua ſit ſana, nullas habens puſtulas uel maculas, loquela tamen ſit ablata, & alia quędã corporis mẽbra laxata, cerebro erit infirmitas. Si ſermo auferat nullis aliis mẽbris patiẽtibus, ex neruorum eſt cõſtipationibus. Aliquando perditio eſt loquelæ, ex perdita mẽte. Quæ cũ omnia diſponamus curare, in corporis uniuerſali plenitudine, mediã uel cephalicã debemus imminuere, niſi quid cõtrarium uideatur obſtare. Eſt autẽ faciendũ ſecũdum uires patientium, quia humores cum ſanguine ſunt mixti. Poſt tamen humoribus dominantibus inſurgendum eſt cum medicaminibus. Si morbus ſit ex cerebro, uel neruo, per quem trãſit uirtus, dandũ eſt unde cerebrũ mũdificetur, ſicut hiera fortiſſima Galeni, hiera logodion, hiera Archigenis, hierapicra, & interuallis purgetur cũ gargariſmis: ſternutationibus etiã calidis, & odoriferis. Vngetur caput cũ aqua calida, ubi chamomila, anethũ, melilotus, & ſimilia ſint cocta. Vngamus poſt caput unguentis calidis & diſſolutiuis. Si ſit in lingua cõplexio mala, & calida, phlebotomandę ſunt ambę uenę ſub lingua. Purgandum eſt cum mirobalanis, caſſia fiſtula. In apoſtemate calido gargariſmum faciamus, cum ſucco ſolatri, portulacę, boraginis, coriandri, ſucco maligranati cum aceto. Similiter gargariſſanda eſt aqua ubi roſa, hordeum, lentes, & liquiritia ſint cocta. Si durum ſit apoſtema, gargariſmus cum lacte fiat, & ſapa, & aqua ubi ficus ſicca, & marathrũ ſint cocta. In frigiditate & humiditate apoſtematis, quod albedo & mollities portendit, demus hieram quam diximus, & theriacam

©BIUM

riacam maiorem. Fricemus linguã cum philonio, ſępe balneandus eſt calido aẽre ſine aqua. Gargariſſmus fiat cum ſinapi, & melle. Alius gargariſſmus Ioanis Damaſceni, qui diſſoluens phlegma linguæ, ad capitis ualet dolorem, & paralyſin. Recipe origani, pyrethri, zingiberis, piperis nigri, albi, longi, cinnamomi, hyſopi, nigellę, ſamſuci, coſti, pondus æquale, fac puluerem, & tempera cum ſapa, faciens gargariſſmum cum oxymelle. Si puſtulę, uel uulnera ſint in lingua, prȩcipiatur ut ſuccus celſi ſub lingua teneatur, uel arnogloſſę, ſolatri, cum quibus ſandali miſceantur rubei, uel aqua ubi balauſtia, lentes, myrtus, & roſa ſint decocta. Quibus medicandum eſt, utpote de bucca dicendũ eſt. Si uulnera ſint, farinam lentium, oleum roſatum, crocum, oui albumen iudicamus ſuperponenda. Hæc conficiantur, & unguentum Ioannis Damaſceni fiat.

De *dolore dentium.* Cap. XVIII.

DEntium magnũ eſt iuuamentum, & cum iuuamento magnum ornamentum, ipſorum qui non patiuntur, quod in patientibus actio corrumpitur, quorum paſſio eſt diuerſa. Cuius diuerſitatis pars palàm eſt uiſui, ſicut putredines, fœtores, rupturæ, perforationes, motiones, limoſitates, & alia ſimilia. Eſt etiam alia uiſui non apparens, ſicut cum nimium dolorem ſentiant, & tamen dentes ſani appareant. Cauſa eſt, nimij humores à capite deſcendentes, ſiue à ſtomacho aſcendentes, uel humores acuti pungitiui in gingiuis, uel paruitas cibi. Ex acutis humoribus, dolores nimij, & pulſus ſentiũtur, propter acredinẽ humorũ. Ex paruitate cibi, dentes ſunt ſicci, gingiuæ quales in decrepita uidemus ætate. Significantur dentes cauſa capitis dolere, quod grauitas eſt in capite, rubor & calor in facie, quibus intelliguntur eſſe cauſæ ſanguis, & cholerę, deſcendentes à capite. Ex ſtomacho, quod calor & fumus aſcendens ab eo, uel bucę amaritudo portendunt morbum eſſe ſæpius ex ſtomacho. In dolore non adeo magno facies inflatur, capite grauato, humores phlegmatici, ſeu melancholici à capite deſignãtur egredi. Dolor in ſtomacho, & acida ructatio, certificant morbum eſſe ex frigidis humoribus. Ex calore ſolis, uel frigore ſi dentes patiãtur, non tantum dolent ſicut ex humoribus. Aliquando dolent ex cibo ſiue potu actu calidis ſiue frigidis. Si ergo doleãt propter humores, quales ſint inquiri oportet, an à ſtomacho, uel capite uenientes. Si humores calidi, & acuti deſcenderint à capite, cephalica phlebotomanda erit, niſi quid obuiet contrarium, ſicut uirtus & ætas. Quæ ſi contrariæ ſint, minuentur ambæ ſub lingua uenæ, dandum catharticum de hierapicra, caſſiafiſtula. Si ſint ex ſtomacho, & calidis, pilulæ de ſtomachicis, & aureis ſunt dãdæ. Catharticum cum mirobalanis, & oxyfœnicia, & uomitus inungantur. Dolores dentium ex groſſis humoribus à capite deſcendentibus, cum theodo-

D rito,

©BIUM

rito,& ſimilibus,purgari uolunt, & ſimiliter dolores à ſtomacho uenientes. Gargariſſmos faciamus,& ſternutationes,groſſos humores capitis purgantes. Purgatis humoribus capitis,ſiue ſtomachi,redeundum ad dentes medicandos,cum ſtipticis dentes confortantibus,& humori repugnantibus. Calori in bucca,ſuccus ſolatri portulacæ,ſcariolę eſt apponendus, uel myrtus cum aceto cocta. In doloribus ex frigore, dentes fricemus cum zingibere, & melle. In frigiditate,& humectatione,pyrethrum,ſtaphiſagriam, hyſopum puluerizato,& cum melle & aceto temperato. Acetũ,& ſalem in buccam ponito. Caparis radicem,& colocynthæ cum aceto, ſtaphiſagriam, pyrethrum,hyſopum,elleborũ nigrum puluerizato,& cum aceto ſiue melis temperato & ſuperponito dentibus. Aliud ualens ad dentium dolorem propter frigiditatem,& groſſam uentoſitatem. Recipe hyſopi,pyrethri,elleborinigri, radicis calamenthi, cucumeris ſylueſtris radicis, caparis, ana. drach.1. Coque cum oleo & aceto,tamdiu quo ad ſolũ oleũ remaneat:inde dentes fomẽtato dolentes.Partem tamen tollens cum oleo roſato mixtam, ex parte dentium dolentium mitte in auriculam.Si inde dolor non mittigetur, philoniũ ſuper dentes ponamus uel theriacã maiorem. Si nec ſic dolor quieſcat,res aliqua apponatur mitigatoria,ſicut eſt opium,hyoſcyamus,& ſimilia. Si dolor ex frigiditate ſit, radix cucumeris ſyluatici, elleborum, euphorbium, ſuper dentes ponenda ſunt. Quod in principio morbi,uel in ſtatu eſt obſeruandum.

De dentibus putridis. Cap. XIX.

DEntes aliquando perforantur,aliquando rumpuntur, aliquando ex humoribus in colorem citrinũ, uel uiridem,ſeu nigrum mutantur.Quæ omnia ex humiditate putredinum naſcuntur peſſima,quæ ex malis cibis intra ſtomachũ per neruos, & uenas currit ad ligamenta dentium. Hoc cum medicari uelimus corpus infirmi conſideremus,ut abundantes humores purgemus,& poſt cum re cõfortatiua,& mundificatiua,ad dentes curandos redeamus. Si corpus hac abundantia careat, à dentium radicibus incipiatur medicina. In dentium radicibus ſi perforatio, uel comeſtio uideantur, gallam non perforatam puluerem us,& cum oleo lucri diſtemperemus,& dentibus ſuperponamus. Similiter pyrethrum,nitrum,cum melle temperata,ualent.Nigella aſſata,& cum aceto temperata ualet. Similiter lac ficuũ cum panno lineo, piculam in dentes ponamus,cum aceto miſceamus,buccam non lauemus. Quæ ſimiliter prodeſſe uidentur.Si dentes ſint perforati,& dolores nimij, uermes habere ſunt intelligendi.Vnde myrrha,ſtyrace impleantur foramina. Similiter pipere,pyrethro,uel philonio, uel opio,radicibus colocynthę, & ſemine eius, infirmus ſubfumigetur, os habens apertũ. Vel cum ſinapi hyoſcyamo,uel

cum

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 54 sur 404

©BIUM

cum dente canino. Hęc enim dolorē mitigant, & uermes expellunt. Aliud, Rec. hyoſcyamū, ſemen roſę, ſemen porri, tēpera cum picula, & dentiū imple foramina. Aliud, Rec. arſenici, ſandarache. añ. exagiū 1. aluminis, & gallæ, ana. drach. 1. ſpumæ marinæ, pyrethri myrrhę, ana. drach. s. oculi lucij, gūmi, ana. drach. s. tēpera cū uino, & mitte in eadē foramina. Si per huiuſmodi dolorē nō mitigabis, dentes ferro extrahere oportet, quos ſi ex aliquo cōtrario nequeamus ferro extrahere, incidamus radices dentiū, & hoc mittamus medicamentū. Rec. farinę de frumento, drach. 1. tēpera cum lacte tithymali, & impone dolori dentiū: Quod ſi denti circū ponat, ſine ferro eradicātur. Similiter fecem olei cum melle coctam, & in ſpiſſitudinē mellis redactā impone, & idem facit. Radix colocynthę cum aceto tēperata idem facit. Cortices radicis mori, & pyrethrū, æquali pondere tēperata, cum aceto in ſale faciunt his ſimile. Hęc autem non tangantur à ſanis dentibus.

De dentibus commotis. Cap. XX.

DEntes aliquādo mouent, & cauſa motus humores ſunt in dentiū radicibus. Qui ſi ſint acuti, neceſſe eſt in dētibus putredines, & foramina effici. Quod ſi nō ſint, contrariū. Si humoribus his infirmus ſit plenus, purgādus eſt, & mūdificandus, & poſtea cū reſtiptica & ſiccatiua ad dentes curādos redeamus. In acutis ergo humoribus cephalica uena muniat, aut in ceruice ſcarificet, deinde acacia accipiatur, & dētibus ſuperponat. Gallā cū aceto coctā gargariſſa. Cortices maligranati, & ſumac, balauſtia, ſtringūt dētes, cū aceto cocta. Libra gallę in aceto poſita, & exiccata atq; puluerata ſuper dētes eſt ponēda. Aliud, R. gallę, aluminis, cataputię, corticis maligranati, ęquale pōdus, tēpera, & puluera, mittēs interius & exterius. Quod ſi dentiū motus ex phlegmaticis ſit humoribus, aluminis, drach. 4. ſalis drach. 2. factū puluerē, ſuper dentes ponamus. Cū alumine dentes ſuffumigemus. Aliud, alumen incēſum, cinerē tamaricis, ſalē, ęquali pondere puluera, & ſuper dentes pone. In auriculas proiciēda ſunt olea. Dentes ſunt fricādi, de his quę ſumus dicturi. Dentes patiūtur ex ciborum acruminibus, in quibus pro medicina portulaca, & eius ſuccus, cepæ, uel nuces, uel auellanę, uel amygdalę ſunt maſticandæ.

De dentibus fricandis. Cap. XXI.

DEntiū colores aliquādo mutantur propter dentiū putredines, & limoſitates. Quos oportet fricemus his fricationibus. R. furfuris cōbuſti, ſpumę marinę, añ. drach. 15. ſalis gēmæ, drach. 30. facto puluere, fricato dentes inde. Aliud dentes cōfortans, & mūdificans. Recipe hordei farinā, & ſalē, quę poſita in charta bombycina cū melle prius diſtemperata, & cū charta cōbuſta, diſtempera cū ſapa, poſtea & cum ſale, & exiccatis dētibus frica. Aliud, dentes albificās, ſanguinē gingiuarū cōſtringens,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 55 sur 404

©BIUM

& bonum odorē faciens. Recipe gallię muſcatæ, ſpumę marinæ, ſalis incenſi, cornu ceruini ſimiliter incenſi, ana. drach. 3. aluminis, nitri, corticis mali granati, gallæ, balauſtiæ, ana. drachmas 2. ſpodij, ſpicę, coſti, cardamomi, ligni aloēs, ana. drach. 1. fac puluerē. Aliud, dentes mūdificans, & bonū odorem dans, uuā cadentē leuat, dolorē gulę, oris, & dentiū alleuiat. Rec. cornu ceruini incenſi, drach. 12. cyperi, piperis albi, añ. drach. 3. myrrhę, exagiū. 1. aluminis, ammoniaci, ſalis, ana. drach. 1. fac puluerē, & cū ſapa tēpera. Poſt ſuper carbones aſſa, poſt item puluera. Aliud, Rec. hordei farinæ, & ſalis cū melle tēperati & incenſi, añ. drach. 15. cōchulę marinæ incēſę, ſpumæ marinę, ana. drach. 3. ſpodij, uitiū cineris, boli, marmoris albi, lateris ueteris & albi, añ. drach. 3. ſandali rubei, gallię muſcatę, ſeminis roſe, ſpicę, añ. exagiū. 1. fac puluerē. Aliud, Rec. unguię caprinę, oſſuū dactylorū, cornu caprini, conchulę marinæ, oſſuū mirobalanorū pondus ęquale, hęc omnia proſunt incenſa. Spumam marinam, galliam muſcatam, ęquali pondere puluera.

De gingiuis. Cap. XXII.

Gingiuæ aliquādo patiuntur multiformiter, ex putredinibus, ex apoſtematibus, ex mollitię, ex puſtulis, ex uulneribus. Gingiuis patiētibus, corpus pati neceſſe eſt. Patiūtur ex corruptis humoribus putreſcentibus & malū odorē facientibus. Mollities ſanguinis facit fluxum. Apoſtema ex calidis humoribus, dolorem nimiū & pulſum. Ex frigidis, neq; dolorē, neq; pulſum facit. Minorationē carnis, & eiuſdem ſciſſionē fruſtratim, ex acutis humoribus, dixit eſſe Galen. Sunt autem quatuor modi: uel enim ex toto cadit caro, uel dentibus uicina interior, uel extremitas, uel inter dentes inculcata. In mollitie curāda, cephalica incidat uena, hoc ſi cōtrarium nō permittat, collum ſcarificandū eſſe ſcias. Deinde bucca lauāda cū re humiditatis reſtrictiua, ſicut ſucco arnogloſſę, myrti, balauſtiæ, roſæ, ſimul, uel ſeparatim coctorū in aqua. Itē lauanda cū aqua roſata, uel puro aceto. In apoſtemate calido oportet ſcarifari, & catharticum de caſſiafiſtula dari, buccam cum ſolatri ſucco lauari, uel coriandri cum aceto, uel arnogloſſę ſucco, uel lacte acido, uel hyoſcyamo in aceto cocta. In apoſtemate frigido ſi ſit ex plenitudine, lauemus buccā, cum aqua ubi cocta ſit maſtiche, uel cum aceto in quo ſcilla ſit cocta, uel uino in quo ſumac, uel aqua cum melle calida, uel oliuarum iure. In puſtulis uel uulneribus aqua roſata bucca lauetur, uel cum aceto ubi roſa ſit cocta, uel balauſtia. In uulneribus, uel puſtulis ex ſiccitate, aqua roſata cum pſyllio, uel ſemine citonij uidetur prodeſſe. Si ex diminutione ſit carnis, detur medicina conſolidatiua, & carnis completiua, ſicut ſanguis draconis, thus, farina orobi, męl acetum ſcilliticum cum ariſtolochia rotunda, & ſimilia.

De

De fœtore oris. Cap. XXIII.

FOetor in ore ex putredine naſcitur gingiuæ & dentiũ. Si infirmus admotis digitis in his duobus nil fœtoris inuenerit, intelligi poterit, quia ex putredine fit phlegmatis in ſtomacho: ſi autem inuenerit eſſe de gingiuis, detur medicina humores deſiccans, & carnem comedens putridã, carnemq; ſanam renouans. Bucca lauetur cũ aceto, ubi myrtus coquatur & balauſtia. Studeat dẽtes lauare, & gingiuas, ne quid cibi ibi remaneat. Fricationibus utatur ſuperioribus. Cibum humidum caueat, maxime lac, & ex lacte facta. Medicina utatur, qua bucca prout diximus odorificet. Si non de gingiuis, ſed de putredinibus eſt phlegmatis, inde mundificãdus eſt ſtomachus. Hoc ſæpe cũ uomitu, & pilulis de hierapicra, & cochijs, & aureis, & ſtomachico maiori. Abſtineat ab omni genere piſcium, groſſis carnibus, & habẽs phlegma generãtibus. Gingiuas & os mũdet cum panno aſpero. Vtatur pilulis Ioannis Damaſceni odorando ualentibus ori. Rec. gariophyli, nucis muſcatæ, cinnamomi, maſtichis, añ. drach. 8. ſandali, roſę, ana. drach. 10. cubebæ, drach. 7. cardamomi. drachmas 6. ligni aloës, unc. 1. gallæ drach. 5. fac puluerẽ, tẽpera cum ſucco malorũ, & aqua roſata, poſtea pilulas fac in modum ciceris, & ſub lingua unam uel duas teneat. Aliud eiuſdẽ ſimiliter, Rec. cyperi, cinnamomi, cardamomi maioris, gariophyli, ana. drach. 2. gallę nõ pertuſatæ, gũmi arabici, galliæ muſcatæ, ſpicæ, nucis muſcatę, roſæ, ana. drach. 1. hieræpicræ, drach. 5. fac puluerẽ, & cum ſucco apij tempera: Faciens pilulas da cum aqua roſata. Aliud, Rec. cinnamomi, gariophyli, nucis muſcatæ, maſtichis, ligni aloës, roſę, añ. exagium 1. ſandali albi, ſpicę cubebæ, cardamomi, gallæ, cãphoræ, ana. drach. 1. fac puluerẽ, tempera cum uino odorifero, & fac pilulas, & eas in bucca teneas. Os lauetur cum aqua ubi aniſum, mel, myrti ſuccus, & uinum odoriferum commiſceantur.

De morbo oris. Cap. XXIIII.

OS aliquando ſolum infirmatur, nullis alijs membris infirmantibus uicinis. Patitur autem puſtulas, uulnera, & ſimilia, quæ ſequuntur ex corruptis humoribus aliunde ad buccam cõfluentibus. Si rubeat, quod ad nigredinem ferè accedat, & caleat, doleat, & ardeat, ſanguis erit, & cholera rubea. Si autem parum doleat, caleat, & ardeat, intelligitur eſſe phlegma. Si in multam nigredinem traducitur, tanto eſt moleſtius & periculoſius, ne ad farſum deueniat. Aliquãdo in ore ulcera naſcũtur. Sunt autem uulnera in labris, ſiue in lingua intima maxime lactentibus euenientia de acumine lactis, quod ſalubre eſt eis. Cum ſtiptica autem medicina, paruo tempore ſanantur. In perfecta ætate ſi naſcantur, peſſimum eſt ſicut de peſſimis naſcẽtia humoribus. Quę huiuſmodi lin-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 57 sur 404

©BIUM

guæ innaſcunt, peſſima ſunt, ſi pars magna linguę auferatur. Inde enim homines periclitantur. Intellectis oris infirmitatibus, medicina incipiatur repugnans humoribus. Quod in principijs maxime debet fieri. In medio repugnatiua, & deſiccatiua. Neq; diſſolutiua iũgamus niſi ex ordine. Oportet ergo prout uidebitur humores cathartico, uel phlebotomia diſſoluãtur. Repugnatiua medicina in initio talis eſt danda: Sapa ex moris confecta, & ſapa ex uino confecta, & aqua ubi coctum ſit ſumac, myrta, balauſtia, uel ſolatrum. Humoribus minui incipientibus, ſed non ex toto ſe diſſoluentibus, ſupradictis myrrha, & crocus admiſceantur. In oris apoſtemate, non ex corporis humore, in primis danda eſt cauſa diſſolutiua, neq; curandum de repugnatiua. Si in ſolo ore ſint uulnera, uel puſtulæ, corpore toto plenitudine carente, lauetur bucca cum ſucco ſolatri, coriandri, ſandalis rubeis, & croco, & ſecundum quod dictum eſt gingiui medicemur. Hoc medicamentum Ioannis Damaſceni dandum, ualens puſtulis oris, uulneribus, & uulnerationibus, Recipe lentium mundatarum, boli, ana. drach. 5. coriandri, chelidonię agreſtis, ſandali, ana. drach. 3. ſpodij, ſemen roſæ, ſemen portulacæ, borraginis, ana. drach. 4. croci, balauſtię, nitri, arnogloſſę, ana. drach. 1. factum puluerẽ ſuperpone, & cum aqua roſata laua, uel cum ſucco maligranati, uel cum ſucco coriandri. Aliud ualens calori, puſtulis in gingiuis, uuulæ, & gulæ, & maxime pueris, corpore delicatis. Recipe amyli, drach. 6. ſpodij, agreſtis chelidonię, ana. drach. 2. ſeminis roſę, drach. 3. croci drach. 2. ſacchari, drach. 4 cardamomi, drach. 5. camphorę ſcrup. 5 fac ſicut de prioribus diximus. Aliud eiuſdẽ Ioan. Damaſceni ualẽs ſimiliter, Recipe ſeminis roſę, liquiricię, amyli, ſpicę, cyperi, nucis muſcatę, cinnamoni, ana. exagiũ 1. camphorę, aluminis, croci hortulani, ſcrup. 2. folij, ſcrup. 1. Deinde puluerẽ fac ſicut de alijs. Aliud ualẽs ſimiliter, Rec. ſacchari, amyli, ſeminis portulacæ, ſemen roſę, ana. exagium 1. gallæ non pertuſatæ, borraginis, ſemen cucumeris mundi, lentis mundę, ana. drach. 1. camphoræ, croci, ſpodij, ſcrup. 1. fac puluerem cum aqua roſata, & ſucco maligranati. Ablue ſicut ſuperius. Si hę ulcerationes lactentibus eueniant, mater lentes, & micã panis accipiat, & ſuper ulcerationes ponat amylum cum aqua temperatum, crocũ, ſemen roſæ. Detur ad manducandum tantum res ſtiptica, ſicut pini, mala citonia.

De lentiginibus. Cap. XXV.

Lentigines in facie naſcuntur maxime, & tamen in corpore aliquando apparent toto, ſed tamen plus in facie, ſiue ſana, ſiue infirma. Aliquando hæ lentigines propter ſolis eueniunt ardores, aliquando puellis contingunt cum menſtrua melancholica non per locum ſuum exeunt, ſed ut egrediantur, per totum corpus ſe diſpergunt. Hæ ſolis unguentis poſſunt ſanari. Sed quę maſculis eueniunt, uel cauſa

©BIUM

cauſa morbi, difficiles poſſunt curari. Cũ enim ex cholera nigra oriãtur, ea nõ putreſcẽte qualitates cutis mutant. Si aũt in ſola facie uideant, cephalica uena minuat. Si corpus totũ aſpergit, de medicina phlebotomemus. Quod ſi minuere nequeamus, humores cũ catharticis, & pharmacia diſſoluamus. Deinde ad unguenta redeamus, id eſt, amygdalas, amaras, bene piſtatas, & eis imponamus, ſemen erucæ ſimiliter, farinã orobi cũ melle diſtẽperatam, uel cum ſucco citrini mali acidi, farinã lupinorũ in aqua coctam, lac ficuum, myrti fructũ piſtatũ, ſoricũ ſtercus uetus cum aqua diſtemperetur. Dioſcorides: Semen melonũ cũ carne ipſorũ ad hoc ualet. Aliud Ioan. Damaſ. Recipe farinã lupini, & frumenti, amygdalę mũdæ, ſacchari, añ. exagiũ 1. liquiricię, gũmi Arabici, ana. drach. 2. myrrhæ, nitri, coſti. ana. exagiũ 1. tẽpera cum lacte. Aliud, Rec. farine fabarũ, & frumẽti, añ. drach. 4. croci, & coſti, añ. drach. 1. tẽpera cũ aqua ubi fœnugræcũ ſit coctũ. Aliud Pauli, R. oryzę lib. 10. libani, nuc. 9. nitri lib. 1. maſtichis unc. 3. albumen ouorũ 20. cũ corticibus eorũ, carnis melonũ, quantũ ſufficit. Aliud mundificãs faciem. Rec. lupinorũ, fabę, ſemen melonis, ęquali pondere, lentiũ medietatẽ, fac puluerẽ. Vnge cum lacte mulieris, uel aſinę. Aliud, Recipe farinę lupini, fabarũ, lentium, amyli, amygdalę amarę, añ. drach. 4. ſemen melonis, cucumeris, oryze, dragaganti, ana, exagiũ 1. meliloti, condiſi, croci, coſti, añ. exagia 10. fac puluerẽ, tẽperans cum albumine oui. Vngat autem nocte, lauet in die. Si in faciæ puſtulę naſcuntur, durę ſiccæ atq; paruę, alumen, gũmi, lentes, puluerentur, & inde facies lauetur. Similiter gummi arabicũ, & nitrum cum aceto temperatum, faciem de omni re mundificat. Aliud, Recipe catinię argentęę, exagiũ. 1. cimoliæ, boli, terrę armenicę, ana. drach. 1. ſandarachę, ſcrup. 2. tempera cum aqua roſata.

CONSTANTINI
AFRICANI MEDICI, LIB. III.

De Angina. Cap. I.

IN duobus libris prędcedentibus tantũmodo dictũ eſt, de infirmitatibus capiti & faciei accidentibus, modo dicãtur morbi membrorum miniſtrantiũ cordi. Cor enim lucerna corporis. Dicantur ergo morbi, & eorum cauſæ, & ſignificationes ſubiungãtur medicinæ, & incipiẽdum eſt à moleſtioribus, & ſuſpectioribus, ut eſt angina. Vnde Galenus: Qualecũq; inquit morbus in gulam uenerit, & inflatione ſua ſpiritũ tenuerit συνάγχη, id eſt, ſuffocatio uocanda erit. Sed tamen hic morbus à ſe inuicẽ diuerſatur. Angina enim paſſio aliquando eſt, ex humoribus à capite

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 59 sur 404

©BIUM

ad guttur deſcendentibus, aliquando primo die mortificans, uel ſecũda, uel tertia. Quia enim eſt peracuta, & mortifera, id eſt, hominẽ cito mortificat, & ſuffocat, iccirco συνάγχη uocata eſt. Anguſtat enim flatũ, ut infirmus neq; cibum poſſit recipere, neq; potum, uel ſi recipiat paruiſſimum, humores autem deſcendentes ſanguinolenti ſunt, uel cholerici, uel phlegmatici, uiſcoſi, & ſalſi. Ex melancholia enim nũquam hoc apoſtema fit, quia hic morbus cito præualet cum ſit peracutiſſimus. Sed melancholia poſt longum tempus operatur. Vnde impoſſibile eſt de nigra cholera eſſe. Flatus in angina laborantiũ proprie eſt longus. Cauſa eius longitudinis ſtrictura eſt gutturis. Quod cũ quantũ ſibi ſufficiat aërem in impetu ſibi trahere nõ ualeat, longo ſpacio neceſſe eſt ut expleat. Anhelitus ergo breuis, laudabile ſignum eſt in angina. Vnde Galenus ſuper Prognoſtica Hippocratis: Peſſimum anginæ generis eſt, quod comitatur ſpirãdi difficultas, neque nimium dolorem, uel anguſtiam feciſſe uidetur exterius: In gula, ſiue in collo ſi tumor non apparet, neq; rubor. Minus eſt malum ſi non anhelitum habet anguſtum, ſed cum tumore, & rubore, in gula, & collo facit dolorem nimiũ. Minus etiam eſt malum, cuius non nimius dolor eſt, neq; flatus anguſtioſus. Hoc genus non eſt in gutture, ſed iugula, uel in collo, uel in utroq;. Oportet ut ſigna humorum dicãtur, unde hic morbus cõcreatur. Si ſit ex ſanguine, infirmus apparet plenus corpore, rubet in faciei, uenę facie ſunt plenę, plenus pulſus, tumor calidus, & rubeus. Mõſtrat ęger quaſi uinum iugula ſapiat. Dięta eius antea multi ſanguinis fuit generatiua. Ex cholera rubea, ſit fortis dolor, anguſtia nimia, calor atq; ſitis maxima, fumoſitas in gula, pulſus uacuus, & fortis. Ex uiſcoſo phlegmate, dolor non eſt nimius, neq; prædicta ſigna in eo uidentur, tumet lingua, & molleſcit, dolet parum. Ex ſalſo phlegmate, ſapit amarum ſalem in gula. Vox eius ſicut catulorum paruulorum. In huiuſmodi medicãdis, humores ſunt perquirendi. In ſanguine, cephalica uena eſt minuẽda. Hippocrates in Epidemijs: In angina inquit oportet incidere uenas. Galen. ſemper incidere prȩcepit uenas ſecundũ quod oporteat, id eſt, quantum uirtus pati ualeat. Dat autem intelligi duobus modis debere incidi, ſecundum magnitudinem morbi, uel quantitatem uirtutis. Synãche autem eſt ex maioribus morbis. Si ſanguis cũ cholera rubea mixtus eſſe perpẽditur, uentrem humectare debemus, cum cathartico de caſſiafiſtula, oxyfœnicia, iuiubis, uiola, & ſimilibus. Similiter cum clyſteribus de uiola, & ſemine maluæ, chamomileo, prunis, iuiubis, & ſimilibus. Extincto autem acumine choleræ rubeæ & egrediente cum cholerica egeſtione, cephalica phlebotometur, ut exeat ſanguis à cholera rubea incenſus. Poſt phlebotomiam, & purgationem, redeundum eſt ad membra, ubi morbus maxime regnat. In principio medicemur cum his, quę repugnant humoribus ad guttur deſcentibus, & ipſum guttur cõfortantibus, ſicut ſapa eſt de moris, uel cũ ſolatri,

©BIUM

tri,uel cũ ſucco arnogloſſæ. Det deinde gargariſſmus,furfur quoq; hordei aceto infuſum, & colatũ, & aqua ubi balauſtia,roſa, uel galla ſint cocta,uel lentes, ſiue ſolatri ſuccus,ſiue pſyllij. Omnia ſint ſtiptica, & repugnatiua, Quæ cũ fecerimus, & humores extenuauerimus,ad humores diſſoluẽdos in infirmis mẽbris clauſos redeamus,cũ gargariſſmis de ſapis mori, & ſapa uini cõmixta, & pauca myrrha,uel ptiſana cum ſaccharo, uel lacte caprino, ſiue aſinino cũ ſaccharo, & pauco croco,uel cũ caſſiafiſtula, & ſapa in aqua calida,uel cum ſucco portulacę: Quodcunq; horũ inuenerimus,inde infirmo fiat gargariſſmus,quia humores his diſſoluuntur. Cibũ demus paruiſſimum,qui ſit uel iuſculum aliquod,uel ſuccus mundati ſeminis melonũ, atq; cucumerũ,uel medulla piſtata. Amylum,dragagantũ cum amygdaleo. De his omnibus ius cõficiatur,& ieiuno detur,uel amylum cum lacte,& amygdaleo. Nutriendus eſt cũ chryſolocanna,blitis,portulaca,quę cum amygdaleo ſint parata. Si apoſtema ſit phlegmaticũ, quod ex prędictis ſignis intelligendũ eſt,cũ cathartico phlegmatis depoſitiuo erit purgandũ. Cum clyſtere ſimiliter & gargariſſmis in morbi principio. Fiet aũt de ſapa nucũ,cũ anetho,uel ubi cortices nucũ ſint cocti, uel ubi mora,uel ſuccus ſolatri cũ oculis lucij,uel aloẽ. Humoribus his diſſolutis,ad mẽbra curãda redeamus,ubi humores mali includũtur. Gargariſſmũ faciemus cum ſapa nucum,addito pyrethro,uel ſapa ſola,uel oxymelle,uel ſapa myrtina,uel aqua ubi ficus ſicę ſint coctæ, uel cũ caprino lacte,& ſtercore canis albo ſubtiliter piſtato, & cum melle diſtemperato. Oris interiora omnibus his ungamus cum penniculo. Galenus dixit,hæc omnia utilia eſſe. Accipiamus item caninũ ſtercus & pulueratũ, in os proijciat cum felle taurino,melle buccã ungamus. Gargariſſmũ faciamus. Item Galenus: Fel inquit taurinũ ſuffocationi uuulæ cadentis eſt adiutoriũ,ſimiliter fel ouinũ. De cinere radicũ cauliũ cum melle faciamus gargariſſmum. Similter ſuccus radicũ iuuat cum oxymelle. Aliud gargariſſmus ualens ad anginã ex phlegmate. Rec. liquiritię drach. 3. pyrethri,caſſię,cicutę ſeminis,añ. drach. 2. fœnugręci,myrrhę,añ. exagiũ 1. croci,piperis nigri,ſpicę,ſanſuci,ana. drach. 1. fac puluerem cum melle diſtempera,& in modũ auellanę accipiat, & cũ aqua ubi cortex maligranati ſit coctus, tẽpera cum uino odorifero forti, uel cum oxymelle. Aliud ualens ſimiliter. Rec. roſæ drach. 2. ſtercoris canini,croci,añ. exagiũ 1. tempera cum oxymelle,inde os unge,& fac gargarizare. Aliud tantundẽ ualens,Rec. roſæ,liquiricię,añ. exagiũ 1. cinnamomi,piperis longi,croci,ana. drach. 1. aluminis ſciſſi,cardamomi, myrrhę,ſinapis,zingiberis, coſti,ana. ſcrup. 2. fac puluerẽ,adde mel quod ſufficit. Accipe in modũ auellanæ,uel cum ſapa,uel cum aqua ubi cocta ſit galla,uel cum ſucco ſolatri,uel cum oxymelle,& cum aqua calida.

De

©BIUM

De apoſtemate gulæ. Cap. II.

CVm apoſtema decoctū intelligimus in gula, & coadunatam ſaniem in ea, oportet ut cum facilibus aperire illud moliamur. Non enim incipiendū eſt à fortibus medicinis. Fiat igitur gargariſſmus cum lacte caprino, uel aſinino, cum pſyllio, uel cum fructu ireos, uel cum fermento, & oleo uiolato, uel butyro calido cum farina. Alia confectio, Recipe ſemen citoniorum, uiſcum maluę, frumentum, & lac caprinum, ęquali pondere. Deinde liquiriciam accipe, & radicē maluæ: Vnde facto puluere cū omnibus alijs calefac, & da bibere. Aliud Ioan. Damaſceni ualens ad apoſtema facile aperiendum in gula. Recipe dragaganti, drach. 5. amygdaleon, olei uiolati quantū ſufficit, aqua ubi hordeū ſit coctū, liquiriciā, & maluā, omnia in aqua cocta, ſuccū cucurbitæ, arnogloſſę, æquali pondere, aqua ubi coctaſit caſſiafiſtula: Omnia commixta, & bene confecta, infirmo dentur gargariſſanda, colata, & calida. Si infirmus ſit fortis, & cito uelimus aperiri, fiat gargariſſmus cū aqua ubi ficus ſint coctę, & miſceantur cum farina, uel ſtercore canino, uel cū lacte aſinino. Fiſſo apoſtemate oportet ei dare uitella oui non cocta, cum amylo & dragaganti, & oleo uiolato, uel cum ſucco ſeminis citonij, & arnogloſſę, uel cum aqua ubi hordeum, & liquiritia ſint cocta. Similiter cum aqua ubi hordeū, liquiritia, ficus, caſſiafiſtula, oleum uiolatū ſint appoſita. Nutriendus eſt cum iure facto de furfure, & amygdaleo, oleo uiolato, uel cum malua, chryſolocanna, betis, cucurbita. Vngamus gulam exterius cum cera, & oleo uiolato, dragagante & oui uitello: & hoc unguentum ualet ad aperiendum gulę apoſtema facile. Recipe ceræ albę olei uiolati, ana. drach. 15. butyri drach. 8. dragaganti, drach. 5. ſeminis lini, drach. 8. fac de piſtatis puluerem ſubtiliſſimū & commiſcens fac unguentum.

De Vuula. Cap. III.

ALiquando apoſtema, uel inflatio, uel glandes naſcuntur in uuula, uel in partibus gulę, intus, uel extra. Quod fit ex humoribus capitis illuc deſcendētibus, uel à fumo aſcendente à ſtomacho. Vnde nimiū dolorē patiuntur, cum cibus tranſglutiatur. Aliquando non glutiunt ſaliuā, niſi cū magno dolore. Oportet ergo perquiramus ſi ſit rubor, calor, plenitudo uenarū. Pulſus nimius & plenus. Vnde ſanguis certificatur. De cephalica minuamus, quantum uirtus patientis patiatur. Si nimius ſit ardor, ſiccitas, & ſitis nimia, cholera rubea erit purganda, cum caſſiafiſtula, manna, uiola, oxyfœnicia, & ſimilibus. In dolore molli, ſine calore, & ſiccitate, atque ſiti, intelligitur morbus eſſe ex phlegmate. Deinde præcipiamus ut phlegma purgetur, & medicina danda eſt repugnatiua, & diſſolutiua ſicut galla cum aceto. Vngatur intra cum digito ſiue penna.

Idem

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 62 sur 404

©BIUM

Idem faciunt cortex maligranati, balauſtia, roſa, myrta. Si hoc ad ſalutē infirmi non ſuffecit, de uuula eſt uidendū. Vuula ſi fuerit ſubtilis in fundamento, & in extremitatibus groſſa, & tumida, & quaſi ſaniē habeat albā, cum ferro, ſiue acuta medicina æque ualenti erit incidenda. Hippocrates in tertia Prognoſticorū particula: Vuula ad incidendū ſi ſit rubea, & magna, eſt moleſtiſſima, quia ſequuntur apoſtemata, & fluxus ſanguinis. Vnde nimiū eſt ſtudendum, quoad ſuperius ſubtilietur, extrema ingroſſetur, & liueant, & tunc tandem incidatur. Vtilius tamen eſt, non incidi ante purgationem uentris, ſi tempus expectat, & ſuffocationem nō timeas. Hęc ex autoritate Hippocratis excerpta innuunt qualiter uuula tumida ſit medicanda. Qui cum parum locutus fuerit, autoritatē tamen inde maximam dedit. Oportet ergo ut incidatur, & ſi dolor ſubſequatur nimius, timetur ne apoſtema calidū ſuccedat, & fluxus nimius. Aliquando quoq; cum rubea eſt inciditur cauſa anginæ, inde orit. Sed prȩcipiendū eſt infirmo uti medicamine iſto, cinerē palmę, & cānæ quę tēperata fortiter cū aqua poſtea cola, deinde accipe gallam, alumen, & puluerē fac. Quibus cū ſuperiori aqua mixtis, gargariſmū fac. Aliud ad uuulæ caſum ualet, Recipe myrrhā, ſal amoniacum, piper nigrum & longum pari pondere. Vnde puluis factus in gulam inſuffletur. Si gulę aliquas glandes habuerint, uel coadunationes, gargariſmus dādus eſt cum aqua ubi ficus, dactyli, fœnugræcū, & alia ſimilia ſint cocta. Deinde exterius cum diſſolutiuis ungamus, ſicut nitro, ſale amoniaco, ſucco caulino, centaurea, cum melle temperata omnia.

De raucitate. Cap. CIIII.

RAucitas eſt ex humiditate inſtrumentū uocis infundente. Hęc aūt humiditas uel ſunt phlegmatica, uel ſanguinea. Quæ cum à capite deſcēderit, & inſtrumentū uocis infuderit, planitatem aufert loquendi, & aliquādo uocē omnino extinguit. Si ex ſanguine apparet eſſe, quod rubor oſtendit, & plenitudo in facie, cephalicā uenam incide, & quantum uirtus patientis expetit minue. Purgetur caſſiafiſtula, manna, uiola, oxyfœnicia, & ſimilibus. Has pilulas ponamus ſub lingua. Recipe dragaganti, gūmi, liquiriciæ ſucci, amyli, ſeminis cucumeris, cucurbitæ, portulacę, drach. 4. croci, ſcrup. 1. drach. 2. fac pilulæ quas ſub lingua teneat. Nutriatur cum iure ex farina facto, cum amygdaleo, ouis mollibus, & ſimilibus. In humoribus phlegmaticis gargariſmi cū hierapicra, & melle uel mulſa dandi. Aliud, Recipe ſuccum caulium, mel bene coctum ut ſit ſpiſſum. Aliud ualet ſimiliter, Recipe liquiriciæ, dragaganti piperis albi, xylocaſſię, myrrhæ, gummi, thuris, ana. drachmas duas ſpicæ exagium. 1. & ſapæ & mellis quantum ſufficit. Aliud ualet ſimiliter, Recipe lini ſeminis aſſati, amygdalæ mundæ dulcis, & amaræ, ana. drachmas 10. penidij,

drach.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 63 sur 404

©BIUM

drach.18.croci,cinnamomi,piperis,ana.exagium 1. fac puluerem. Adiua ge mel quod ſufficit,da cum aqua ubi liquiritia ſit cocta. Aliud ad idem ualens. Recipe ficus ſiccas, calamenthū, parum dragaganti,cocta ad ſpiſſitudinē mellis. Aliud,Recipe fœnugræci, amygdalę dulcis, & amarę drach.3. ſeminis lini aſſati drach.8.amyli,dragaganti,liquiritię,pineæ,ana.drach.2. tempera cum ſapa.

De aſperitate uocis. Cap. V.

SI inſtrumentum uocis ſiccitatem patiatur,neceſſe eſt uox aſperetur. Siccitas aūt uel naſcitur ex frigiditate,uel ex puluere,uel aēris ſiccitate,uel cibi & potus aſperitate. Diffinitio huius ſiccitatis diuerſa eſt,in corpore leni. Medicandus eſt in aqua calida & dulci ſępe balneet,ſub lingua ſemen citonij,pſyllij, dragagāti ſunt ponenda. Demus ſirupum uiolatum cum aqua cucurbitę.Sirupum iuiubinū accipiat,iuſcula ſemper de furfure cum amygdaleo. Electuariū Ioannis Damaſceni,ualens gulę aſperitati & raucitati. Recipe dragaganti drach.5.gūmi, amygdalę dulcis,amyli,ſemen cucumeris,aā drach.4 ſemen citonij,liquiritię, ana. drachmas 2. Mel quot ſufficit, Similiter electuaria danda quæ in tuſſi dicenda ſunt.

De tuſſi. Cap. VI.

TVſſis eſt motus animatę, & naturalis uirtutis iunctus, ſecundū naturæ curſum , circa inſtrumenta ſpiritus operantis ad ſuperflua expellenda ſibi nocētia. Virtus enim naturalis cauſa ſui nocumenti,inſtrumēta ſpiritus mouere incipit.Quod cum per ſe explere non poſſit, à uirtute animata adiuuari expetit, quia cartillagines canalium pulmonis,& lacerti pectoris inobedientes ſunt naturali uirtuti. Sed à uirtute animata moti lacerti pectoris & pulmonis conſtrictiui, aērē expellendo à pulmone cogunt expellere,quod naturali uirtuti uideatur obuiare. Naſcitur tuſſis ex omni paſſione pectoris. Vniuerſaliter tamē omni ex complexione mala,calida, & frigida,quæ inſtrumētis ſpiritus dominatur,uel ex materia mala quę uel intus eſt uel extra. Interior,à ſurſum deſcēdens,ſicut à capite reuma in pectus,uel ab imo aſcendens ſuperius,ſicut humorū ſuperfluitas,à gibbo epatis,ad ſuperiora uenit pectoris. Aliquando hęc materia proprie per ſpiritus ſpargitur inſtrumenta , ſicut in peripneumonicis uidemus,& pleuriticis. Item hęc materia calida eſt, & ſanguinolenta,cholerica, uel phlegmatica,uel unde ſolū futurū fit apoſtema.Exterior,quia aēr quē excipimus cum fumo uel puluere miſcetur, uel cum ſubito frigidus aēr trahitur.Sequitur autem tuſſim dolor pectoris,cuius cauſa eſt tuſſis. Aliquando tamen dolor pectoris eſt ſine tuſſi. Qui duobus fit modis,uel ex uentoſitate groſſa pęctoris ſuſpenſiua, uel ex conſtipatione pellicularum de poſteriori-

bus

©BIUM

bus coſtis,quæ ſi oppilentur,neceſſe eſt tuſſis efficiatur. Oportet autẽ intel ligi,quia à capite deſcendens tuſſis, uel à uulneribus in ſpiritus inſtrumẽtis, uel ab apoſtematibus, uel à pectoris coadunationibus, peior eſt alijs omnibus,alijs tuſſis generibus.Nõ moleſta eſt,ex inſtrumentorũ ſpiritus complexione mala,uel gutturis,uel canalium pulmonis aſperitate.Mala tuſſis non eſt ſine ſcreatu. Tuſſis ſicca quæ nil ſcreat tribus modis fit, uel enim eſt exaſperitate gutturis, uel ex mala cõplexione in ſpiritus inſtrumẽtis, uel ex incõuenienti materia quæ allaborat expellere natura,quæ aut groſſa eſt,& ui ſcoſa,ut à canalibus pulmonis ſeiungi nequeat,uel multum liquida,ut antequam coadunetur ſe diſſoluat. Cũ ergo tuſſim incipiamus medicari,& unde fiat neceſſe eſt perquirere. Si ex calore ſit,& ſignum eius cum aſperitate pectoris, dolore,& nimia ſiti,& infirmus in frigido aẽre trahendo delectetur,baſilica uena minuatur, ſi nobis tempus,ætas,uirtus,& cõſuetudo ſubueniant. Quod ſi non,ſcarifemus loca uicina morbo. Deinde danda ſunt hyſopus,iuiubę,ſirupus uiolaceus.Poſt tres horas detur ptiſana, cum amygdaleo,& penidijs,uel melle uiolato.Item dandus cucurbitæ ſuccus cum ſaccharo,uel marathri,cum melle uiolato,& ſaccharo uel maligranati ſirupũ, uel ſemen citonij,& ſuccus maluę cũ ſaccharo,& dragagante. Iura ſunt danda,ſicut ptiſana de furfure,uel amylo. Cibi eius ſint malua, beta, chryſolocanna,cucurbita. Omnia dentur cum amygdaleo. Pullos ſi comedat, cum quibuſlibet ſupradictis libris condeat. A foris pectus ungat,cum cera alba, oleo uiolato,hordei farina,ſucco portulacæ,& cucurbitæ. Aliquando oua ſorbilia danda ſunt. Si poſt hoc calor non minuatur, cum cathartico de caſſiafiſtula purgemur. Hæc electuaria, ad hæc ſunt ualentia. Diapapaueris elect.ad dolorem pectoris nimiũ optimũ.Recipe ſucci liquiriciæ,dragaganti,gũmi arabici,añ.drach.10.ſeminis papaueris albi,añ.drach.20. amygdalæ dulcis & mundæ, drach.10. amyli,ſeminis citonij,ſemen portulacæ,añ. drach 5. ſemen cucumeris, citroli, melonis,cucurbitę, lactucę,maluę, ana. drach. 4.fac puluerẽ,tempera cum ſirupo uiolato, uel cũ ſapa.Pilulas Ioannis Damaſceni,ualentes tuſſi,Recipe ſemen citonij, cucumeris, amygdalæ dulcis,fabę,maluę ſeminis,añ.drach.8.gũmi arabici,dragagãti,añ.drach. 5.fac puluerem, tempera cum ſucco pſyllij, & fac pilulas in modum fabæ. Si infirmus tuſſim,& uigilias patitur,his pilulis utatur, Recipe ſemen lactucæ,papaueris iungamus ana.drach.5.Aliæ pilulę linguę ſubponendę,Rec. gummi,dragaganti,ſemen portulacę,citoniorum,ana.drach.5. ſemen cucumeris mundati,drach.5.amyli,drach.4.amygdalę,mundæ,drach.6.fabę mundę,dragaganti,ana.drach.3. tempera cum ſucco maluę,fac pilulas. Sirupus iuiubinus ualet ſimiliter, Recipe iuiubi,croci,liquiricię,drach.20. capillorum ueneris,uiolę, maluæ ſemen,ana.drach.10. ſemen citroli,ſeminis melonis, papaueris,lactucæ, dragaganti, hordei mundi, ana. drach.6.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 65 sur 404

©BIUM

aqua lib.10.ſacchari,uel ſapæ lib.4. Fiat inde ſirupus. Sirupus de hyſopo ad tuſſim cholericũ,dolorẽ laterum,& anhelitus, Rec. radicis marathri, apij, liquiritię,ana.drach.10.hyſopi,capillorum ueneris,ſeminis citoniorũ,dragaganti,maluę,ana.drach.3.hordei mundi,drach.5.iuiubarũ 30.uuę paſſæ atq; mundæ,unc.1.tres ficus,fac coqui in 6.lib. aquę, & uſq; in duas coque, deinde lib.1. penith pone,& ſirupum confice.Oleũ Ioannis Damaſceni ad calidam tuſſim.Recipe maluæ ſemen,uiolę,liquiritię,uuę paſſę,ana. drach. 15. ſucci maligranati dulcis, drach.150. fac piſtari, & oleum uiolatũ appone 80.drach.fac oleũ. Si quis tuſſit ex dolore capitis uel pectoris, ex frigiditate uel humiditate, cuius rei ſignũ eſt, paruitas ſitis, lenitas doloris,& infirmus manifeſtat rem calidam ſibi prodeſſe. Mel roſatũ dãdum cum aqua praſſij, marathri,& apij bene cocta & colata. Iura danda ex frumento cum amygdaleo,pineas,ficus,amygdalas,demus ad comedendum:mellicratũ bibant cum aromatibus.Ius cicerũ cum uua paſſa comedãt.Pectus ungamus cum cera, ſambuceleon . Fœnugręcum coctum cum ficubus, dactilis, & melle, ualet ſimiliter.Dioſcorides dixit:Ficus cocta cum hyſopo,mũdat pulmonẽ, & ad frigidam ualet tuſſim.Item,myrrham in modum fabę,frigidę,& uetęri tuſſi dixit prodeſſe. Galen. Flos & cortex maligranati ieiuno data, ualent frigidę tuſſi,& oryzæ.Similiter ſemen lini coctũ,& piſtatũ cum melle quod ſufficit,ualet.Electuarium quod prodeſt frigidę tuſſi,uẽtoſitati pectoris, anhelitui,Rec. liquiriciæ,ſemen lini aſſi, amygdalę dulcis, pineę,ana.drach.1. aniſi,marathri,hyſopi,capillorum ueneris,praſſij,ana.drach.6.croci,zingiberis,calamenthi,ana.drach.4.fac puluerẽ,& adde mellis quod ſufficit,doſis eius,drach.2. Aliud,Recipe ſpodij,drach.6.boli exagium 1.nucis muſcatæ ſimiliter,piperis longi,drach.3.ſacchari,drach.30.Mel & butyrum quod ſufficit,unum cochlearium ualet ſiccæ tuſſi. Pilulę ualentes frigiditati, uentoſitati,& anhelitui,phlegmaticis. Recipe liquiritiæ, & amygdalę dulcis & amaræ, ſemen lini, ana.drach.3.marathri, anethi, farinę fabarũ,pineę,ana. drach.3.myrrhæ,olibani,croci,cinnamomi,ana.exagiũ 1.tempera cum ſapa.Fac pilulas in modũ fabę ponens ſub lingua.Sirupus de praſſio ualet tuſſi frigidę de phlegmate,& uentoſitati, faſtidio & omni paſſioni in pectoribus ſenum. Recipe praſſij,drach.20.liquiriciæ,drach.10. apij radicis, & marathri,anethi,calamenthi,hyſopi,capillorum ueneris,ana.drach.6.fœnugræci,ſemen lini,ana.drach.3. uuæ paſſę, & mũdę,drach.100.ficus 20.penidiorum,drach.6.mellis quodſufficit, fac ſirupum . Si tuſſis eſt ex humoribus à capite,uel alijs membris deſcendentibus,oportet feſtinemus ut humores digerẽtur. Quod ſi nõ fecerimus,in τὴν ὀρθόπνοιαν,labunt, deinde humorũ collectiones perquirãtur. Quod ſi ſint liquidi,uel groſſi, aquoſi uel uiſcoſi,cholerici ſiue phlegmatici , ſi pectus infirmi calidum ſit, & quaſi fumũ ſenſerit, & aſperitatem,& nimiam ſitim,& parum ſcreat,color eius liuidus ſit,uel citrinus

trinus,ſapor ſalſus,calidam & ſubtilem materiam eſſe intelligimus,laboran dum eſt ut ingroſſetur. Si prout manifeſtauerit nullū horū ſentiat,ſed frigi dum nocere,calidum uero fateatur adiuuare, intelligimus frigidā, & uiſco ſam eſſe & groſſam materiā . Eſt ergo ſubtilianda, ut tamen mediocris fiat. Si ſit multū liquida, uel multum ſpiſſa, in exitu eſt moleſta, atq; parua, cum tuſſi multa. Si ſit calida & liquida,dādus eſt ſirupus uiolatus, iuiubinus, & ſi rupus papaueris. Recipe papaueris albi,ana.drach.11.liquiritiæ, drach. 20. capillorum ueneris,maluę ſemen,citoniorum,cucumerū,ana. drach.6.iu iubæ,drach.20.Coquūtur in aqua lib.8.quoad redigantur in tertiam,& co la,& poſtea ſapā appone quod ſufficit. Vna quaq; die ſemē papaueris cum ſaccharo,drach.2.tribue.Ius de amylo detur cū penidijs,amygdaleo,ſimi liter de furfure,& penidijs.Nutriendus eſt infirmus cū portulaca,beta, mal ua,atriplice,& ſimilibus . Vngatur in pectore exterius,cum cera alba,oleo uiolato.Si ex phlegmate ſit groſſo, & uiſcoſo,ſubtiliari præcipiatur cum ſiru po de praſſio,ſirupo de radicibus fœniculi, & ſimiliū,de aniſo, elect.de ſpo dio,theriaca maiore . Thus piſtatum cum melle uiolato ualet, pinea ſimili ter.Succus marathri bene colatus,& coctus cum amygdaleo.Dentur perdi ces,phaſiani,cū cymino,pipere,ruta,porris,amygdaleo amaro. Vngamus caput cum calidis & confortatiuis,& humorū repugnatiuis,hoc electuario utatur,Recipe ſemen lini aſſi, amygdalę dulci,pineę, ana.drach.10.liquiri tiæ.drach.10.marathri,hyſopi,zingiberis,ana.drach.4.piperis longi,cala menthi,thuris,croci,cinnamomi, drach.2. equaliter fac puluerem , & mel adde quod ſufficit.Aliquando fumigandus infirmus eſt. Diſſoluitur phleg ma uiſcoſum in pectore cum calamo aromatico ſolo,uel cum terebenthina, uel auripigmento cum ſucco renum caprinorum,uel cum butyro.

De Phthiſi. Cap. VII.

PHthiſis eſt conſumptio humectationis corporis,& mutatio au gmētationis in diminutionem . Naſcitur multis modis,uel ex conſumptione pulmonis, & hęc eſt certa phthiſis . Fitq; tribus modis, uel ex humoribus cholericis à capite deſcendentibus, ſiue phlegmaticis, & ſalſis, in ſubſtantia exiſtentibus pulmonis,uulneranti bus eum,& putrefacientibus . Secundus eſt modus ex quibuſdam paſſioni bus in ſubſtātia pulmonis naſcētibus.Hoc genus antecedit ſanguinis ſcrea tus,ex uenis aliquorum inſtrumentorum ſpiritus ruptis in pulmone,in qua fiſſura naſcuntur uulnera & phthiſis poſtea . Tertius eſt modus ex humori bus ad pulmonem aliunde quàm capite currētibus.Qui duobus modis con tingit,uel ex mutatione uicinorum locorum, ſicut in pleuritide,angina,uel ex alijs locis nō uicinis,ſicut epate,corde & ſimilibus.Humores hij ſi ſint ca lidi,& acuti,patitur infirmus ruborem in maxillis,ſtricturam in flatu,ſitim,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 67 sur 404

©BIUM

febrem, quieſcit in trahendo frigidū aërem. Si apoſtema ſit in peripneumonia de ſalſo phlegmate, ſtrictus & anguſtus eſt anhelitus, cum grauitate, neque dolorem ſentit. Pulmo enim habet neruum, unde perfectū habeat ſenſum. Sed tantum tuſſim cum paruitate habet anhelitus. Screant in tuſſi cum apoſtema ſe ruperit, & tūc tandē apoſtema certificatur, adeſt & febris. Minuitur enim corpus, ungues inclinant, maxillæ rubēt. Quę omnia pulmonis deſignāt uulnera unde phthiſis eſt. Galenus: φθίσις inquit quæ ex uulneribus eſt pulmonis, peſſima eſt duobus modis: Vnus modus eſt peſſimus, quia ad perimēdum eſt uelociſſimus. Alius tardior quia leuior. Primus cito mortificās, & peſſimus, nullū ſignū decoctionis oſtendit in ſcreationibus, & ſi aliquod uideatur, paruus erit ſcreatus, cū anguſtia, & duritia. Si leuior ſit, humores in pulmone morando excoquit, & leuiter emittit. Diſcordantur medici in pulmonis uulneribus, alij enim incurabilia fatentur. Galenus tamē teſtatur: Si quis peripneumonicis ſuccurrat antequam apoſtema marceat & putreſcat, ſanabitur apoſtema. Si quis tādiu negligat, quo ad ſaniem & putredinem colligant uulnera, ſunt incurabilia. Omne enim uulnus diffi culter curatur niſi mūdetur. Mundari non poteſt, niſi cum tuſſi, tuſſis inimica eſt ſolidando uulneri, dilatat enim & aperit, unde magis putredinem colligit. Cum ergo partim purgetur, partim colligat, inſanabile reddit apoſtema dum ita circinat. Conſtat igitur ſi peripneumoniæ antequam marceſcat ſuccurratur, curabitur, ſi non, econtrario. Medicina ſic erit incipienda, perquirendum eſt unde fiat. Si ex calido, baſilica erit minuenda, uel uena quæ inter auricularem, & medicum extat. Sanguis minuatur, prout uirtus patietur, cum ſanguinis infirmi quantitas intelligetur. Si parua ſit, nutriendus erit bonis cibis, generatiuis ſanguinis, poſt phlebotomandus, & iterū nutriendus. Si tertia minuendi uideatur utilitas, & hoc maxime ſi ſanguis turbidus, & groſſus ſit intelligas, iterū minuere incipias. Si ab initio morbi multa inueniatur quantitas ſanguinis, & multum uirtutis, ab initio erit minuendus, & auferendus quantum uideatur nobis. Nutriendus eſt cum dięta quę refrigerat & ſolidat & cito ſit digerenda, ſicut ptiſana perfecta quę cū cancris fluminеis ſit facta, à quibus exteriora proiecta, & interiora ſint mūdificata, bis ſiue tertio cū cinere, & dulci aqua deinde piſtata, & cum ptiſana bene cocta. Quę omnia dū colata fuerint circiter tertiā librępartē, dent, ſępe & quotidie. Si infirmus febricitet, cū unc. 1. ſucci maligranati dulcis dent, & nutriatur cū cucurbita & beta, citrolis, cum amygdaleo & quę ab eo bibitur aqua cum ſirupo uiolato, uel pſyllij ſirupo miſceatur. In ſero miſceatur pſylliū, & detur, & gummi arabicum, & dragagantū, bolum, cum ſucco arnogloſſæ. Bolum enim ualet phthiſicis, humectationem deſiccat uulnerū pulmonis, & carnem reducit. Dentur autē frigida, caloris febrium deſiccatiua. Si ſcrea re non poſſit, detur hyſopus, cum melle uiolato coctus, & electuarium iſtud.

Recipe

©BIUM

Recipe iuiubæ,drach.40. uuæ paſſæ mundatæ, drach.20. maluæ ſemen, drach.4.cancri fluminei,drach.20.capillorũ ueneris,uirgæ paſtoris,arnoglosſæ,ana.drach.5.liquiritiæ unc.1.Omnia coquãtur in tribus libris aquę & uſq; ad tertiã partem redigantur. Sapæ tertia pars lib.adiungatur,ſaccha ri duæ partes: Excoquãtur uſq; in ſpiſſitudinem mellis. Deinde accipe gummi,dragaganti,ſeminis citoniorum,ana.drach.8.amyli,ſeminis papaueris drach.5.ſeminis portulacę,añ.drach.7. Fac puluerem,tempera cum ſupradictis,da cum ſtomachus non ſit plenus cibis. Si patitur conſtipatione infirmus, natura eius non tamen cum impetu in mollitiem cõmutetur,cum ſirupis,& clyſteribus mollientibus. Pectus cum oleo uiolato,& roſato ungatur, quantomagis poſſumus,ne uenter multũ ſoluat ſtudeamus. Phthiſici enim & ſi ad ſolutionẽ deueniãt,moriunt cito. Quod ſi euenerit,detur ſuccus hordei & milij aſſatorũ,& deinde bene coctorũ,cui adiungatur gũmi arabicum aſſum. Similiter mica panis aſſati,molliatur cum gũmi arabico, & amygdalis, & ſaccharo,omnibus aſſatis. In aqua quã bibũt, gummi ponamus arabi cum,bolum atq; ſpodiũ. Si perſeueret ſolutio,iſtũ puluerẽ dato, Rec. Gũmi arabici,boli,ſeminis myrti,omniũ aſſatorũ,ana.drach.3.amyli aſſi, cãcri incenſi,ſeminis portulacæ,ana.drach.2.ſpodij,maluę ſeminis,ana exagiũ 1. Omnia hæc puluerent,& cum oleo roſato fricẽtur,dentur cum ſirupo myrtino,& aqua frigida quantũ ſufficit. Si ſcreatus fœtorẽ habeat horribilẽ cum ſuperponatur carbonibus,mors denunciatur. Si capilli cadũt,ad mortẽ appropinquat. Ablationẽ enim portendunt nutrimenti. Aliquando etiã corruptionẽ humoris, & apoſtemata pulmonis ex humoribus phlegmaticis, fieri intelligimus. Vnde in initio morbi medicina maturatiua danda, ſicut liquiritia,capillus ueneris,atq; fœnugręcũ,lini ſemen,cicer,ficus,uuæ paſſæ, omnia cocta. Dandũ & dianiſum,diapinea,diafœnugręcũ,diapraſſium. Si apoſtema maturauerit atq; crepuerit, hyſopus cũ melle coctus roſato, dandum erit. Si infirmus,quia apoſtema induruerit,ſcreare nõ poſſit, dentur calefacientia,ſanguinis & ſaniei mũdificatiua,& tuſſim adducentia,ſicut orobi farina, ariſtolochia rotũda atq; longa, piper longũ, cinnamomũ, acorus, coſtus,caſſia lignea,ſpica,& ſimilia. Quod ſi inueterauerit apoſtema, ut pulmo marceſcat,quod monſtrabitur ex parte ſubſtantiæ pulmonis cum ſcreatu proiecta,dentur deſiccatiua atq; ſubtiliãtia, quæ deſiccent, atq; ſubtilient uulneris humectationes, ſicut athanaſia,theriaca, mithridaticũ, & ſimilia. Odoriferos flores adhibeant naribus, & ſemper cum aẽre, & aqua temperatis balneentur. Cibentur cibis laudabiles chimos generantibus, mellicratum bibant. Omnem medicinã demus cum melle mixtã,& mundificatiuã. Si ſecuri fuerimus, quod humectatio apoſtematis deſiccetur, & materia auferatur,deinde uulnus deſiccantia & mundificantia demus,ſicut roſam, balauſtiam,acaciã,gũmi,dragagantũ, maſtichen,bolum, ſanguinẽ draconis,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 69 sur 404

©BIUM

lapidem hęmathitem, myrti ſemen, arnogloſſam, & ſimilia. Galen. Si perl pneumoniaci inquit, ad febres deueniant, uel ab initio eas habeāt, impoſſibi le eſt eos curari. Sed tamen ſi ſuperiorem ſequant inſtitutionem, aliquādiu uiuere poſſunt. Hæc enim medicina deſiccat, & iudurat apoſtema, ut diu permaneat. Trochiſci Ioannis Damaſceni ad hæc ſunt proficui, ſi uenæ in pectore, uel pulmone ruptę fuerint, ſolidant. Recipe boli, amyli, añ. drach. 4. carabę, ſeminis myrti, coralli, ſpodij, hęmathitis, añ. drah, ſ. gūmi arabi ci, liquiritię ſucci, ana. drach. 6. cancrorū incenſorū, ſeminis portulacę, ana. drach. 10. fac puluerē, tēpera cū ſucco portulacę, uel arnogloſſę. Fiant trochi ſci unius exagij, det unus cū ſucco portulacę, uel cū ſucco cucumeris. Aliud; Rec. croci, drach. 4. myrti, gūmi, lētiſci, cinnamomi, ſpicę, caſſię ligneę, dra gaganti, thuris, ana. exagiū 1. Omnibus puluerati mel ſufficienter adiunga tur, pilulæ in modū dactili oſſis fiant, & ſub lingua ponātur. Aliud ualet pu ſtulis pulmonis, & uulneribus, mūdificans, & ſolidans, Rec. balauſtię, roſæ, añ. drach. 2. ſanguinis draconis, amyli, thuris, añ. drach. 1. carabę, croci, añ. drach. ſ. tempera cū ſucco citoniorū, & fac trochiſcos unius exagij, da cum aqua bibere frigida. Aliud, Rec, gūmi, dragagāti, maſtichis, ana. exagiū. 1. acacię, myrti ſanguinis draconis, ana, drach, ſ. fac puluerem, tempora cum myrti ſucco, & fac trochiſcos.

De reiectione ſanguinis. *Cap.* VIII.

SAnguinis reiectio duobus modis fit, cū tuſſi, uel cum raſcatione. Cū tuſſi, à pectore exit & ſibi cū adiacētibus mēbris. Cū raſcatio ne, ex gutture, & adiacētibus uuulę. Screare ſanguinē, uel ex uul neribus pectoris ſiue pulmonis, ſeu diaphragmatis, uel ex apertiōe uenarū. Apertione uenarū fit tripliciter, ex ſui conſumptione, uel ex apertione oris earū, uel ex inciſione. Cōſumptio eſt ex humoribus acutis, uel cholericis, uel exſalſis phlegmaticis. In hoc genere parū exit de ſanguine. Apertio oris ea rum, ex nimio eſt motu expulſiue, uel ex defectione uirtutis cōtentiuę, in ue narū ore, uel ex humorū nimia quātitate, uirtus expulſiua, nimiū mouet ex acutis humoribus, & pungētibus, uel ex ſalſis phlegmaticis, & pūtreſcenti bus. Defectio cōtentiuę in uenarū ore, ex nimia eſt humiditatis emollitiōe. Humorū enim quātitas, uenarū ſequit ora, ut coacte ea aperiat. Sicut uide musmuſtū facere feruidū, quod exit, cū apertū uas inueniat, uel clauſum ui aperit, ut ebulliat. In hoc genere nullus uidet dolor eſſe, & tamen multū ui detur exire. Venarū inciſio, uel interior fit, uel exterior. Exterior, ex uulneri bus, uel ex earū diſtenſionibus. Vulnera ſunt uel ex percuſſione, uel ex caſu ſuccedēte. Diſtenſio, uel ex ſaltu, uel ex nimijs clamoribus. Interior, ex quāti tate humorū eſt, ſicut diximus. Quo in genere multo cęteris peiore, ſanguis multus ingenti cū dolore ex uena inciſa egredit. Medicādo ſanguinē ſcrea nti, oportet quietē iniungi, neq; multū flatus emitti. Quod ſi ſit uirtutis ro

bur,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 70 sur 404

©BIUM

bur, & temperatũ tẽpus ſit, & ætas cõueniens, baſilica uena erit minuenda, & bis, uel ter ſanguis extrahendus, quoad totã ſuperfluitatẽ exiſſe cõperiamus, & in latere illo ubi erit dolor, de uena inter auricularẽ & medicũ minuat, & de eiuſdẽ lateris baſilica. Extracto autẽ ſanguine quantũ ſufficiat, ſi infirmus caleat, ſed tamẽ fortiter ualeat, digeſtio emolliatur cũ caſſiafiſtula, manna, uiola, iuiubis, prunis, & ſimilibus, ut acumen ſanguinis minuatur & ſubtilietur. Deinde medicina detur, & cõueniens infirmitati cibus: hoc faciamus ſi creatũ ex uenarũ conſumptione perſenſerimus. Medicinã uiſcoſam demus, ſicut portulacã, maluam, ptiſanã cũ cancris flumineis, dragagantũ, pullos, perdices, phaſianos, cũ portulaca, & amygdaleo coctos. Aquã quã biberit, cum ſirupo uiolato, & iuiubis mixtus ſit. Si ex apertione oris ſit uenarũ detur ſtiptica medicina, ſicut balauſtia, flores maligranati, cortices maligranati, ſanguis draconis, flores celſi, & ſimilia. Cibus granum coctũ cum extremitatibus animaliũ, oua, ptiſana de aſſo hordeo, cum amylo, gummi arabico, & amygdaleo. In aquã quã biberit, ſapa myrtina ponat, cum gummi arabico, & ſpodio. Si ex uenarũ ſit inciſione, detur medicina parum ſtiptica, & multũ ſolidatiua, ſicut bolum, amylũ, ſpodiũ, carabe, conchula incenſa, ſemen citoniorum, & ſimilia. Nutriantur cum tri, & animalium extremitatibus, ouorũ uitellis aſſatis, uel in aqua coctis, in aqua mittamus gummi, dragagãtũ, ut bibant, & ſpodiũ. Medicina quę ei ualeat detur confecta, ſicut trochiſci ſanguinem ſcreãtibus ualẽtes, & ſolidantes, quos Galenus in ſuis antidotis Andromachũ feciſſe teſtatur, Recipe acacię, drach. 4. roſę, balauſtiæ, añ drach. 2. gummi arabici, drach. 2. dragagãti, drach. 1. tempera cum aqua pluuiali, fac trochiſcos, drach. 1. & cũ aqua frigida da bibere. Aliud ſimiliter ualet, Recipe gũmi, dragaganti, ſeminis portulacæ, ana. drach. 2. boli, cimoliæ, terrę armenię, drach. 6. acacię, cornu ceruini incenſi, balauſtiæ, copulare, uel corticis celſi, ana. drach. 5. carabæ, roſæ, myrti ſemen, ana. drach. 4. hęmathitis loti, drach. 4. papaueris ſemen, drach. 6. cancri incenſi, drach. 15. coriandri aſſi, drach. 7. fac puluerem cum ſucco roſæ, uel arnogloſſæ, uel cũ aqua roſata, tẽpera, & da bibere. Aliud Pauli ſolidantes, & mitigantes, Rec. acacię, balauſtię, florum maligranati, drach. 12. gallæ, drach. 2. opij, croci, ana. drach. 6. tempera cum aqua pluuiali frigida, & da bibere. Alij cõfortatiui, & deſiccatiui, Recipe, boli, gummi arabici, dragaganti, ſeminis potulacæ, ſpodij, cancrorum incenſorum, ana. drach. 5. cornu ceruini, conchulæ marinæ, coralli, omnia incende. Aliud, Recipe acaciæ, balauſtiæ, amyli aſſi, hæmathitis, ſeminis myrti, ana. drach. 2. ſeminis citonij, ſeminis arnogloſſæ, cucurbitæ, cucumeris, ana. exagium 1. pſyllij aſſi drachmas 5. tẽpera cũ ſucco arnogloſſæ, fac trochiſcos. Aliud ſimiliter ualens. Recipe roſæ, gummi, ana. drach. 4. amyli, papaueris ſeminis, balauſtiæ, ana. drach. 2. ſpodij, croci, ana. drach. 5. ſucci liquiritiæ, ſucci arnogloſſæ, ana.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 71 sur 404

©BIUM

drach. 2. tẽpera cũ aqua frigida pluuiali. Aliud ualet ſcreatui ſanguinis, fiſſuris uenarũ pectoris & epatis, Rec. ſpodij, drach. 4. ſeminis citrulorũ, portulacę cucurbitæ, boli, carabæ, ana. drach. 3. tẽpera cum aqua uirgę paſtoris. Aliud, R. gũmi, dragagãti, acaciæ, ſeminis citonij, añ. drach. 4. boli, drach. 5. cãcri incenſi, drach. 6. amyli, cõchulę marinę incenſę, ana. drach. 4. cornu ceruini incẽſi, ſpodij, añ. drach. 2. fac puluerẽ, & drach. 4. da cũ ſirupo myrtino. Puluis ad idem, Rec. cõchulæ marinæ, cornu ceruini incẽſi, añ. drach. 10. carabę, coralli, añ. drach. 10. boli, drach. 15. pſyllij aſſi, drach. 30. fac puluerem, & da drach. 3. Idem facit flos uitis, drach. 1. mane & meridie cũ aqua frigida, uel ſuccus roſæ. Similiter facit ſeminis arnogloſſę, drach. 2. Item aqua ſemperuiuæ, & uirgę paſtoris, ubi ſandali, roſæ apponantur, drach. 2. camphorę, drach. 3. Omnia cõmiſcens panno lineo ſubtili infuſa, pectori ſuperpone. Similiter ualet aqua agreſtiũ uuarum: deinde ſuper pectus pone cortices maligranati. Elect. mũdificans pectus de ſanguine coagulato, Rec. amyli, drach. 5. farinę fabarũ, drach. 8. ſeminis melonũ, maluę, ana. drach. 7. hordei mũdati, drach. 10. gũmi, dragaganti, añ. drach. 3. ſeminis citoniorũ, boli, borraginis, ana. drach. 5. fac puluerem, mel adde quantum ſufficit.

De ſcreatu ſanguinis propter hirudines. Cap. IX.

SAnguinem cum raſcatione de uuula, & gutturę, diximus exire, quod aliquando contingit, ex ſanguiſugis in aqua tranſglutitis, quæ ſanguinem remanentẽ in gutture faciunt expuere, aliquando multum, aliquando parum. Vnde multotiens decipiuntur medici. Qui cum de ſanguiſugis eſſe certificauerit, opponant infirmum ſoli, os eius aperiatur, ſi eas in palato uideant, uel in uicinis partibus, extrahat cũ forficibus. Si autem non uideãt, dent hanc medicinã: Gargariſmũ cũ aceto, & ſale multo. Alliũ & acetũ detur ad manducandũ. Prohibeatur aqua bibere. Mittamus uaſa uitrea in ſole aqua plena, moueamus ante os infirmi, dragagantũ puluerẽ inſufflemus ori, carbonũ nigellę, uel abſinthij, fiat ex ſapa, uel aceto gargariſmus. Sulphur, hyſopũ ſimiliter pulueratũ, injiciamus gulę, uel hyſopum, uel ſal cum urina caprina miſceamus, & gargariſmũ faciamus. Poſt quam exierint ſi ſanguis ſuperabundauerit cum medicina quam diximus in ſcreatu ſanguinis ſolidandus, & reſtringendus erit.

De empyicis. Cap. X.

SAnies ſcreatus multis modis, uel ex apoſtemate in ſpiritus inſtrumentis cum crepuerit ſanies inde ad pulmonem effluit, uel ex humoribus in uacuitate pectoris, & pulmone collectis, uel poſt ſcreatũ ſanguinis illa ſubſequetur ſanies, ſed tamẽ nõ poſt omnem ſcreatũ ſanguinis. Quæ ſi ſubſequetur, ſcreatus procedit moleſtiſſimus. Vnde Hippocr. Si poſt ſanguinem ſequantur ἐμπυήματα peſſimũ. Feſtinetur ergo ut ſanies pectoris mũdetur, ne coaguletur, & ſpiſſetur, & uias

ſpiritus

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 72 sur 404

©BIUM

ſpiritus oppilet, & mors ſubſequatur. Iuuat electuarium Ioannis Damaſceni in ueteri tuſſi, & ſcreatu ſaniei. Recipe pyrethri, amygdalę amarę, lauri radicis, pondus ęquale, fac puluerem, & adde mel quod ſufficit, da in modum auellanę mane & ſero. Aliud, Recipe pineæ unc. 2. ſeminis lini aſſi, amygdalę dulcis, ana. unc. 1. piperis, unc. s. fac puluerem, & mel quod ſufficit adde. Aliud, Recipe fœnugręci, ſeminis lini aſſi, pondus æquale, mel quantū ſufficit, frica cū amygdaleo. Aliud, Rec. praſſij, orobi, ana. drach. ʒ. croci, myrrhę, zingiberis, hyſopi, piperis longi, aniſi, ana. exagium 1. fac puluerem, & adde mel quantum ſufficit. Aliud, Recipe liquiritię unc. 1. pineę, lini ſeminis aſſi, amygdalę dulcis, & amaræ, ſeminis bombycini, añ. drach. 7. fac puluerem, uuas mūdas ſpeciebus alijs duplas, & ſicut medullam piſtatas adiūge, penith, quantū omnes ſpecies alię, deinde ſapæ quod ſufficiat. Aliud, Recipe ſeminis lini, amygdalę dulcis, pineę, gūmi, dragagāti. añ. drach. 10. zingiberis, piperis longi, liquiritię, coſti, terbēthinę, añ. drach. ʒ. mel qđ ſufficit.

De *anhelitu*. Cap. XI.

OPortet intelligi cor nullatenus pati poſſe, carentiā trahendi aëris. Si enim uno momento quieſcat ab aëre trahēdo, extinguit à calore, quia ebullitionē ſui ardoris neceſſe eſt ab extra uenientę aëre refrigerari, & expellere ardorē prioris aëris. Vnde motus duos habuit contrarios, dilatando aërem trahit, & conſtringendo calidum expellit. Sanis ergo ſpiritus inſtrumentis, & temperata uirtute eorum anhelitus ſecundum naturæ curſum fit. Patiente horū quolibet, patitur anhelitus, & curſum naturalē egreditur, quantitas paſſionis, extra quantitatē fit paſſionis inſtrumēti, id eſt, extra naturalē curſum exit anhelitus. Impoſſibile eſt pati anhelitum ſine dolore aliquorū inſtrumentorum. Dolor eorum uel ex parte eſt ſui, uel ex coniunctis membris. Si doleat ſtomachus, gibbus epatis, uel caput ſplenis, uel ſi ſub diaphragmate apoſtema, uel dolor fit, anhelitus paruus, & ſpiſſus fit. Vniuerſaliter eſt cum aliquod membrū patiat uicinū inſtrumentis ſpiritus, cuius motu ipſum inſtrumētum moueatur, uel ſi apoſtema inſtrumentū cōprimat his duobus modis, exit anhelitus paruus & ſpiſſus. Alto anhelitu cogitur infirmus ſpiſſe mouere totum pectus. Qui motus ὀρθόπνοιαι uocatur. Fit autem modis quatuor, uel ex neceſſitate nimia anhelandi ſicut in ſanis nimij exercitij, uel exangusto ſpacio pectoris, ſicuti in apoſtematibus, & in pectore unlneratis, uel ex anguſtia in capite uiarū ſpiritus, ſicut patiūtur qui in lacertis gutturis apoſtema patiuntur, quæ utraq; ſunt peſſima. Hanc aūt ſpeciē Hippocr. ὀρθόπνοιαν uocatur, quia omni homini in ſanitate ſua pectoris tantum mouentur inferiora. Patienti alterutrum horum trium mouentur inferiora & ſuperiora, & uſque ad ſpatulas. Poteſt & aliter intelligi, ὀρθόπνοιαι uocari. Quod enim eam patiuntur, erigi & ſtare

©BIUM

ſtare coguntur. Cum infirmus anheloſus totum corpus uſq; ad ſpatulas, & à ſpatulis uſq; ad cubitos moueat, & cubiti in motu laſſentur, tribus ex cauſis eſſe intelligitur, ſicut Galen. teſtat, uel ex defectione uirtutis lacertos pectoris mouentis, & infirmitate ſua, uel ex conſtipatione inſtrumentorum ſpiritus, uel ex nimio calore cordi, ex pulmoni dominante. Defectio uirtutis lacertos pectoris mouentis, & mala complexione frigida ſeu calida ſolet fieri. Conſtipatio inſtrumentorum ſpiritus, ex groſſis humoribus, & uiſcoſis eſt, uel ex groſſa uentoſitate auditus uias oppilante, uel ex apoſtemate in diaphragmate. Quæ aliquãdo in uno loco omnia adunant, aliquãdo duo in ſimul. Raro euadũt qui hęc coadunata incurrunt. Oportet autem antequam medicemur, ſtudioſe diſcernamus. Si infirmus cũ anguſtia, & labore anhelauerit, & anhelitus rarus, & debilis fuerit, extremitatesq; narium graciles erunt, & quaſi ad interiora contracte ſint, ex defectione eſt uirtutis lacertos pectoris mouẽtis. Si aër ex magno deſiderio appetitur, & ſpiſſe, pectusq; inflatur, conſtipatio inſtrumentorum ſpiritus intelligitur. Si ſit ex apoſtemate cum tuſſi erit, & cum ſcreatu. Si non ſcreauerit, timendum erit. Si conſtipatio ex humoribus ſit, ὀρθόπνοια fit, & inflatio pectoris: Appetitus maior ſpiritum emittendi, quàm attrahendi. Si anhelitus uelox, & cũ maiori inflatione ſit, & magis trahere quàm emittere uelit, intelligimus eſſe ex nimio calore, & incenſione: maxime ſi tactus eius calidus ſit, uel exiccatio, & ſitis in lingua habeatur, & caput accendatur, quia anhelitus uelox, & paruus calorem alienum ſignificat, qui uirtutem ſuffocet & uincat. Anhelitus paruus & tardus, calorem cito extinguit. Iſte ex neceſſitate ſemper eſt frigidus, unde ſignum mortis eſt certius. Sufficit nobis dixiſſe de ſignis anhelitus, nunc à medicina incipiamus. Si paſſio ex membris ſit inſtrumentorum ſpiritus, uicina membra incipiamus mederi, unde infirmitas naſcitur, & poſt anhelitus curetur. Si ex defectione ſit uirtutis, lacertos pectoris mouentis, & ex humoribus fit calidis refrigeremus. Si ex frigiditate, calefaciamus prout dicturi ſumus. Si ex conſtipatione inſtrumentorum ſpiritus ſit, & ex groſſis humoribus, medicina diſſolutiua, & ſubtiliatiua detur ſine deſiccationibus ſicut oxymel cũ ſcylla, uel ſolũ oxymel, uel hyſopus cum melle coctus, uel praſſicus ſirupus. Semper uinum ſubtile bibat, & clarum. Electuarium ſemper accipiat, ubi ſit orobũ, iris, ariſtida rotũda, hyſopus, calamẽthũ, caſſia, cẽtaureę radix, coſtũ, ſpica, & ſimilia. Pectus cum anethilo ungamus, chamomeleo, & ſimilibus. Si ſit ex apoſtematibus, uel uulneribus, medicemus prout iam diximus. Si ex cõplexione ſit calida, & infirmo ſit firmitas, & tẽpus cõueniat, baſilicã uenã minuat. Si tẽpus fuerit cõtrarium, ſcariolæ, & marathri ſuccus cũ melle uiolato det coctus, & cũ aqua cucurbitina ſirupus uiolatus, & cũ ſaccharo mali granati ſuccus. Cũ huiuſmodi eſt nutriẽdus, ſicut ptiſana, pullis, perdicibus, portulaca, blitis. Vngamus pectus cum oleo uiolato, & cucurbitæ, & portu

lacę

©BIUM

lacæ ſucco. In uere uel autumno purgetur cum caſſiafiſtula, uiola, liquiritia, maluę ſemen, iuiubę, manna, & ſimilibus. Si cõplexio pectoris ſit frigida, & humida, demus maiorẽ theriacã, melicratũ cũ aromatibus aquã marathri & apij bene coctã cum melle uel cũ melle roſato. Similiter mel roſatũ, cum hyſopo in aqua cocto. Nutriendis eſt cum calidis cibis, ſicut iuſculis. Vngamus pectus cum chamomeleon, & anethileon: dentur & ſirupi, anhelitui, tuſſi, uulneribus in renibus, uel in ueſica, ualentes, ſunt autẽ Ioannis Damaſceni, Recipe ficus ſiccas 50. iuiubas 100. aquæ lib. 9. coque uſq; ad tertias, cola, adde ſapę lib. 5. ſacchari lib. 1. Aliud, Recipe ficuum lib. 1. aquę quãtum ſufficit, capillorũ ueneris, baſilicon, ana. drach. 8. rutæ, praſſij, liquiritię, ana. drach. 3. ſapæ quantum ſufficit, fac ſirupum. Aliud ualet, tuſſi, anhelitui, & mũdat pectus, & pulmonem de groſſis humoribus. Recipe marathri radix, & apij, drach. 10. liquiritiæ, drach. 6. amygdalarum dulcium & amararũ, añ. drach. 3. aniſi, marathri, hyſopi, maluę ſemen. añ. drach. 2. iuiubas 30. ficus 5. coque in lib. 6. aquæ, & ad tertias redige, & da bibere. Aliud Pauli, Recipe ſauinæ, drach. 1. butyri, drach. 4. mellis, drach. 2. da bibere. Aliud eiuſdem, Recipe croci, myrrhę, opij, añ. drach. 15. euphorbij, ſpicę, hyoſcyami, ana. drach. 5. boli, caſſiæ, ana. drach. 4. carui, drach. 15. ſulphuris, corticũ mandragorę, ana. drach. 3. piperis, drach. 6. fac pilulas in modum orobi, da 3. Aliud ualet ſimiliter, Recipe thuris, dragaganti, ana. drach. 2. ſarcocollæ, drach. 1. pone in aqua ut ſe diſſoluant, cola, & cum ſaccharo ſiue melle da bibere. Similiter iuuat pulmonem uulpinus pulmo ſiccus & piſtatus in pulue rem, & da exagiũ 1. cum aqua calida. Similter conchularum fluminearũ interiora incenſa cum melle, & pipere.

De pleureſi. Cap. XII.

SAnguis augmentatur & cũ interiore calore corporis feruidus, capiti aſcendentẽ fumũ mittit. Quod cum inueniat clauſos capitis poros, & oppilatos, nõ permittitur exire. Deinde calefit morans in capite, cum cerebri calore diſſolutus, redit in inferiora corporis, ſicut uidemus in humectatione fumi balnei, qui fumus cum tecta penetrare nequeat, redit in inferiora. Si aqua à capite diſtillat ad diaphragma, calidum apoſtema generat, & inde πλευρῖτις fit uera. Si in lacertos ueniat, uel in carnes, quę ſunt intra coſtas pleureſis dicitur non uera. Pleureſis uera propria habet ſigna, febris duriciem, eiuſdem continuationem, pũcturam in latere, prohibentem de latere in latus ſe mouere. Tuſſim continuam & anhelitus ὀρθόπνοιαν quam patitur πλευριτικὸς propter nimiũ dolorem lateris & morbi cordis uicinitas duriciei febris cauſam facit. Puncturam lateris, quia membrum neruoſum eſt infirmũ, & ſubtilẽ habet ſenſum, propter colligantiam cerebri ad neruos. Cõtinua tuſſis, quia materia apoſtematis in

trahentibus

©BIUM

trahẽtibus ſpiritũ membris eſt. Cũ aliquid oppilat uias ſpiritus, adiuuat ſe natura, ut cũ tuſſi quod impedit expellat. Magnitudo anhelitus eſt ei quia inſtrumentũ ſpirituale dignius, id eſt, diaphragma occupauit morbus. Sæpius pleureſis inuadit hominẽ calidę & humidę cõplexionis. In uere naturaliter, in hyeme accidentaliter. Pleureſis non uera hæc habet ſigna, grauitatem lateris, ſine tuſſi, nullum ſcreatum emittit, quia morbus extra inſtrumentũ ſpiritus exiſtit, locus exterior, manu tactus dolorem parit infirmo. Aliquando extra apparet tumor. Plurimum pleureſis ex puritate naſcitur ſanguinis, aliquando ex ſanguine calido, & cholerico, aliquando groſſo, & melancholico, aliquando humido, & phlegmatico, aliquãdo ex omnibus, aliquãdo ex quibuſdam humoribus. Quod intelligitur ex colore ſcreatus, ex quo humore ſit morbus. Si ſit rubeus, ſanguis ſignificat. Si ſit citrinus, cholera rubea portenditur, quę ſanguini dominatur. Si niger, ſanguinis incenſionem, uel choleræ rubeæ ſignificat concremationes, & in choleram nigram commutationes. Si albus ſignificatur eſſe phlegmaticus. Alijs adhuc modis poſſunt diſcerni hęc. Si materia in ſcreatu ſit ſolus ſanguis, corpus plenum erit, humidum tuſſit, & infirmus parum ſitit. Si cholerica ſit materia, corpus erit macidum, tuſſis ſicca, ſitis nimia. Si melancholica, corpus aſperſum, pulſus ſubtilis, tardus, urina plumbea. Si phlegmatica, tuſſis erit humida, & multa, ſitis parua. Si uero compoſita, erit ſcreatus coloratus, ſecundum compoſitiones ſuas, & ſimiliter infirmi erunt qualitates. Melior & laudabilior omnibus color eſt rubeus in ſcreatu: ſanguis enim ſignificatur. Sanguis enim dignior eſt, & amabilior naturæ omnibus alijs humoribus. Obedientior enim eſt eius actioni, & ad digerendũ facilis. Aliquando ſcreatus in initio morbi eſt, ſicut in die tertia, uel ſeptima, & leuitas materię ſignificatur, facile morbus diſſoluitur, maxime ſi ſcreatus ſit paruus, & lenis, & albus, & iunctus, cito exiens in una tuſſi, uel duabus. Aliquando ſcreare moratur ex craſſitudine materię, & ſua duritię obediendi naturę. Vnde morbi deſignat grauitas & eiuſdem diuturnitas. Quod ſi huiuſmodi ſcreatus qualitas cum multa exeat anguſtia, & fortiter infirmus tuſſiat, defectio uirtutis ſignificatur, & pigritia ſui, neq; ſumus incerti, quia morbum infirmi pati uirtus non poſſit. Sufficiunt ergo ſigna pleureſis, oportet medicinam ſubſequi. Si ergo uideamus apoſtema diaphragmatis ſanguineũ, ſi ſequatur tempus & ętas, cõſuetudo, uirtus, feſtinemus ut de baſilica uena minuamus: De latere ubi infirmus patitur, antequam augmentatur, maxime ſi dolor aſcendit uſq; ad furculã, quia prȩcepit Hippocrates: Cum loca ſuperiora lateri doloroſo ſint colligata, baſilica uena eſt incidenda. Item ſi inferiora loca doloroſo lateri in dolore ſunt colligata, pharmacia eſt danda. Si infirmus ſit uirtuoſus, nõ eſt alia cura adhibenda, niſi quæ in phlebotomia præcepimus obſeruanda. Sed phlebotomandus eſt, maxime ſi ſit ſanguinea morbi ſpecies. Verũ ſi uirtus defecerit,

non

©BIUM

non oportet phlebotomari, ſed quanto magis poſſumus cuſtodiri, Phlebotomia enim eſt moleſtiſſima, cum defectione uirtutis. Oportet ergo epithima quærere, & cataplaſmata acumen ſanguinis minuentia, & diſſoluentia, ſicut ſunt uiolę, maluę radices, hordeū mūdum, & coctū in aqua & colatū, & oleo uiolato mixtum. Deinde panni linei ſubtiles infundantur, & loco dolenti ſuperponantur frigidi, ſi tempus calidū ſit, tepidi, ſi frigidum. Si febris non adeò fortis apparet, parū eſt admiſcēdum de chamomileon, & cum ptiſana nutriendus eſt, & ſaccharo. Si febris fortis ſit, & dura digeſtio, cum ſirupo uiolato. Si febris ſit mollis, & tuſſis fortis, dandę ſunt iuiubę, liquiritia, ſemen citonij cocti. In fine diei demus micas panis lotas, cum amygdaleo, & ſaccharo. Si infirmus in conſuetudine multū comedere habuerit dum ſanus fuit, neq; dięta hæc ſufficit, dentur cucurbitę, maluæ, chryſolocāna cum amygdaleon. Si dies ſit prænunciatura, omnia cibaria pręter ptiſanum ſunt contrahenda, & mica panis tantum danda. Si tuſſis ſit fortis, detur ſirupus iuiubinus, & pilulas quas in tuſſi calida diximus ſunt dandę. Si ſit ſtipticus, humectāda eſt natura eius cū manna, caſſiafiſtula, & ſimilibus. Si materia morbi acutiſſima eſt & cholerica, cataplaſmata frigidiſſima, & mollia parū diſſoluciua ſunt facienda, ſicut de maluę radice, & uiolis, ſandalo albo, farina hordei, cucurbitę corticibus, omnibus piſtatis, & cū ſucco ſemperuiuæ diſtemperatis, uel ſucco portulacæ, & oleo uiolato. Si ſit ſtipticus, mollienda eſt natura cum ſucco cucurbitę, manna, uiolis, melle, caſſiafiſtula. Multum cauenda eſt in hoc morbo mollities naturæ, niſi cum ſit multum neceſſe. Hunc morbū ſolet ſequi ſolutio uētris, qui uix poteſt ſtringi. Si tuſſis ſit fortis cum conſtipatione uentris, uiola danda, & manna, cum aqua ubi iuiubæ ſint coctę, & ſirupus uiolatus, quę dicturi ſumus. Si egeſtio temperata fuerit, mane demus pſylliū cum ſucco maligranati dulci, ſirupo uiolato, parum olei uiolati. Poſt duas horas ptiſanam cum amygdaleo, & ſaccharo. In fine diei lotus panis cum amygdaleo, & ſaccharo demus uuas, & malagranata ſugenda. Vngatur locus cū oleo uiolato, oleo roſato, cera alba, dragaganto. Similiter facienda ſunt cataplaſmata de pſyllio, & portulaca, & oleo uiolato. Sirupus uiolatus ualet pleureticis, calori pectoris, tuſſientibus ſiccis, atq; in initio phthiſicis. R. uiolę, dragagāti, ſeminis citonij, hordei mūdi, ſeminis maluę, cucurbitę, cucumerū, añ. drach. 6. iuiubas 20. Omnia in 4. lib. aquæ cucurbitinæ coque, uſq; dum redigant ad mediū. Cola & pone ſacchari lib. 1. & fac ſirupū. Si morbi materia ex ſanguine ſit humido, & phlegmatico, craſſo, & melācholico, oportet ſuperponi loco hęc cataplaſmata. Rec. lini ſeminis, drach. 5. maluę radicis, drach. 5. fœnugręci, hordei mūdati, añ. drach. 2. fortiter coquātur, & colentur, & poſt chamomeleon apponatur, & inſuper ſpongia ibi infuſa loco dolenti ſuperponatur, & miliū, ſal aſſum in ſacello ſuperponatur, uel chamomeleon, anęthū, melilotū. Semen lini, fœnugræci,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 77 sur 404

©BIUM

malua,hordeũ,omnia piſtata. Cataplaſmata facito,cum chamomeleon,ue ſanſuceleon. Si tuſſis ſit fortis, detur hyſopus cum melle roſato,uel praſſicus ſirupus. Dentur electuaria & medicina, in frigida tuſſi dicta. Si morbus in declinatione ſit,ſapam demus,& mellicratum. Vngantur cum chamomeleon. Nutriendus eſt cum ciceris iure,& amygdaleon.

De tremore cordis. Cap. XIII.

TRemor cordis ex humiditate eſt coadunata in circundantibus cor pelliculis. Hic morbus ſanis & infirmis ſubito fit, cum hęc humiditas influit cordi. Si humiditas ſanguinolenta ſit,& cholerica,fit cum tremore cordis calor,& ſitis,altus anhelitus. Si ex craſſo ſit ſanguine,& melancholico, fit timor,& triſtitia,& pigritia ſine ſiti. Aliquando cardiacus morbus fit,cum neceſſaria cordi minuantur, ſicut ſanguis ſubſtantialis & clarus ab epate egrediens. Quod intelligimus ab epate, uel uicinis locis infirmantibus, ſicut in ſtomacho. Aliquando coadunantur in ſtomacho humores acuti,pungẽtes,& fortes, unde cardiacus morbus naſcitur. Cordi ergo medicemur cum hoc membrum ſit dignius. Conſideretur ex quibus ſit humoribus : ſi ex ſanguine ſit uel cholera, baſilica uena eſt minuenda, ſi tempus,uirtus & ętas conueniant. Si non,ſcarificemus loca uicina. Catharticũ demus,caſſiã fiſtulã,iuiubas, prunas,oxyfœnicia,uiolas,& ſimiliter:detur boraginis ſuccus,ſcariolæ, maligranati. In aqua bibẽda ſirupum iuiubinum ponamus, ſapam maligranati,oxyſaccharum. Nutriamus cum cibis bonarum qualitatum, ſicut hœdorum pullorum,cum malis granatis,aceto,ſaccharo, aqua roſata, cum camphora, & ſimilibus. Si cardiaca ex melancholicis ſit humoribus,choleram nigrã purgantia demus, quibus ſanguis purificetur,ſicut hiera Galeni fortiſſima,ſtomachicũ maius, catharticis mundemus epithimaticis. Sæpe dentur antidota odorifera,ſelite,muſcata,diamargariton,& ſimilia. Vinum odoriferum,mellicratum aromaticum. Sępe tẽperato balneo utãtur. Poſt,theriaca maior, uel muſcata detur. Vngatur pectus cũ calidis & odoriferis oleis, uolatilia calida & ad digerendum facilia, dentur cum aromatibus cocta. Si cardiaca ex diminutione ſit nutrimẽti ab epate cordi ueniẽtis, & fuerit infirmũ,epar prius eſt medicandũ, ut in priorem redeat ſanitatem & uirtutẽ. Si ex ſtomacho ſit,purgandus eſt ſtomachus ex acutis humoribus cum uomitu, cathartico, aloẽs, abſinthij, mirobalani citrini,uel ſucci uuarum agreſtium,uel maligranati cum mirobalanis. Aforis ungamus cum ſandalis,hordei farina,cinere ferrarij,corticibus cucurbitæ,aqua roſata,& ſimilibus. Puluis Ioannis Damaſceni ualẽs cardiacę. Rec. floris orni,drach.15. aluminis aſſi,drach.5. coriandri aſſi,ſpodij,roſæ,gallę,ana. drach.3. coralli gemmę, petræ armenicę, ana.drach.6. ligni aloẽs,drach.7.fac puluerem,exagium 1.dans cum odorifero uino,uel oxyſaccharo.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 78 sur 404

©BIUM

oxyſaccharo. Aliud, Recipe borraginis, ſeminis portulacæ, añ. drach. 7. coralli, carabę, ana. drach. 2. gemmę, aluminis aſſi, cyperi, ana. exagium 1. ſemen baſilicam, ſandali albi, rubei, gallę, terrę armenicę, ſerici puri, & crudi, ana drach. 2. & s. ſacchari tantundē quantū & alię ſpecies, fac puluerē, dans drach. 2. cum ſucco maligranati, uel cum odorifero uino, uel oxyſaccharo. Aliud, Recipe roſę, ſpodij, añ. drach. 5. ſeminis portulacę, drach. 10. ameos, ſucci, bedegar, & zedoar, deronicæ, ſerici, maſtichis, gēmę, coralli, carabę, añ. drach. 4. muſti quadrantē, & ſucchari quantū omnes alię ſpecies. fac puluerem, & da exagium 1. cum aqua frigida. Valet in initio melancholiæ, cor confortat. Aliud, Recipe berberis, roſæ, ſpodij, ſeminis portulacæ, borraginis, ana. drach. 5. terræ armenicæ, ſeminis baſilici, maſtichis, ana. drach. 2. ligni aloēs, gariophyli, ana. drach. 1. olei roſati quantū ſufficit, ſacchari quantum ſufficit ad alias ſpecies, fac puluerem, da drach. 3. cum ſucco acidi maligranati. Sirupus ualet cardiacis cum calore, & ſiti. Recipe prunorum ſucci, ſucci maligranati acidi, acidum mali citrini, ana. lib. 1. oxyfœniciæ lib. s. fac ſirupum. Aliud ualet cardiacis, timidis, epilepticis, propter ſtomachum, uel cor. Recipe ſpicæ, cinnamomi, zedoar, deronice, ana. drach. 2. corticis pomi citrini, drach. 1. anethi ſeminis, exagiū 1. fac puluerem, da drach. 1. cū uino ubi borrago fuerit poſita, per menſem unum bibat.

De *ſincopi.* Cap. XIIII.

Sincope eſt abſolute defectio cordis, & coadunatio totius ſuę humiditatis, & uirtutis in ſe, atq; ablatio fumi ſui expellēdi. Impoſſibile eſt eſſe ſincopin ſine paſſione cordis. Fit autē diuerſis modis, nimirū ex plenitudine nimia, uel multa inanitione, uel ſubita caloris infrigidum, uel frigoris in calidum, mutatione. Plenitudo, uel ex humoribus totius corporis, uel ſolius ſtomachi, uel inteſtinorum. Si ſit in toto corpore, monſtratur ex fatigatione, grauitate per omnia membra corporis. Si de ſtomacho, in diuturna imaginatione ante oculos, ructatio, uomitus, dolor in prora capitis. Si de inteſtinis, erit grauitas & inflatio, melancholicis, dolor & punctura, cholericis grauitas ſine inflatione phlegmaticis. Inanitio eſt ex nimia uētris ſolutione, uel uomitu, uel ſanguinis fluxu è naribus uel ſudore. Mulieribus à menſtruis, uel hęmorrhoide. Quæcunq; harum nimia eſt & fortis, corpus diſſoluit, mēbra aggrauat, color naturalis deficit, calor extinguitur: unde cor neceſſe eſt patiat. Mutatio ſubita caloris in frigidum, poros oppilat, fumū in interiori corpore claudit & calorē naturalem oppilat, unde cor patitur, & ſincopis cōcreatur. Mutatio ſubita frigoris in calidum, corpus rarificat, calorem naturalem diſſoluit. Vnde calor minuitur cordis, & deficit. Aliquando ſincopis ex animę accidentibus eſt, ſicut ſubito tumore, uel gaudio. Plurimum hęc patiuntur decrepiti uel defecti. In lętitia

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 79 sur 404

©BIUM

cor dilatatur ſubito & aperitur. Multi enim horum cum ſubito timeant, uel gaudeant in ſincopin cadunt. Cor enim eorum cum ſubito timeat, & nō dilatatur, unde patiuntur, & deficiunt. In lætitia dilatatur cor ſubito, & aperitur, & calor naturalis in exteriora exit corporis, & ita deficit dum refrigeretur. Aliquādo dolor nimius ſincopin ſequitur, maxime ſi in mēbris ſit ſenſibilibus, ſicut in ileo uidemus. Hæ ſunt ſincopis cauſæ, & ſignificationes ſuę. Cuius ſpecies unaquaq; ſuas uidet habere medicinas. Vniuerſaliter ſua medicina taliter erit facienda. Vnde ſit morbus inprimis uideatur. Quo uiſo, intendimus quid facere debeamus. Si ſit ex plenitudine, medicādo ſincopin aquam mittamus in infirmi faciē. Stomachus perfricetur, nares teneamus, crura ligemus, pennam uel digitū in os ponamus, ut uomitus prouocetur. Cum defectio fuerit, hoc modo medendum erit. Si plenitudo in toto corpore ſit, catharticis dandum erit, & pilulis, & omnia quæ abundantiam illam ſentiantur deponere. Dabitur ergo oxymel cum melicrato, oxymel laxatiuum, theriacam, ſelite, cum ſucco anethi & apij. Cibi dandi ſunt leuiores, ſicut ciceris ius, cum anetho uinum ſubtile, & clarum, & purum. Si plenitudo ſit in ſtomacho, mouēdus eſt uomitus, deinde diatrionpipereon, diacymino. Si ex calidis ſit humoribus, refrigeremus cū ſirupis, & ſuccis, refrigerantibus. Si plenitudo ſit in inteſtinis maxime in inferioribus, clyſterizari ſæpius faciamus. Si ſincopis ſit ex inanitione, aqua refrigeretur in facie, nares teneantur, ſtomachum perfricemus, manus & pedes ligemus. Si ex ſuperioribus ſit mēbris ſicut naribus, & uomitu, inferiora membra plus erunt liganda, ſicut crura. Si in inferioribus, ſicut menſtrua, & hæmorroides, ſuperiora membra ligentur, ſicut manus. Deinde uinū detur ſubtile & clarū, & cum aqua frigida mixtum. Vnde Galenus: Omnem inquit defectionem & inanitionem, uinum mitigat aqua mixtum frigida, maxime ſi ex acutis ſit humoribus, à ſtomacho & à ſua pertinentia deſcendentibus. Si infirmus caput doleat, uel nimias febres habeat, uel calidū ſit apoſtema in uiſceribus, uel mens ſua alienetur, uinum nullatenus huic detur, multum enim nocet. Item ſincopin ex inanitione, iuuat odorifera habere in naribus, ſicut roſam, myrtam, mala citonia, uinum mixtum cum ſandalis, & aqua roſata. Sincopi tranſeunte, & infirmo in uigorem priſtinū redeunte, cauſam ſincopis laboremus curare. Medicabimur ergo medicaminibus, quæ in ſuo loco quibuſdam iam dedimus, quibuſdam iam in loco ſuo dabimus. Præcipiendum eſt in exinanitione ſanguinis, non balneare, ſimiliter in ſudore. Intētio enim noſtra in his eſt poros conſtipari, & oppilari, & non rarificari, & mollificari. Moliendum eſt in loco ubi iacent, ſtipticum, & frigidum aērem trahere, ut in domo aſpergantur ſalices, myrti uitium extremitates, roſæ, & ſimilia. Vngamus cum oleo myrtino, & roſato, præcipiatur quieſcere. Nihil horum iuuat hos omnes, quibus in ſtomacho acuti dominantur humores. Augmentatur

©BIUM

gmẽtatur enim eorũ diſſolutio, quãto magis eorũ claudimus poros, huiuſmodi diſpoſitione ſincopi ſubueniendũ eſt exinanitione. Sincopis ſi ex calore ſit nimio, uel ex mora in balneo, uel ex aẽre intercluſo, aqua frigida in facie ponẽda. Dandæ iuiubæ cũ aqua frigida, lene, & ſubtile uinũ cum eadem aqua, facies eius eſt uertẽda in partẽ unde uentus flat: Ante faciem eius cum flabello uentum faciamus, frigida & odorifera odoretur. Malagma, medullas cucumeris demus. Dioſcorides: Odores, inquit, cucumerum ſincopi utiliſſimi ſunt. Si ex nimio ſit frigore, oportet calefacere quantum plus poſſumus. Cum uino muſcatam demus, theriacam etiam maiorem, mellicratum aromaticum, balneum, aromata calida & odorifera adhibeamus. Si ſincopis ex accidentibus ſit animæ, odorifera faciemus ægrotum odorari. Cauſam morbi ingeniemus auferre, & mentẽ, & intentionem ſuam in balneis occupare, atq; in uinis odoriferis, & muſicis inſtrumentis, & ſimilibus.

De apoſtemate mamillarum. Cap. XV.

IN mamillis aliquãdo naſcitur apoſtema, ſiue tumor, quę diuerſis fiunt modis, uel ex corrupto, & putrefacto ſanguine, uel ex quopiam alio humore, uel ex lactis coagulatione & ex eius putredine. Ex colore ſaniei unde apoſtema ſit, poteſt intelligi. Si album eſt & liuidum, & nigrum, ex coagulatione lactis fit. Cui oportet ſubuenire medicina, ne ſanies ibi ſe colligat. Si ex ſanguine ſit, uel cholera, galla cum oleo roſato piſtata, fronti ſuperponẽda eſt, uel fabæ cum albumine oui diu piſtatę, uel cum ſucco ſolatri, uel bolum, uel ſuccus coriandri, & oleũ roſaceũ. Si ex frigore, mica panis ſuperponatur, cum apij fronde, uel ſtercus bouis, uel fœnugręcum, melilotum cum ſeſameleon, uel crocus cum lacte mulieris. Si durum apoſtema ſit, feces aceti, uel feces ferramentorum molendini ſuperpone. Si ex coagulatione lactis, lentes, & ſemen lini, farinã & oleum roſaceum ſimul piſtatum, ſuperimponas: Oua cum corticibus ſuis in oleo roſaceo in ſimul mixta, & piſtata, cyminũ cum melle temperatum, radices caulium, mentam, fabarũ farinam, quia hęc apoſtema diſſoluunt, & lac conſtringunt. Similiter ſal facit, atq; faba. Item oportet in deſiccando lacte, uel extrahendo allaborare. Dolorem mamillarum ſanant enulę folia ſuperligata prius parum contuſa. Aliud, Fabarum farina cribrata & oui uitello commixta, omnes dolores & tumores, impoſita mitigat. Aliud, Albũ marrubium cum axungia ueteri tritum dolorem ſedat impoſitum. Aliud, Stercus columbinum cum melle & cera reſolutum & tritum, dolorem mamillarũ & inflationem diſſoluit, & quod illę non creſcant idem facit.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 81 sur 404

©BIUM

De fœtore aſellarum. Cap. XVI.

MVlti patiũtur in calore, uel in coitu, aſellarum fœtorem. Vnde humores in corpore ſignificantur putridi eſſe. Conuenit ergo corpus purgari, deinde lithargyrum accipiamus temperatum cum ſucco ſolatri, uel ſola aqua, uel cum aqua roſata, & inde ungamus. Similiter facit roſa cũ aqua. Itẽ alumen, uel myrrha, ſeu iris. Quodcunq; horũ cum aqua temperetur, & locus ille ungatur, adiuuatur. Aliud, Recipe lithargyri, drach. 2. aluminis, drach. 1. roſæ, myrrhę exagiũ ſemis, fac puluerem, laua aſellam cum uino, & puluerem hunc iniicito. Idem facit myrrha ſicca, & puluerata.

CONSTANTINI
AFRICANI MEDICI, LIB. IIII.

De difficultate glutiendi. Cap. I.

QVONIAM in tertio libro ſuperiori morbos, & medicinas diximus membrorũ ſeruientiũ ſpiritui, cõſequens ergo ordo expetit tractare de membris attinentibus cibarijs, & de eorum medicinis. Incipiamus ergo à meri, qui ab ore cibum ad ſtomachum ducit. Eſt aũt totus liber iſte 20. capitulorum. Iſtud meri magnum iuuamen eſt corporis, cum portet cibum, & ſtomachum. Hic patitur tribus modis, uel ex mutatione complexionis, uel ex apoſtemate, uel uulnere. Vnde eius actio mutatur, & tranſglutiendi uſus aufertur. Si ex mutatione cõtingat complexionis, paulatim & cum mora aliqua tranſglutit, & hoc cum labore cum nec graue tur, neq; clauſum ſit. Si ex calida complexione fit, ſitim & aſperitatẽ patitur cum fumoſitate. Si ex frigida, neq; ſitit, neq; eſt aſpera. Si apoſtema ſit cauſa, apoſtematis loco dolor ſentitur, & anguſtia, cum cibũ tranſglutit. In apoſtemate, cum dolore fit mora, ſed cum tranſierit, dolor & anguſtia quieſcit. Si apoſtema ſit calidum, cum dolore ſitim, & calorem nimium ſentit. Si frigidum, grauitatẽ, & ſine pulſatione & ſiti ſentit dolorem. Si uulnera ſint in gula, cum dolore pũcturam ſentit, & maxime ſi ſalſa, & acida comederit. Quapropter intellecta cauſa oportet ſubſequatur medicina cito. Si ex mutatione ſit complexionis, cum ſolo dolore, uel calore, & ſiccitate, oportet medicum intelligere. Poſt ſolutio procuranda, & cum frigida cauſa, ſicut cum ſirupo, uiolato, prunorũ ſirupo, cucurbitę ſucco, cum ſaccharo, & amygdaleo. Nutriantur cũ cucurbita, portulaca, chryſolocanna, blitis, lactuca, & ſimilibus.

Dandæ

Dandæ pilulę ad hęc ualentes, dolorẽ ſcilicet & ſiccitatẽ in meri & pectore mitigantes. Recipe, gummi arabici, dragaganti, ſemen portulacę, & maluę, ſeminis citonij, ana. drach. 10. liquiritię ſucci exagiũ 1. ſeminis lactucæ, gummi ceraſorum, añ. ſcrup. s. fac puluerem, & cum ſirupo uiolato tempera, in modũ fabæ faciens pilulas ſub linguã unã pone, quam cũ diſſoluatur tranſglutiat. Si impedimentum tranſglutiendi ex frigore ſit cõplexionis, dentur ſcariolę, appij ſucci, cum melle roſato bene cocti: detur & dianiſum, & pilulę, quas in frigida diximus tuſſi. Nutriatur cum calidis, ſiue carne, ſiue alia re. Dentur iura cicerina bene cõdîta. Si apoſtema tranſglutiendi moram facit, an calidũ ſit uideamus. Caſſiam fiſtulam, manna, cum oleo uiolaceo demus, & ſuccum ſolatri bene coctum, & colatum, demus & pilulas quas ſub lingua diximus ponendas. Nutriamus cum iuſculis, & refrigerãtibus, ſicut ptiſana, cucurbita, portulaca, chryſolocanna, cum amygdaleo. Si ex frigido apoſtemate, demus hyſſopum coctũ cum melle, praſſicum ſirupum, pilulas quas fecimus in tuſſi frigida. Si crepuerit interius apoſtema, & infirmus febriat, detur ptiſana cum amygdaleo, & ſaccharo. Si cibũ medicinalem quęrimus, colamentum ptiſanæ, cum amygdaleo, & ſaccharo demus. Si uirtus deficiat, detur caprinum lac in quo petra inĳciatur calidiſſima. Si apoſtema ſit exterius, & calidum uideatur, cataplaſma faciamus de pſyllio, & lini ſemine, cum lacte temperato. Si non ex calore, fœnugręcũ, & bombycini ſemen demus, & butyrum. Si ſit ex uulneribus, demus quibus uulnera ſolidentur, ſicut ſuccus arnogloſſæ cum bolo, terebẽthinam cum melle, maxime ſi uulnera ſint uetera. Nutriamus cũ ſcariola, & mica panis. Si ſine febribus, meli cratũ demus, ſi cũ febribus, ptiſanam demus, & uulnera meri medicemur, & canalium pulmonis atq; gutturis. Quęcunq; in his membris naſcatur infirmitas, non ſubito, ſed paulatim danda eſt medicina. Non enim in his damus ut maneat, ſed ut tranſeundo ſubueniat.

De defectione appetitus. Cap. II.

DEſyderiũ cibi & potus eſſe intelligimus ſenſum ſtomachi exinaniti à uenis recepta ſuggẽtibus. Corruptio deſyderĳ, tribus fit modis, ex humoribus crudis, uel cholericis, ori dominantibus ſtomachi: uel ex ablatione uirtutis deſiderabilis, & ſenſibilis, mortificatione ſui. Vel ex corruptione mẽtis, appetitũ nullius cibi neceſſariũ putãtis. Si ex crudis ſit humoribus, acida ructatio ſequet, & ſtomachus ſine ſiti inflat, & parũ digerit. Si ex cholericis, fumoſitatẽ ſentit ructationis, cũ ardore ſtomachi, & ſiti, & uelocitate groſſum cibũ digerendi, & difficultate ſubtilem emittendi. Si ex defectione ſit deſiderabilis uirtutis, & mortificatione ſui, infirmus cibum prius amatũ & appetitũ abhorret ſaporãdum,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 83 sur 404

©BIUM

neq; accipere uult eum. Et quod peius eſt, nullum ciborũ habet deſideriũ. Ablatio enim deſiderij, in omnibus diuturnis peſſima eſt morbis, maxime in dyſſenterijs. Quæ ſi ſit ex corruptione mentis, palàm fit uiſui. Cuius medicina, mentis tantummodo erit cura. Si ex humoribus ſit crudis, oportet eum cum uomitu & ſolutione purgari. Si non, humores in bonas qualitates mutandi ſunt. Dandi cibi & potus, quibus humores clauſi purificentur. Si ex cholericis fit humoribus, res frigida, & ſtiptica dabitur, & acida, poſtquã purgabitur. Omne enim refrigerans, appetitũ confortat, calefaciens, econtra, quia frigiditas adiuuat, & partes ſanguinis diſperſas per ſtomachi uenas coagulat, exinanit omnia loca antea plena. Quæ dum natura implere quærat, appetitum replentiũ generat ciborũ. Calor aũt facit ecõtra, cum enim liquefaciat, & diſpergendo calida loca impleat exinanita, neceſſe eſt faſtidiũ faciat. Item frigor pungit ſtomachum, dum exiccat eum, ſicut ſuperius dictum eſt. Si ex defectione uirtutis ſit appetitiuę, perquiramus ex qua ſit complexione, mẽbro appetitiuo deficienti dominãte. Quod ex contrarijs medicari cõuenit. Omnis enim defectio uirtutis ex mala eſt complexione, membro, cuius eſt uirtus dominante.

De canino appetitu. Cap. III.

FRigiditatem ſtomachi maiorem appetitum habere, quàm calorem, intelligit quilibet rem diſcernẽs. Sicut enim iam diximus cum diſperſa per ſtomachum in unum ex frigiditate coadunentur, loca antea plena euacuãtur, & ita appetitus efficitur. Quæ frigiditas cum augmentata naturalem modum excedat, ultimitatem appetendi neceſſe eſt faciat. Vnde ſuo nomine appellata, uocatur appetitio canina. Quę tribus modis fit, uel ex frigida complexione ori ſtomachi dominante, uel ex acidis humoribus, ibidem ſe coadunãtibus, uel ex ultimitate exinaniendi quàm patitur uis corporis. Ex frigida cõplexione de aliquo acido humore, nimiam ſequi diſſolutionem eſt prȩuidere, unde corpus debilitatur, & pluſquam digerat, manducat. Omnis enim digeſtio calore temperato fit uel nimio. Cum ergo aliquis hac laborat infirmitate, quia caret calore, pluſquam digerat poteſt manducare. Cum ex defectione contingunt uirtutis cõtentiuæ, quod mãducatur in ſtomacho non digeritur, ſed ferè ſicut intrauit crudũ, & indigeſtũ itidem emittit̃ per ſeceſſum. Cũ ergo certificetur unde infirmitas oriatur hæc, tunc tandem allaborandũ eſt ut medicetur. Si enim ex frigida complexione, uel ex acido humore in ſtomachi ore ſit, infirmo præcipiedũ eſt bibere uinum purũ, & forte, & multis uicibus, & multũ. Vnde Hippocrates: Vinum, inquit, ebibitum, & multũ, famis eſt expulſiuum. Oportet autem uinum eſſe rubicundiſſimum, quia in hac infirmitate magis eſt adiuuatiuũ, caueatur acerbum. Si uoluntas appetat comedere unctuoſa,

©BIUM

unctuosa prodest eis dare. In hoc allaborandum est, ut quicquid comederit sit unctuosum, post cibum dandum est, quod præcepimus uinũ. Neq; in cibo, uel potu acida, uel pontica demus. Medicina calida est danda, sicut antidota, dianisum, diazingiber, diagalanga, diatrionpipereon, maior trifera, & similia, calorem naturalem ad digerendum adiuuantia, & à malis humoribus stomachum mundificantia. Sed si hęc passio ex defectione est cõtentiuę uirtutis, & unctuosa uidentur nocere. Oportet ergo medicinã dari tantum odoriferam, sicut diacitomatum, diamilon, diabasilicon, electuarium malorum granatorum, & alia pontica & confortatiua.

De irrationabili appetitu. Cap. IIII.

ALiquando quidam homines manducare quiddam appetunt irrationabiliter; sicut cretã, lateres, lapides, carbones, & similia corpus non adiuuantia. Hoc sæpius fit mulieribus frigidæ naturæ, & pregnantibus maxime. Quod ex malis, & putridis fit humoribus stomachum inuiscantibus, uel ex alijs membris ad stomachum confluentibus, sicut menstrua in mulieribus. Quæ dum cõcipiunt, ipsarum menstrua ad stomachum ueniunt. Diuersitas huius appetitus, secundum qualitates humorum in stomacho se coadunantiũ, consideratur. Quos cum medicari uelimus, anethum cum melle coctum demus, ut sine labore euomant. Pisces recentes sine sale dentur, & plures manducent radices coctas in oxymelle: & post cibum bene bibant bonum uinum: Nutriantur cum bono pane, & uolatilium iusculis. Si cretam appetant, demus cicer, fabam, & grana assata. Vtiliter his medicabimur, si humores nocuos expellere laboremus, sine dolore, & angustia, cum suaui uomitu, hierapicra, pilulis aureis, & stomachum exterius epithimate confortemus, cum mastiche, spica, rosa, absinthio, oleo nardino. Epithima ualet ad punctionem caloris stomachi, & incensionem, quę fiunt de cholera rubea uomitũ arcet. Recipe, rosę, sandali albi, & rubei, ana. drach. ʒ. spodij, gallæ, mastichis, ana. drach. 1. & s. Omnia trita coque in una libra succi solatri ad medietatem, quo colato, mitte drach. 4. olei rosati, itemq; coquatur, quousq; solum remaneat oleum, deinde stomachum unge. Aliud, Recipe rhodostomatis, succi solatri, succi uuæ agrestis, myrti, ana. unc. 1. olei rosati & uiolati, ana. drach. 2. sandali, gallæ, ana. exagiũ. 1. omnia coque donec oleũ remaneat solũ. Masticent anisum, ameon, cyminũ, mentam, ante cibum, & post cibum. Et de hac confectione oportet eis dare, Recipe cardamomũ maius & minus, cubebæ æquale pondus, sacchari quantum sunt species aliæ, fac puluerem, & da quantum pati possit.

De defe-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 85 sur 404

©BIUM

De defectione appetendi potum. Cap. V.

ALiquando rurſus bibendi aufertur appetitus, quod ſimiliter tribus modis efficitur, uel ex nimijs & humidis humoribus ſtomacho dominantibus, uel ex ſenſibilis defectione uirtutis, uel ex corruptione mētis. Cum uelimus medicari, oportet humores conſiderare. Si humores ſint nimij in ore ſtomachi, cū uomitu, uel cum ſolutione ſunt purgandi, & cum medicina cibi mediocres, & potus dandi ſunt, qui malorū humorū ſint mundificatiui, & malarū qualitatum in bonas imitatiui. Si ex frigiditate ſit quæ dominetur ori ſtomachi, calefaciendus eſt ſtomachus cum calidis medicaminibus, & antidotis odoriferis, & ſimilibus cibis. Si ex mortificatione ſenſibilis uirtutis in ſtomacho, peſſimum eſt, & ſignum mortis denunciatiuum.

De ſiti. Cap. VI.

ALiquando ſitis augmētatur ex complexione calida membrorum pectoris dominatiua, uel epatis, ſiue ex apoſtematibus calidis in eis. Qui autem ſitim habent ex membris pectoris, plus adiuuant in frigiditate trahēdi aëris, quā ſi aqua biberint. Quod ſi ex epate, ſentiūt dolorē in dextro latere, poſt aquā ebibitā, maxime ſi ambulent, plurimū deſiderīū potus inter hęc mēbra eſt ſtomachi. Sitis ſtomachi duobus augmentat modis, ſecundū qualitatē, quomodo ſi patiatur ebullitionē, & ardorē, ſicut uidemus in febricitantibus, & cibū, uel potū poteſtate calidū accipiētibus, uel ſecundū quantitatē, utpote ſi ſtomachus multos cholericos habuerit humores, uel phlegma ſalſum. Si mutatio ſtomachi ex ſolo calore ſit, bibendo frigidā aquā extinguit ſitis. Si ex cholera ſtomacho incluſa, infirmus in buca ſentit amaritudinē aqua bibita, & fumū gulā incendentē. Aqua enim bibita cito calefit in ſtomacho. Si ex ſalſo phlegmate, ſentit ſalſitudinē in ſapore, ſitis extinguit, ſi aqua calida bibat. Cū ergo aliquē uideamus ſitientē ultra quātitatē naturalē, oportet inquiramus ſi ex cōplexione calida ſit in membris interioribus. Dabit infirmo res refrigeratiua, ſicut ſuccus cucurbitinus cum ſaccharo, uel pſylliū cum ſirupo uiolato. Nutriamus cū ptiſana, portulaca, cucurbita, blitis, lactuca. Detur paruus cibus, labor dimittatur, quies, & taciturnitas, ore clauſo obſeruētur, frigiditas aēris trahatur. Cataplaſma de foris ponamus, de cucurbitę corticibus, uel radicibus, portulaca, & ſimilibus. Sub lingua teneāt trochiſcos huiuſmodi, ualētes ad ſitim, caloremq; febris, & uiatoribus p loca ubi nō inuenit aqua, in ęſtate eūtibus. R. portulacę ſemē, dragagāti, añ. drach. 3. ſeminis melonis, cucurbitę, lactucę, añ. drach. 2. ſandali albi, gūmi arabici, ana. drach. 1. fac puluerē, tēpera cū aqua roſata, fac pilulas in modū fabę, & ſub linguā ei impone. Si ſitis fuerit ex cholera rubea in ſtomacho incluſa, purgetur cū pharmacia, uomitu, ptiſana, & oxyſaccharo detur cū ſucco maligranati, uel ſirupo uiolato. Sirupus ad eandē ſitim,

& ad

©BIUM

& ad extinguendū calorē,humectans digeſtionē,& ſitim extinguēs. Rec. uiolę,drach.20.prunorū,iuiubę,oxyfœnicię,ana.drach.100.ſpodij, drach. 2. Omnia coquantur in 8.lib.aquæ quoad deueniant ad tertiam,& colent, deinde ſuccus maligranati dulcis accipiatur lib.1. ſacchari, libras 2.fac ſirupum,dans unc.1.cum aqua frigida.Decoctio ualens ad eadem,Recipe roſæ ſiccæ,drach.2.oxifœnicię.drach.5.caſſię fiſtulę,drach.3. ſeminis citonij, dragaganti,aā. drach.2. marathri,drach.1. omnia ponant in duabus libris aquę calidiſſimę,una die,& nocte, poſtea colans,da ieiuno bibere,mediā libram.Aliud,Recipe lactucę,drach.2.folia lentiſci,roſę ſiccæ,ana.drach.3. oxifœniciæ,drach.2,omnia ponantur in libra 1. calidiſſimę aquę, die & nocte: Cola,& da bibere. In ſiti ex ſalſo phlegmate in ſtomacho,uomitus,uel pharmacia erit purgatio,deinde detur ſuccus marathri,apij,coctus,& colatus, uel melicratū cum aqua calida, uel oxymelle,uel decoctio ubi maſtiche & aniſum coquantur. Sola aqua calida ualet.Similiter uinum album,& ſubtile.Nutriantur cum cibis colatiuis,& mundificatiuis.

De ructatione. Cap. VII.

RVctatio ſi ſit extra temperamentū naturæ,nocet cibarijs intra ſtomachū,cum prohibeat ad digerendū. Cuius cauſa uentoſitas eſt inflatiua, quam per os expellit natura,uentoſitas hęc ex ſtomachi eſt defectione. Stomachi defectio,ex mala cōplexione eſt,uel ex quorundam humorū dominatione. Si humores ſunt calidi, fumo ſe eructabit.Si frigida,acide. Acida ructatio quatuor eſt ex cauſis,ex frigiditate ſtomachi, uel adunatione cibi,uel ex multitudine ſui,uel natura frigidiſſima. Vniuerſaliter cauſa ructādi,defectio eſt caloris naturalis in ſtomacho ne cibo dominetur & digeſtioni, ſicut uidemus cum paruo foco multa ligna & uiridia apponimus. Vnde cum ultra modum ructare uidemus,ſi ex calida ſit complexione,inquiramus, quia refrigerādus erit ſtomachus cum frigidis ſirupis,ſicut roſato,uiolato. Si ex calidis chymis purgandus eſt cum decoctione abſinthij,uel aloē, uel oxyfœnicia,ſero cū oxyſaccharo, ſiue ptiſana,cum maligranati ſucco,& ſimilibus. Si ex frigida complexione ſiue humore uel materia, calefaciamus cum calidis rebus,ſicut corticibus pomi citrini,pipere, gariophylo, maſtiche, cinnamomi, theriaca maiore,dianiſo, diacymino,diatrion pipereon,diagalanga,& ſimilibus.Si ex frigidis ſit chymis,demus hierampicrā,hieralogodion,hieram Galeni, oxymel, melicratam,diazingiber, dialaccā, diaſpermaton, gariophyllat., diacalamenthū.

Si infirmo ſtomachus illa uentoſitate impleatur, neq; ructatio fiat, detur unde ructatio efficiatur,ſicut maſtiche,cyminum, libiſticum,aniſum,zingiber,piper longum,& ſimilia.

De

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 87 sur 404

©BIUM

De ſingultu. Cap. VIII.

Ingultus eſt malus motus, & grauis, uirtutis deſiderantis rem nociuã expellere. Quimultis fit modis: De repletione, de inanitione, de corruptione cibi intra ſtomachũ, mutatione ſui in putgitiuas qualitates, de frigiditate oris ſtomachi, de uentoſitate inflatiua in ſtomacho: Ex repletione, uel ex multis humoribus humidis, uel ex multitudine potus & cibi. In ſingultu de repletione ſentitur grauitas in ſtomacho, corporis repletio, digeſtiuæ uirtutis defectio. Plurimum hęc patiuntur ſeniores, & quieti, & humidis nutriti nutrimẽtis. Qui ſingultus exinatione efficiuntur, uel ex nimio uomitu, uel ex digeſtione, uel febri acuta. Et hoc plurimũ patiuntiuuenes, & laborãtes. Si ex frigiditate ſit oris ſtomachi, nihil horũ ſentitur, quę dixi. Ex uẽtoſitate inflatur ſtomachus, & uẽter extenditur. Singultus autem facile & dure medetur, ſicut qui exinanitione cõcreatur. Sed hic eſt rarus. Qui medicatur, uideat ſi ex plenitudine ſit, & unde plurimum uenerit. Repletio purgetur cum pharmacia, uel uomitu, ſi uirtus tempori cõuenerit. Sin autẽ nõ, demus rem diſſoluentem, & calefacientem, ſicq; mundificantem. Caſtorei da drach. s. cum ſucco mentæ, uel caſtorei & maſtichis, ana. drach. s. cum aqua ubi cocta ſint carui & ruta. Ruta dedetur cum uino ueteri, uel cum aqua ubi cocta ſit ruta cum pauco melle, & ex compoſita medicina, omnes dentur theriacæ, & odorifera antidota, gariophylatum, diagalanga, diazingiber, diacyminum, diacoſtum, diapyrethrum, dianiſum, diatrionpipereon, quęcunq; horũ inuenias da cum aqua calida. Calefaciamus à foris ſtomachũ, cum aqua ubi cocta ſint origanum, abrotonũ, ſanſucus, & ſimilia. Omnia hæc in aqua pluuiali cocta calefiant. Epithima imponamus cum oleo caſtorino, laurino, chamomeleon, & ſimilibus. In repletione ſanguinis, detur aqua calida, cum caſſiafiſtula, uel ſucco ſolatri, uel maligranati, uel malorũ ſucco, galliaq; muſcata. Exinatione, cum acumine & calore timendũ eſt, & ſuſpicioſum, danda eſt aqua frigida, rhodoſtoma cum oleo roſaceo rhodoleon. Demus ptiſanam cum oleo uiolato. Cataplaſma apponatur frigidum ſtomacho, & ſimiliter epithima in ſolutione uẽtris, nutriamus cum oleo lentiſci, & aceto agreſtium uuarum, & alijs his ſimilibus. In ſingultu ex corruptione cibi in ſtomacho, & mutatione ſui in malas qualitates, utilior medicina eſt uomitus, quia ſingultus aufertur. In frigiditate oris ſtomachi, uel uẽtoſitate, dentur calefacientibus ſicut uinum ubi cocta ſit ruta, uel nitrũ cum melle, uel apij ſemen, cyminum, aniſum calamenthum, abrotonum, maſtiche, cinnamomũ, rheũbarbara, zingiber cõditum uel aliqua antidotorum, in ſingultu ex repletione dictorum. Menta in ſingultu ex frigiditate iuuat. Succus maligranati quia acidus eſt, & acrumen malicitrini iuuat ſingultum ex cholera rubea. Epithima ſuperponatur oleum aniſinum, oleum laurinum, chamomelinum, enulinum. In ſingultu

gultu ex cibis calidis & ſiccis, incendẽtibus, & nimiã ſiccitatem in ſtomacho faciẽtibus, aquam frigidã demus, & amygdaleon cum aqua frigida, oleum roſatum cum aceto, oxyſaccharum cum aqua frigida, ſirupum uiolatũ, prunorum. Extinguitur omne genus ſingultus ſi infirmo timẽda, uel anxia nuncientur. Natura enim ex cogitatione ſingultũ impedit. Sternutationes fiant cum gariophylo, roſa, pipere, calamẽtho. Sternutationes enim mouent ſtomachum, & expellunt uentoſitatem. Iuuatur ſingultus iterũ manuũ, pedũ, cubitorum ligationibus. Iuuat tenere flatum, ad ſingultũ, & oſcitationem: anhelitus enim ſi ſtringitur, & longo tempore pectori includitur, diſſoluit, qui ex neceſſitate calefacit, deinde ſtrictas uias perforat. In quibus ſi uentoſitatem inueniat, expellit & eĳcit.

De faſtidio. Cap. IX.

QVicunq; continuam uult cuſtodire ſanitatem, cuſtodiat ſtomachum, ne cum ſibi neceſſarium ſit, prohibeat cibum, neque det pluſquam digerere ualeat. Quæſitum enim fuit à Galeno quare parũ comederet, & reſpondit: Statui enim manducare, ut uiuam. Alĳ intendunt uiuere, ut manducent. Dixit Porphyrius: Differentia inter me & uos eſt, in uita huius mundi. Ego enim non comedo niſi ut uiuã, uos uiuere mundo amatis, ut comedatis. Iterum interrogauit quidam Galenũ: Quę medicina eſt perfecta? Reſpondit: Abſtinẽtia. Plato dixit: Abſtinentia eſt duobus modis, uniuerſalis, uel particularis: Vniuerſalis, ut non manducetur, niſi cum uehemẽs, & magnus fuerit appetitus. Particularis, ut conſideratis elementis tibi dominantibus, utaris illis oppoſitis. Antiqui parum comedere præceperunt, ut calor naturalis dominetur digeſtioni. Si enim comedantur hæc quæ calor naturalis nequeat digerere, faſtidiũ generatur. Faſtidium eſt autem magnum nocumentum ad ſanguinem corrumpendum, & morbum generãdum. Quod ſi ſit ex cibis malorum chymorum generatiuis, morbi generantur acuti. Si ex cibis groſſos chymos generantibus, morbi duri, & diuturni pariuntur. Morbi naſcentes ex faſtidio quatuor modis fiunt, uel ex magnitudine faſtidiorũ, uel ex mutatione quam in corpore faciunt, uel ex natura faſtidientium, uel ex uirtutibus ſingulorum membrorũ, Ex magnitudine faſtidiorum, multa fiunt accidentia moleſtationis. Si parua ſunt, econtrario. Diuerſantur in mutatione: Si cibi unde faſtidiũ fit in phlegma mutentur ὀξυχολία gignitur. Si in choleram fumoſa ructatio efficitur. Ex naturis faſtidientium, quia qui non bene ſenſibilem habuerit ſtomachum, non punctura neq; dolorem faciunt, neq; multam ſolutionem, uel cordis tremorem, neq; capitis dolorẽ. Si ſtomachus ſit ſenſibiliſſimus, omnia prędicta, & ſentit & patitur, ex membrorum corporis uirtutibus, quia debiliora membra in faſtidio dolorem ſentiunt. Verbi gratia, Si caput eſt debile ſentit

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 89 sur 404

©BIUM

grauitatem,dolorem,uigilias,mentis alienationem. Idem patiuntur ſingula membra debilia. Si totum corpus debile ſit,magnam paſſionem febrium, & rigoris habebit. Vnde oportet faſtidioſos,& qui ſanitatem cuſtodire uolunt ut caueant faſtidium, & cum ſentiunt,feſtinẽt ad uomitum, antequam corrũpatur,& mutetur cibus. Si uomere nequierint,ſtudeamus ſolutionem uẽtris facere. In cibo mutato,& corrupto, optima eſt aqua calida, ut omnes cibos corruptos euomant. Quod ſi nec cum aqua calida euomuerint, detur potio uomenda. Certificati ſtomachum cibarijs corruptis eſſe corruptũ,demus citoniacũ,diamilon. Epithima ſuperponatur ſtomacho,cum oleo nardino,maſtichelon. Si uomitus non poſſit moueri,fiat clyſtere,& ſimiliter de potu,ſicut de cibo,iudicamus.

De abominatione. Cap. X.

CVm homo antequam cibum accipiat abominationem patiat, mali chymi in ſtomacho eſſe intelligũtur. Qui ſi ſint in ſpacioſitate ſtomachi facile cum uomitu poſſunt expelli. Si concluſi in ſuis pelliculis,abominatio in ſtomacho fit inde,neq; uomitũ facit. Quia humores illi mali concluſi, & inuiſcati ſunt ori ſtomachi. Calidi generant ſitim,& fumoſum ructatum. Si ſint frigidi,appetitus nimius fit ſine ſiti. Medicina horum in ſtomacho incluſorum,triplex eſt: Vna,decoctio humorum. Secunda,temperamentum eorum. Tertia, purgatio ipſorum. Coctio propria eſt phlegmaticorum,& crudorũ,quæ adiuuat taciturnitas, quies,ſomnus,abſtinentia,res ſubtiliatiua,& diſſolutiua humoris cholerici, uel melancholici,quos natura non poteſt immutari in ſanguinem. Si ſubtiles ſint,neq; multũ in ſtomacho uiſcoſi,ſolo uomitu poſſunt emitti,cum ptiſana,mellicrato,aliquãdo cum aqua calida. Groſſi autẽ & ſubſtantię ſtomachi nimiũ inuiſcati:abominationem faciũt nimiam. Vnde oportet eis rem nimium incidentem & ſubtiliantẽ dari,ſicut radices, oxymel,& ſimilia purgabuntur, poſtquam à pelliculis ſtomachi humores extrahentur, cum hierapicra,quę tertiam partem habeat aromatum,& duas aloẽs. Pilulę aureæ ualent,ſi ſtomachus de malis humoribus mundificatur. Deinde eius complexionem reficiamus,& cõfortemus cum maſtiche,menta,corticibus phiſtici mũdificatis,galia,gariophyllo, ſpica,cardomomo,& ſimilibus aromatibus,& confortantibus. Demus trochiſcos ſimiliter confortantes,ſicut trochiſcos roſatos, camphoratos, de ſpodio,de ſandali, cum ſirupis ſimiliter confortatiuis, ſicut ſirupo roſato, melle roſato, ſirupo de malis citonijs, ſiue de malis granatis cum menta facito. Ex omnibus quæ in uomitu dicentur, abominatio iuuatur.

De uomitu

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 90 sur 404

©BIUM

De uomitu. Cap. XI.

BOnum eſt corpori ſi uomitus nō neceſſarius ei ſit,& ſi neceſſe habeat, ut ſcilicet criſin fiat. Eſt aūt uomitus cum os ſtomachi moueatur expellere eum grauantibus, uel pungentibus cibis ſiue humoribus. Aliquando fit uomitus ex ſtomachi defectionibus, cum retinere cibos, & humores non ualeat, quos natura ſurſum eleuat, cum pars ſtomachi inferior ore ſit fortior, uel natura inferius deprimat, cum os ſtomachi fortius ſit parte inferiori. In uomitu ſine multorū, uel malorum ciborum acceptionibus, cauſas malos humores pungitiuos eſſe intelligimur in ore ſtomachi. Quorum ſignificationes perpenduntur, in his quæ euomuntur. Si ex cholera ſint, cholera inuenitur in illius cibi digeſtione. Si ex phlegmate,& frigiditate inuenitur cibus crudus,& nō coctus. Galenus: Cholera, inquit, rubea, facit abominationem, & appetitiuæ uirtutis defectionem, ſicut in phlegmate abominationē faciente, & ſitis defectione. Si quis ſanguinē euomāt, ruptūrā alicuius uenę in meri ſignificat, uel in ſtomacho, uel inciſionē, uel ſui putrefactionē. Quod uel ex cauſa primitiua, ſit uel antecedente. Si ſanguis ſine dolore,& uomitu exeat, apertā uenā in meri ſtomacho ſignificat. Qui exit cū dolore, uel cum colore rubeo, uel claro, oſtendit uenę inciſionem ipſius meri, uel in ſtomacho. Cum præterito iam dolore egrediť, & difficilis eſt in exitu,& color eius niger eſt, uulnera ſignificat uenam corrodentia & putrefacientia. Aliquando ſanguis euomitur, qui ab alijs membris ad ſtomachum effluit,& eſt malum ſignū. Hic autem exit mixtus cum quibuſdam ſtomachi humoribus. Si uomitū medicari uelimus, an ex cauſa ſit os ſtomachi grauante,& pungente, perquiramus. Vbi non oportet ſtringi uomitum, neque prohibere ipſum, niſi poſtquam ſtomachus de malis humoribus mundificabitur, quia cum uomitu egrediuntur. Sed ſi timeamus ne uomitus augmentetur, & deficiat infirmus, oportet digeſtionem inquiramus. Quæ ſi ſit mollis, demus ſapam citoniorum, ſirupum malorum granatorum, ſirupum pirorum, & pomorum cum ſpodio, uel cum trochiſcis de baulauſtia: dentur & gallia, ſpodium cum ſirupo pontico. Meſpila demus comedenda, pullos, cum malis granatis coctos, uel cum malis acidis uuis: demus ius milij, hordei, cum amygdalis: omnia autem aſſentur. Ponantur in aquā quam biberit ſpodium, cortices phiſtici. Ponamus ſuper ſtomachum cataplaſma ſtipticum,& odoriferum. Si ſint ſtiptici, demus caſſiam fiſtulam, pruna, ſirupum deprunis. Clyſtere faciamus lene & ſuaue. Si uomitus de cholera rubea ſit, & uirtus cuſtodiatur, cū oxyfœnicia,& abſinthio, purgemus, uiola & ſimilibus. Si uirtus, ætas, conſuetudo, tempus, nos adiuuent, baſilicam phlebotomemus de dextera manu. Si de plegmate, hierampicram demus,& decoctionem calamenthi, theriacæ, drach, 1. cum ſucco mentæ. Demus mentam, lignum aloës, maſtiche,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 91 sur 404

©BIUM

galliã. Si uomitus de cholera nigra ſit, phebotometur baſilica, ſi uirtus, tempus, ætas, cõſuetudo adiuuent nos: ſi non poſſumus, uentoſas in ambo latera colli ponamus. Clyſtere faciamus de chamomila, croco, ſemine & ſucco anethi, furfure, melle, ſeſameleo, & ſimilibus: demus, & oxymel. Si uomitus ſit ex ſanguine, phlebotomet baſilica, ſi nõ aliquod contrariũ impediat. Si aliquid impedierit, uẽtoſas in utroque crure ponamus. Medicinam illam faciamus, quã in ſanguinis diximus ſcreatu, qui de pectore egreditur. Galenus: Cui, inquit, in ſtomacho cibus nõ remanet, ſed uomit, ſemper accipiat ſumac, cyminũ, quæ inſimul piſtata, cum aqua bibat frigida: multũ enim iuuat. Si uomitus ſit ex defectione ſtomachi, neque cibum retinere poſſit, accipiat omne ſtipticum, & odoriferum, medicinam ſeu cibum. Iuuat menta piſtata, & cum oleo roſato temperata, unde ungatur os & nares.

De inflatione ſtomachi. Cap. XII.

INflatio eſt aër nõ coctus, frigidus & craſſus, naſcens proprie in ſtomacho de inordinata diæta. Aliquando in capite, quia uentris motio naturaliter aliquando petit ſuperiora. Naſcitur item in toto corpore, maxime in hydropicis. Eſt autem inflatio, uel de humoribus crudis, uel melancholicis. Differt ab inuicem, quia de crudis humoribus eſt mollis & humida: De melancholicis eſt dura & ſicca. Hęc inflatio cum ueniat, oportet ut ei ſuccurratur cum medicina uentoſitatis uentris diſſolutiua. Cum cymino in oleo cocto, unge ſtomachi os. Marathrũ, apium, petroſelinum, aniſum, daucus, ualent. Si ſtomachus fuerit infrigidatus, cum oleo quod facimus, ex rutæ ſemine, bacclauri mittamus, uel maſtiche, oleum nardinum, oleum nigellę. Cicuta piſtata, & cum melle temperata, detur ad bibendũ in modum ciceris, cum ſucco apij. Caſtorei, drach. s. ſimiliter ualet. Demus & carui cum aqua calida, uel cũ uino cocto. Demus antidotum diacyminum, diaſpermaton, dianiſum, dialaccam. Item poliũ, calamenthum, ana. drach. ʒ. fac coqui in tribus libris aquæ, & ad unam redige, cola, & da bibere tertiam partem libræ, cum oleo nardino. Succus marathri, cum caſſiafiſtula ſimiliter ualet. Succus mentę, & ſiſymbrij, & calamenthi, chamædrios, ſimplex ſeu compoſitus, coctus, & colatus, ualet cum amygdaleo inflationi hypochundriæ, & uentoſitati melancholicæ. Ventoſa in medio uentris circundans umbilicum ſine ſcarificatione, multũ uidetur ualere. Item iuuat ſomnus, balneum, epithima. Epithima ualens ad inflationẽ ſtomachi, & hypochundrię, & frigidæ uentoſitati, Rec. marathri, aniſi, cymini, ana. drach. ɔ. ariſtolochiæ longę, carpobalſami, ana. drach. ʒ. calamenthi, ameos, ſpicæ, boli, ſpodij, ana. drach. 2. croci, maſtichis, gariophylli, ana. drach. 1. omnia piſtentur, & in tribus lib. ſucci marathri ponantur

©BIUM

nantur,& ad unam libram coquãtur. Deinde accipe libram unam amygdaleon: omnia coque, quoadusq; oleũ remaneat. Da bibere, drach.5. cum succis quarundam librarum supradictarum.

De anguſtia inteſtinorum. Cap. XIII.

TOrturam ſemper patitur inteſtinum de groſſis chymis inuiſcatis, uel cholericis, quandam facientibus craſſitudinem, ſicut patiuntur, qui ſæpe porris utuntur,& ſimilibus. Ex craſſis chymis eſſe intelligimus, ex magno dolore ſentiẽte in inteſtinis, uel ibi permanẽte cum grauitate. Si ex humoribus cholericis ſit, dolor nimius ſentitur cum calore & ſiti. Ex uentoſitate craſſa, mutatur dolor de loco in locũ, gurguliatio eſt in inferioribus uentris. Aliquando eſt tortura cum digeſtione, aliquando non. Si ex craſſis ſit chymis, & ex ſignificationibus intelligatur dictis, dandum eſt carpobalſami, & mentæ, ana. exagium. 1. piſtentur, cum aqua calida demus ſcrup. 1. Similiter decoctio dauci & centaureæ, ana. exagium. 1. cum ſapa ualet ſimiliter. Si ex cholera rubea ſit, detur pſyllium lotũ cum ſemine portulacæ, oleo roſato, aqua frigida, ſemine citroli,& maluę, cũ ſirupo albo,& oleo roſato,& aqua frigida. Si ex uentoſitate ſit groſſa, demus ſemen naſturtij aſſatum: ſi ſolubilis ſit, non aſſatum: ſi ſtipticus, ſimiliter, apij ſemen, aniſum cum aqua calida. Medicina ualens inflatiuæ uentoſitati inteſtinorum, & hęmorrhoidis. Recipe acori, carui, pondus ęquale, fac inde puluerem, frica cum oleo amygdaleo, dans ieiunio exagium. 1. Trochiſci ualẽtes colicę paſſioni, torturę,& inflationi, uomitui, auguſtię, ſiti, Recipe apij ſeminis, aniſi, drach. 8. abſinthij, drach. 6. mirtę, drach. 3. fac puluerem, temperans cum aqua, faciens trochiſcos, da bibere cum uino. Decoctio ualens molliciei ſtomachi, uentoſitati, torturæ dolori, Recipe frondiũ lauri, drach. 1. piperis ſcrup. 1. carpobalſami, drach. 1. rheũbarbari, drach. 3. fac coqui in aqua,& da bibere. Aliud ſimiliter ualẽs mollitiei ſtomachi, uentoſitati, torturę, dolori laterum, frigiditati renum: Recipe carpobalſami, carui, ana. exagium. 1. zingiberis, galangæ, cyperi, ana. drach. 1. omnia piſtentur,& coquantur in una libra aquæ, colentur,& cum trochiſcis bibere dentur de abſinthio, uel de aniſo, uel de lacca. Si tortura autem cum paſſione ſit cholerica, medicabitur ſicut in cholica dicetur paſſione. Si cum pondere,& ſolutione, medicabimur ſicut in diſenteria dicemus.

De lienteria. Cap. XIIII.

LIenteria eſt exire comeſta uel ebibita in eadem qualitate qua ſunt accepta. Galenus diffiniuit hanc paſſionem breuiſſime dicens: Lienteria eſt ablatio digeſtionis, cum cibus in ſtomacho nullatenus mutatur, in liquore, nec in colore, nec odore. Hæc

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 93 sur 404

©BIUM

paſſio naſcitur ex defectione uirtutis contentiuæ in ſtomacho, uel ex uulneribus in ſuperficie ſtomachi, & inteſtinorum. Defectio contentiuę ex mala eſt complexione ſtomacho dominante, uel inteſtinis. Hæc complexio eſt ſic perfecta, & firmata, ut exire nequeat. Aliquãdo in ſtomacho eſt, & in inteſtinis humor proprius unde naſcitur phlegma, patitur infirmus ſemper ὀξυρεγμίαν & eſt inſeparabile accidens. Exit cibus ilico, cum ingreditur, ſine ulla digeſtione, uel expreſſione uirtutis. Vulnera in ſuperficie ſtomachi, uel inteſtinorũ cauſam habent, humores calidos, acitos, pungitiuos, inſequentes uirtutem contentiuam uelociter, antequam digerere incipiat: hoc modo infirmus puncturam ſentit, & ardorem, niſi medicinam feſtinemus, in dyſenteriã mutatur. Hęc ſpecies lienteriæ, non habet in principio ὀξυρεγμίαν. Quæ ſi quandoq; appareat, cibum in ſtomacho tamdiu morari ſignat, donec natura aliquantulũ mittat. Vnde naturã intelligimus in actionẽ ſuam reuerſam. Sed ſi uideamus infirmum nihil tenere intra ſtomachum, unde hoc fiat, inquirendum eſt, aut enim eſt, ex defectione uirtutis contentiuæ in ſtomacho, uel inteſtinis, uel ex uulneribus. Si ex defectione eſt uirtutis, uidendum eſt unde defectio ſit, an ex mala complexione ei dominante, an de materia ibi adunata. Si ſit ex materia, mundificandi ſunt humores cum medicina, quę cum expreſſione deponat. Si ex cholerica complexione ſit materia, interrogemus infirmum an ardorem ſentiat in ſtomacho, & ſitim, & fumoſam ructationem. Ex his enim intelligimus, quod ex incenſione caloris ſit. Si non ſenſerit, ſed multum comederit, & parum digerit, perpendimus quod ex frigiditate ſit. Deinde medicanda ſunt cõtraria contrarijs. Si ex calore ſit, demus ſemen citoniorum, pirorum, ſirupũ roſatũ, myrtinum, uel de malis, uel de meſpilis. Quodcunque horum uolueris da unc. i. cum ſpodio, uel trochiſcis de ſandalis, uel de roſa, diacitomatũ, diamylon. Cataplaſmata ponamus frigida, & odorifera, ſicut ſandali, roſam, camphoram, & ſimilia. Nutriamus cum ſucco acetoſę, pullis, perdicibus, phaſianis, ouorum uitellis. Quæ omnia conficiantur cum acidarum uuarum aceto, maligranati acidi ſucco, uel cum aceto pomi citrini. Si hæc omnia coquantur in ſumac, fit uiuacior medicina. Sedeat infirmus in aqua ubi cocta ſint celſi cortices, ea ſtanęę, flores maligranati, cortices eorum, & ſimilia. Si ex frigiditate ſit, detur infirmo ſuccus maligranati, cum menta: Succus citoniorum cum menta, diamaſtiche, catapula imponamus ſtomacho cum oleo nardino, ladanino, & oleo maſtichino. Cibaria demus ſtiptica, & aromatica, cõfortatiua ſtomachi. Si ſolutionẽ ex defectione uirtutis contentiuæ ex uulnere habuerit, oportet infirmo dari mũdificatiua putredinis, comeſtiua malę carnis de uulneribus, ſcut theriacam, melicratum, & ſimilia. Cum uero certificetur, quia uulnera ſint mũdificata, & materia eorum purgata, deinde dentur ſtiptica, & ſubtiliatiua, ſicut roſa, amylum, bolus armenicus, dragagantũ, maſtiche,

ſanguis

©BIUM

ſanguis draconis,ſuccus arnogloſſæ,crocus,ſpodium,& ſimilia. In ſero tamen demus pſylliũ, cum oleo roſato, & aqua frigida. Nutriamus cum perdicibus,ſtarnis,turturibus. Caueamus de cibarijs ad digerendũ duris. Completis quæ uolumus de curanda lienteria ſecũdum medicinalem curam, & artificialem canonem, oportet & hic medicinam compoſitam dici, iuuantem omnimodum genus ſolutionis, & inteſtinorum lenitatis, & defectionis ſtomachi,retinere quę recipit,non ualentis. Dicemus autem aliquã medicinam cõpoſitam ualentem ad uomitum, & abominationem,hucfacientem. Trochiſci ualentes ad omnem ſolutionem uẽtris lienteriæ & leuitatem inteſtinorum:Recipe roſę,ſpodij,ana.drach.4.berberis,ſeminis herbæ acidę, ana. drach.6. gummi,thuris,myrtę, ſeminis coriandri infuſi aceto,die ac nocte: omnia aſſato, fac puluerem, & tempera cum ſucco citoniorum, fac inde trochiſcos,dans bibere cum ſirupo citoniorum. Trochiſci alij quos dicit Paulus ualere ſimiliter: Recipe cortices maligranati gallæ,añ. drach. 8. ſeminis myrtæ,drachmas 3. ſumac,drach.20.fac inde puluerem, tempera cum uino acido, fac trochiſcos, ſcrup. 2.& da 1. cum aqua frigida. Trochiſci alij ualentes ad cholicam paſſionem,& ſtomachi defectionem, uomitum quoque continuum: Recipe roſæ,ſeminis herbæ acidæ, ana.drach.3. ſpodij,balauſtiæ,ana. drach.2.ſeminis portulacę,amyli,boli,gummi arabici,myrtæ ſeminis,ana.drachmas 2.ſpodij,exagium 1.omnia coquantur,ſumac,croci, ana. ſcrup.2. fac puluerem, tempera cum ſucco citoniorum faciens trochiſcos, drach.1.& s. Aliud, Recipe gummi,boli, coriandri aſſati, ana.drach.1.fac puluerẽ,tempera cum ſucco myrtę,fac trochiſcos,drach.1. & da 1.cum ſirupo ſtiptico. Puluis Ioannis Damaſceni fluxui ualet ſanguinis, & defectioni ſtomachi de frigiditate. Recipe maſtichis, cubebæ,gariophylli, ana. drach. 5. ligni aloẽs puri, drach. 20. gallæ, drach. 4. ſacchari, drach.40.fiat puluis,dentur ad bibẽdum, drach.3. cum odoriferis ſirupis. Aliud ualens ad ſolutionẽ nimiã,ad uomitũ,ſtomachũ confortãs:Rec.oſſiũ ſtaphidę,uuę paſſę,aſſatę,ſumac,ana.drach.10.celſi caſtaneę,ana.drach.6. coriãdri ſicci, cymini albi infuſi in aceto, & deſiccati, atq; cocti pſyllij cocti, ana.drach.4.ſeminis acidæ,ſpodij,myrtę ſeminis cocti,gallę,añ. drach.4. maligranati acidi,& cocti, drach.15. fac puluerẽ,& da bibere drach.3. cum aqua frigida, uel cum quibuſdã ſuccis, & ſirupis ſtipticis. Aliud ſimiliter ualens ad defectionẽ ſtomachi,& debilitatẽ appetitiuæ uirtutis,ad uomitũ, & defectionẽ digeſtiuæ uirtutis, quæ eſt ex fortitudine ſenſus ſtomachi, quod patiũtur aliqui poſt pharmaciã,& ebrietatẽ,uel ingluuiem:Rec.roſę,ſpodij, maſtichis,gallię,añ.drach.3.ſeminis portulacę,berberis,ſumac,añ. drach. 2.gariophylli,macis,cubebę, cardamomi,añ.drach.1.& s. ligni aloẽs puri, carabę,ſeminis acidæ,coralli,incenſi,boli, ana.drach.1.ſpicæ,cinnamomi, aſari,ana.drachmã 1,& s. puluerem fac,frica cum oleo roſato,deinde pone

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 95 sur 404

©BIUM

ſacchari,drach.20.da bibere,drach.3.cum aqua frigida,uel cũ quibuſdam ſirupis iam dictis.Si quis uelit temperata,temperet cum ſirupo roſato.Sirupus ualens ad ſtomachi defectionem,lienteriam,uomitũ,ardorem:Recipe ſumac,corticis maligranati,ſeminis myrtę,ana.drach.20.omnia coquãtur in quatuor libris aquę,quoad redigantur in unam,colentur: deinde ſuccus pirorũ accipiatur,uel meſpilorũ,citoniorum,& miſceatur cum ipſis ęquali pondere,& ſacchari libram 1.& s.& fac ſirupũ dans bibere,unc.1.cum aqua frigida. Aliud ualens ad ſingultum,ex frigidis humoribus,ſiue calidis,& ad uomitum de cholera rubea,uel de phlegmate,uel de humoribus cholericis uiſcoſis in ore ſtomachi,melancholicis,uel phlegmaticis:Recipe ſucci maligranati acidi,cum pulpa ſua interiori,lib.5.ſucci calamenthi libras 4.uini odoriferi lib.4.omnia coquantur uſq; ad medietatem,deinde colentur. Mitte ſacchari,uel ſapæ libras tres,poſtea coque donec fiat ſirupus,deinde pone in uaſe uitreo ad ſolem per dies ſeptem,ore bene oppilato ne aër intereat:poſtea da unc.1.uel ſemiſſem.Epithima ualens ad mollicię ſtomachi,& defectum,ad uomitum de calore,incenſione,cum ardore,ſtomachum exterius inde unge:uel da bibere drach.3 cum ſucco maligranati,uel cum ſirupis ſtipticis.Recipe ſandali rubei & albi,ana.drach.4.balauſtiæ.drach.3. terræ ſigillatę,ſpodij,maſtichis,apij,drach.2.gariophylli,cardamomi,añ. drachmam unam: Piſtentur omnia,& in oleo roſeo ponantur,ſucci ſolatri,frondium uitis ſucci,ana libram unam,cum ſuaui igne coquantur,ut ſolum oleum remaneat,pone in uaſe. Dioſcorides dixit: Si de flore uitis accipias,& mucidum duobus diebus facias,& in oleum omphacinũ ponas,ualet quantum oleum roſatum.

De *dyſenteria*. Cap. XV.

Dyſenteria eſt digeſtio ſanguinis cum decoriatione inteſtini,uel uulneratione ſui. Cauſa eius uel interior uel exterior.Interior, ſicut digeſtio cholerica,acuta,pungitiua,quod patiť infirmus, per inteſtinũ cholera acuta tranſit,perforans,& excoriãs,cum uel ex ſuo acumine uulnerans,uel ex ſalſi phlegmatis acumine,& ſua ſalſugine,id enim in inteſtino faciente,ſicut uidemus in uitri actione,uel in uitreo phlegmate,uel aquoſa humiditate. Exterior,ſicut de pharmacia,quæ ex uirtutis ſuæ acumine ſimiliter facit. Cum enim inteſtinum inueniat defectum,& diſco opertum,excoriat uelociter ipſum. Vniuerſalis ſignificatio dyſenteriæ tortura eſt,& anguſtia,& digeſtio ſanguinolenta,mixta cum cholera rubea,uel cum re aliqua congelata,alba,atque uiſcoſa,in interiori quaſi ueſtimentum inteſtini. Particularis ſignificatio dyſenteria eſt cum hęc apparent in digeſtione:ſi eſt cholerica,intelligimus eſſe de cholera rubea:ſi phlegmatica,cognoſcitur eſſe phlegmatica: ſi de exteriori ſit cauſa,exquiſitione

©BIUM

tione infirmi eſt intelligenda. Cũ ergo dyſenteria in ſuperiori ſit inteſtino, uel medio, uel infimo, neceſſe eſt ut dicatur ſignificatio unde à ſe differãt inuicem. Quod intelligimus ex loco doloroſo, & ex qualitate rei commixtæ digeſtioni, & ex multitudine cõmixtionis, id eſt, ſi ſentit infirmus dolorem in ſtomacho, uel inteſtino ſuperiori, ibi eſſe morbũ intelligimus. Egeſtio huiuſmodi infirmi eſt mixta cum ſubtili ſanguine, cum quadam raſura abominandi odoris. Si in medio ſit inteſtino, fit dolor in ſuperiori umbilico. Egeſtio mixta eſt cum re illa quæ dyſenteriæ eſt cauſa. Si in inferiori inteſtino, ſanguis quaſi raſura exit in initio, cum pondere & tortura atq; inciſura ſentitur in inferiori umbilico, & poſtea ſtercus ſanguineum, uel raſura mundificatũ egreditur. Oportet autem feſtinemus, ut dyſenteriam medicemur, ne forte inueteretur, & in uulnera mutetur, ſanieſq; eijciatur, & inteſtinum findatur, morſq; ſequatur. Cum autẽ medicari diſponimus, unde & ubi ſit perquiramus. Si ſit in inteſtino ſuperiori, demus medicinam bibendam. Fit enim ex propinquitate inteſtini ad ſtomachũ, & ex colligatiõe ſui ad ipſum. Si in inferiori ſit inteſtino, medicãdum eſt cum clyſteri, propter uicinitatem huius inteſtini ad anum. Si in medio inteſtino, medicabimur cum medicina, & clyſtere. Si in ſuperiori perpenditur inteſtino, perquirendum eſt, unde fuerit, ſiue de cholericis humoribus, ſiue phlegmaticis. Quę ſi de cholericis ſit acutis, demus infirmo omni mane drach. ʒ. de gummi arabico, cum ſirupo myrtino, & aqua frigida, uel drachmas 2. pſyllij aſſati, & unc. s. olei roſati cum aqua frigida, & ſucco portulacę, & arnogloſſę. Quodcunque horum uolueris, da bibere. Succi citoniorum, unc. 1. gummi arabici cum lacte caprino. Accipe lac caprinũ, & oryzę, equali pondere, & fac coqui ad medietatem lactis. In aqua quam bibituri ſunt pone gummi arabicũ aſſatum, bolum, & ſpodium, da bibere cum ſirupo dẽ myrto, uel roſato, & ſimilibus. Demus manducare micam panis aſſati, & parum gummi arabici, & amygdalas aſſatas. Demus iura de oriza, uel de amylo aſſato, uel oua in aqua cocta, uel accipiamus amylum, & micam panis aſſatam, faciamus inde iura ad bibendum danda. Si febres non habeant, pullos, perdices, phaſianos comedant, & his ſimilia. Puluis ualens ad excoriationem, & uulnerationem inteſtini ex cholera rubea, acuta, & ad digeſtionem ſanguinis, dolorẽ, & pondus & torturam, Recipe boli, drachmas 6. gummi, ſeminis portulacę, ſeminis myrti, ana. drachmas 4. & s. omnia aſſato, ſpodij, ſeminis acetoſę, amyli aſſi, ana. drachmas 4. maluæ ſeminis aſſi, acatiæ, ana. drach. 1. & s. fac puluerem, fricans cum oleo roſaceo. Deinde immitte drachmas 4. & s. pſyllij aſſati, & da bibere drachmas ʒ. cum ſirupo myrtino, uel citonio cum aqua frigida. Si dyſenteria de groſſis, & phlegmaticis ſit humoribus, demus drachmas duas, de naſturtio aſſato cum aqua calida, uel caſtanearum, drachmas ʒ. cum aqua frigida, maſtichis drachmã unam & ſemiſſem, cum

aqua

©BIUM

aqua frigida, acinorum aſſatorum, ſtaphiſagrię, drach. ʒ. cum aqua calida. Puluis ualens ad dyſſenteriã de ſalſo phlegmate. Recipe naſturtij aſſi, drach. 6. boli, drach. 5. celſi, gummi arabici, amyli, ſeminis baſilici, ana. drach. 4. omnia aſſato, croci, ſanguinis draconis, balauſtiæ, ana. drach. 1. fac puluerem, & da bibere cum ſirupo myrtino, drach. ʒ. uel citonino, drach. 1. ueſpere, & mane. Trochiſci ualentes ſimiliter ad ſanguinis fluxum à ſuperiori, ſicut pectore, pulmone, & ad fluxũ menſtruorum. Recipe boli, ſeminis portulacę, ana. drach. 4. ſeminis acetoſę, ſpodij, roſæ, balauſtiæ, myrti, coriandri, aſſati, ana. drach. ʒ. acaciæ, coralli aſſati, amyli aſſi, ana drach. 2. ſumac, drach. 1. & s. dragaganti, carabe, ſeminis maluæ utriuſq; aſſati, ana drach. 1. fac puluerem, temperans cum ſucco arnogloſſę, faciens trochiſcos, drachmam 1. & s. da bibere unum cum ſucco citoniorũ, uel aliquorum ſtipticorum. Aliud ualens ſimiliter, Rec. gallæ, balauſtiæ, corticis maligranati, añ. drach. 1. & s. roſæ, cubebæ, & gallię, ana. drach. 1. gummi, opij, croci, ana. drach. 1. & s. fac puluerẽ, tempera cum ſucco myrti, fac trochiſcos, drach. s. da bibere unum cum quibuſdam ſirupis. Cõfectio ualens ad dyſſenteriã, diarrhiam, pondus, tenaſmum, uulnera, excoriationem inteſtinorum, & ad ſtomachi confortationem. Recipe mirobalani, chebuli albi & nigri, ana. drach. 6. emblici, drach. 4. fac frãgi omnia, & cum oleo roſato frica, deinde aſſa, poſt accipe naſturtij aſſi, drach. 2. cymini, marathri, aniſi, ameos, carui, ana. drach. 2. omnia infunde aceto horis uiginti quatuor, deinde ſicca, & aſſa, miſcensq; cum prioribus puluerem fac, deinde accipe ſpodij, gariophylli, cardamomi, balauſtiæ, maſtichis, boli, ſumac, opij, gũmi, añ. drach. 1. & s. fac puluerem, miſce omnia priora, & piſta, & tempera cum ſirupis citoniorum, dans bibere drach. ʒ. cum ſirupo myrtino. Si uulnera, & excoriatio ſint in inferiori inteſtino, uidẽdum erit unde ſint. Si enim ex materia ſint acuta cholerica, clyſtere optima eſt eis medicina, propter propinquitatem loci. In initio hoc clyſtere eis faciendum eſt, Decoctio de roſa, uitellis ouorum cum oleo roſato, de his fac clyſtere, ramum appone portulacæ, hordeum mundatum, omnia coque in libra aquæ, de qua accipe mediã libram, & mitte uitellum oui, olei roſati, ana. unc. s. facq; clyſtere. Aliud, Recipe ſucci portulacæ, ſucci acetoſæ, ſucci uirgæ paſtoris, ſucci arnogloſſæ, ana. lib. 1. olei roſati, drach. 5. uitellum oui unius, terræ ſigillatæ, drach. 1. omnibus apparatis fac clyſtere. Aliud, hordei mundi, lentium, ana drachmas 6. omnia aſſentur, balauſtię, roſæ, corticum maligranati, drach. 4. oryzæ lauatæ, drachmas 10. Seui de renibus caprinis, drach. 6. omnia coquantur in quatuor libris aquæ, quoad deueniant ad unam. Cola, & accipe bolum, gummi arabicum, acaciam, ceruſſam, quæ omnia puluerato, deinde ſume uitellum oui, & mediã, unc. olei roſati, fac clyſtere. Aliud iuuans uulnera inteſtini. Recipe hordei, oryzę, ana, unc. 1. balauſtiæ, myrtę ſeminis, roſę, ana.

drach.

©BIUM

drach.5.cupparũ glandium,drach.3.gũmi, arnogloſſæ,boli,ana. drach.3. omnia coque in 3. lib.aquę uſq; ad unam,deinde mitte uitellum oui,olei roſati,unc.s.coralli,acacię,añ.drach.s. omnia aſſato,clyſtere facito. Nutriantur pullis,perdicibus, ſtarnis:omnia coque cum ſumac,demus milium,oryzum,& ſimilia. Si excoriatio inteſtinorum, uel uulnera ex humoribus ſint phlegmaticis, præcipiamus clyſtere fieri cum oryza lota, bombycino uſto, alumine,uitellis oui aſſatis,oleo nardino,uino,& ſimilibus. Si tenaſmum habeant,faciamus lauari anum cum reſtiptica,ſicut ſunt cortices maligranati, balauſtię,cupulę glandiũ,roſa,galla,in aqua coquãtur, & anus inde lauetur. Vngamus anum oleo roſato, & ſimilibus. Ponamus cataplaſma de conchula marina aſſata,lithargyro,ceruſſa,oleo roſato,& ſimilibus. Si exiẽs de uulneribus inteſtini craſſum,& album ſit,uel craſſa ſanies cum ſanguine, oportet bene perquiri ſi infirmus neq; febres habeat, neq; ſitim, neque defectionem uirtutis, neq; appetitus minoratur. Faciamus clyſtere cum trochiſcis arſenici,quos dicturi ſumus in fine huius capituli. Si uirtus deficit, & febris fortis fuerit, & appetitus auferatur,maxime ſi uſq; in ſubſtantiam ſui inteſtinum perforatum patiatur, & quod exit eſt quaſi corrigia ſubtilis, ſiue pili, oportet maxime caueri trochiſco arſenici. Clyſtere iſtud erit, Recipe,oryzæ lauatæ, balauſtiæ, roſæ, myrtæ, cupularum glandium, ana. drach. s. omnia coquantur in quatuor lib. aquæ,& ad unam redige.Colentur,& auferunc.5.deinde de trochiſcis arſenici,drach.1.uel drach.1.& s.ſecundum quod uirtus infirmi pati potuerit,& ſecundũ albedinem exeũtis rei.Si quod exit ſanguis fuerit,& neceſſe fuerit hic clyſtere fieri. Iungamus ſucci arnogloſſæ, unc. 3. Si augmentetur putredo uulneris, & ſanies, oportet drach. 3. arſenici accipi,& drach.2.oryzę, & uitellum unius oui,& unc.1. olei roſati,& medicina de ſapa, & faciamus clyſtere. Si medicina exierit mundificato uulnere de ſanie, feſtinemus ſubuenire cum altero aliquo ſupradictorum clyſterium. Si uulnus mundificatum non fuerit cum medicina huiuſmodi,oportet & clyſtere aliud fieri cum obſomogaro, & melle, & ſtatim ſine mora. Mundificato autem uulnere,quàm citius poſſumus clyſtere molle faciamus, quod ſuprà diximus, antequã alia ſanies in uulnere adunetur. Trochiſci arſenici quos propoſuimus: Recipe arſenici, ſandarachæ, ana. unc.1. & s. calcis uiuæ, drach. 3. chartæ bombycinæ aſſatæ, acaciæ, ana. drach. 1. fac puluerem,tempera cum ſucco arnogloſſę, faciens inde trochiſcos. Aliud,Recipe arſenici,ſandarachæ,fecum aceti uſtarum,acaciæ,gummi,ana.drach.1.& s.calcis uiuę,chartæ bombycinæ incenſæ,ana. drach.2.aluminis,opij,añ. drach.s.fac puluerem,tempera cum uino rubeo,fac inde trochiſcos.

De ileo

©BIUM

De Ileo. Cap. XVI.

ILeos eſt dolor inteſtinorum, prohibens ſtercus exire ab inferiori parte, & aliquãdo cogens ſtercus uomere. Cuius cauſa eſt bifaria, uel de calido apoſtemate naſcente in inteſtino ſubtili, uel de humoribus frigidis, craſſis, & inuiſcatis. Accidentia ſua inſeparabilia, uomitus ſpiſſus, omnia quæ bibit, euomit, dolor nimius, tortura, dolor in uentre eſt ſuperiori. Ileos de apoſtemate habet tumorem in uentre, & extenſionẽ, febrẽ, & ſitim. Qui de humoribus eſt frigidis, neq; tumorem, neq; extenſionẽ, neq; ſitim habet, neq; febrem. Sed accidentia poſt ſuccedentia, frigiditas extremitatum corporis, anguſtiatio, uigilię, inſtabilitas. Vniuerſaliter hic morbus peſtifer eſt & mortalis, aliquando in ſecunda die interficiens, aliquando in tertia, & raro ſanantur. Cum patientes curare uelimus, an ex apoſtemate ſit calido inquiramus, & demus eiſdem catharticũ ex caſſiafiſtula, cum drach. 1. & s. de hierapicra. Factũ cum aloẽ loto, & uiolato, drach. 1. Vel demus ſuccum ſolatri, uel ſcariolę, bene coctum, & colatũ, & caſſiãfiſtulam, & mãnam, cũ drach. s. de hierapicra. Si alicuius ſit uirtutis, & tempus temperatũ fuerit, & ætas iuuenilis, phebotometur de baſilica uena quantum ſufficit, deinde demus decoctionem cum uiola, caſſiafiſtula, & manna. Clyſterizemus cum malua, hordeo, lini ſemine, uiola, & ſimilibus. Aliud, Recipę ſuccum cucurbitæ, cum amygdaleo, & ſuccum chamomilę. Poſt ungamus uentrem cum oleis diſſolutiuis. Si de humoribus ſit crudis & frigidis, potionem demus, quam eulogomenon uocant, uel diafœniciã, uel decoctionem de ſagapino, uel pilulis de hierapicra laxatiuas, Galenus dicit ſe medicaſſe cũ ſolo uino. Clyſtere fiat de anetho, chamomelino, fœnugræco, ſambuceleo. Aliud clyſtere de ſeſameleo, fœnugræco, chamomilla, calamẽtho, & ſimilibus. Demus trochiſci ualẽtes ad ileon de frigido, Rec. abſynthij, apij, ſeminis aniſi, cymini, caſſię, añ. drach. ʒ. myrtę, caſtorei, ſpicę, ana. drach. 1. & s. piperis longi, opij, croci, añ. drach. 1. fac puluerẽ, & temperans fac trochiſcos da drach. 1. & s. Si hæc paſſio contingat puero qui potionem bibere non ualeat, faciamus epithima, & catapule, cliſtere, & ſimilia.

De colica paßione. XVII.

COlicam paſſionem multi patiũtur. Eſt autem paſſio naſcens in quinto inteſtino, quod uocat κόλον à uerbo κολάζεσθαι, quod eſt torqueri, angi ue. Locus eius eſt in dextra parte inferioris uentris, circũcingens ſicut zona uſq; in partem ſiniſtrã. Hoc inteſtinum de craſſis eſt unum. Cauſa huius paſſionis eſt ſeptiformis. Prima, cum augmentatur calor igneus, & cholericus, ſuper ſtercus, unde & humiditas ſtercoris deſiccetur, & induretur, ideoq; non egreditur. Secunda, cum cibus in ſua eſſentia eſt ſtipticus & ſiccus, egeſtionem exire prohibẽs. Tertia, cum phlegma

©BIUM

phlegma uiſcoſum intra illud augmentatur inteſtinum,& inuiſcatur,ut oppilet uiam eius,& prohibeat ſtercus exire. Quarta,cum uentoſitas groſſa in hoc inuiſcatur inteſtino, uel cauſa frigidæ complexionis, uel ex defectione ſtomachi ad digerendū, uel epatis,uel ex cibo in ſui eſſentia unctuoſo,& inflatiuo. Quod ſi inueniat inteſtinum defectum, & ad hanc paſſionem apparatum,cholicam generat paſſionem,propter contractionem uentoſitatis in egeſtione ſtercoris. Quinta,cum naſcitur in hoc inteſtino apoſtema,prohibens exire ſtercus. Sexta,cū in uentre augmentantur lumbrici,& aſcarides, qui inuiſcati,& intorti ſtercore,non permittunt illud exire: unde in colicam incidūt paſſionem. Septima,cum ſenſus inteſtini deficit,neq; ſtercoris nocumentum ſentit: unde ſtercus in inteſtino remanens non exit. Multi antiquorum dixere, hanc paſſionem eſſe ex defectione in inteſtino expulſiuę uirtutis,uel ex defectione ſenſus inteſtini. Quia ſi expulſiua ad expellendam digeſtionem ab inferiori parte deficiat qualibet ex cauſa, uel ſenſus inteſtinorū lacertorum in natibus exire non permittat, neq; ex utroq; latere inteſtinum comprimat,ut in inferiora deponat,neceſſe eſt prout diximus in ilium deueniat. Hę paſſio,& uniuerſalia,& propria habet accidentia. Vniuerſalia, uomitus,& abominationes, nimius dolor, tortura, magnam partem uētris tenens. Hic dolor aliquando augmentatur in utroq; latere,& in utriſq; anchis, & cōſtipatio fit uentris uſq; ad tertium diem paſſionis tranſeuntis,adeò magna,ut neq; ſurſum,neq; deorſum penitus exeat. Propria accidentia, unde à medicis ſigillatim ſpecies diſcernūtur. Si ſit ex cholera rubea,ſitis erit cōtinua,uomitus cholericus,acumen, & magnitudo doloris,ut ſentiat uētrem quaſi acu pūgi. Tēpus morbi breue,ſed moleſtiſſimū erit: Si infirmus eſt iuuenis,tempus ętatis. Si ex duricie,& ex ſtercoris ſit ſiccate,dolet & in inteſtino grauatur inferiori, ac ſi grauis res inteſtinum comprimeret,& ipſum finderet anum. Manifeſtatio fit ex qualitate cibi quem comedit, antequam paſſio hæc uenerit. Si ſit ex phlegmate,ſitis aufertur,pulſus tardus, morbus diuturnus,dolor leuis. Sed tamen nimiam habet grauitatem,dolor & grauitas de uno loco non mouentur. Aliquando in egeſtione eorum humores apparent phlegmatici uitrei. Quæ paſſio cum ex craſſa ſit uentoſitate,intelligitur ex doloris de loco in locum mutatione,& gurguliatione,& uentris inflatione,& alijs ſignis pertinētibus phlegmati. Si ſit de apoſtemate, ex tactu eſt intelligere,apparet enim extrinſecus,in uentris ſuperioribus. Quod ſi in tactu eſt calidum,& color eſt rubeus,& ſitis adſit,cum febre, & aſperitas in lingua cum magno dolore,apoſtema calidū & incenſiuum conſtat eſſe. Si cum tactu frigidum ſit,neq; ſitim,neq; febrem,uel magnū dolorem habet,ex frigiditate apoſtema eſſe intelligendū eſt. Si ex lumbricis,& aſcaridibus ſit,infirmus dolorem,torturam & abominationem ſentit,& aliquādo per os uomit. Si ex ablatione ſenſus inteſtini, oportet inquiri an unquam ultra tēpus

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 101 sur 404

©BIUM

egestionem tenuerit, uel aliquid fecerit, quod intestini pertineat defectioni. Errant enim medici aliquando in colica passione, & in renum dolore, propter suorum accidentium communionem, putãtes esse easdem, & medicantur renibus cum medicamine colicæ passioni conuenienti, unde peccatũ incurritur. Galenus tamen inter colicam, & renum dolorem, ueram differentiam fecit, dicẽs. Dolor colicus in latera uentris mutatur, dextrorsum, & sinistrorsum ante & retro. Dolor renum nunquam mutatur, & eodem loco permanens, & guttatim urinam faciens, & uomitus mitigat dolorem. In colica uera passione, nulla passio est urinæ, neq; uomitus uidetur prodesse. Hęc sunt signa colicorum, & causę, quas ex philosophicis canonibus, & physicæ monstrauimus autoritatibus. Iam nunc curas incipiamus. Necesse est omni uolenti curare aliquem morbum, ut intendat auferre materia morbi, & expellere. Si tamen acidentia morbi sint molesta, periculosa & suspiciosa, necesse est ante omnia à regimẽto illorum magnorum accidentium incipiat, mitigando, refrigerando, & ut quiescant extinguendo. Deinde reuertatur ad mundificandum corpus. Cum autem colica passio maxima habeat accidentia, & nimium dolorem, sicq; fiat periculosa, prius est medicanda, ut causę doloris mitigentur, dissoluantur, & destruantur, infusione aquæ dulcis & tepidæ, balneis temperatis, calefactione cum chamomileo, anetho, melilo-to, malua, uiola, furfure hordei, & similibus. Post epithimate ungamus dissolutorio, & liquefactoria, sicut anethileo, ireleo, chamomelco, oleo laurino, costeleo, & similibus. Hęc regimẽta faciamus usq; in diem tertium, quia hic est minus tempus in acuta egritudine. Si ex his medicaminibus molestatio non mitigatur, & tertia die transeũte quarta egreditur, oportet unde passio sit perquiramus: si ex cholera rubea minuatur in manu dextra basilica, & maxime si nimis calidum sit epar, ut ex basilica phlebotomia dolor auferatur uenies ad intestina. Demus hierapicra factum cum loto aloẽ, & catharticum de cassiafistula. Recipe pruna, iuiubas, ana. scrup. 2. uuę passæ mundæ, mannę, ana. drach. 10. cassięfistulę, uiolæ, ana drach. 5. omnia coque in duabus libris aquæ usq; ad medietatẽ lib. cola, & pone, drach. 1. & s. de hierapicra. Si infirmus uirtutem habeat ungamus scrup. 1. scammoneæ assæ, & si demus drach. 10. huius olei, melius ualebit: Recipe semen citoniorum, semen crocis hortulani, & seminis cucurbitę, añ. drach. 10. uiolę, drach. 5. pfyllij, unc. 1. omnia ponantur in duabus libris aquę calidę die ac nocte, postea fricans, & colans, accipe unc. 8. sisameleon, & coque cum leni foco usq; deficiat aqua, & oleum remaneat, demus sicut diximus. Item demus scariolę succum, cum drach. 10. cassiæ fistulæ, & cum oleo iam dicto. Misceamus aqua quam bibit cum sirupo rosaceo uiolato, & similibus. Demus serum lactis caprini, cum aloẽ loto, & scammoneo assato, faciamus suppositorium de uiola, sale communi, melle, & scammoneo. Hoc ordinę prodest solui uentrem. Si non, clystere

ſtere faciamus, Recipe uiolæ, maluæ, hordei mundi, liquiriciæ, prunę, iuiubę, chamomilæ, ficus ſiccæ, pondus ęquale: omnia coque in aqua, & cocta cola, tolle inde unc. 4. & mitte unc. 1. ſucci bletæ, uiolę, ſacchari, ana. s. ſalis communis, ſcrup. 2. Nutriantur ptiſana, chryſolocanna, blita, malua, cum amygdaleo, omnia coque: ſedeat infirmus in aqua calida, ubi cocta ſint, uiola, malua, hordei furfura, chamomila, & ſimilia. In paſſione colica, frigida, uel uentoſa, uel ſtercoroſa, fortior detur eis medicina phlegmaticorum humorum purgatiua, & craſſę uentoſitatis diſſolutiua, ſicut pilulę de ſagapino pilulæ de aſa fœtida, pilulæ de ſpermatibus, pilulæ de maſtiche, & aloē, de his da exagium unum, uel 2. ſecūdum uirtutem infirmi diebus tribus. Demus & de hierapicra, drachmas tres, cum aqua calida. Galenus dicit ſe ſanaſſe hanc paſſionē cum ſola hierapicra. Si neceſſe ſit theodoriton, hieralogodion detur, tamen raro. Si aliquid paſſionis in corpore remanſiſſe dubitemus, ſępe catharticū detur de hierapicra, cū ſirupo de abſinthio. Quod ſi nō ualeat: detur catharticum theodoriton, & ſambuceleon cum decoctione radicis. Demus quoq; de antidoto quod factum eſt cum ſtercore lupino. Accipe ſtercus lupi, & da bibere cum uino. Hoc enim ſtercus proprietatē habet maximam circa hanc paſſionem, ſiue bibitum, ſiue fiat inde unguentum in loco doloroſo cum ireleon, uel muſceleon. Infirmi uēter ungatur cum oleo nardino, anethino, chamomeleo. His oleis ungamus cū ſederit in aqua ubi cocta ſint chamomilea, anethum, frondes lauri, abrotonum, & ſimilia. Demus ad bibendum decoctionem de galanga, de ſpermatibus. Demus theriacā, philoniū, eulogimenon. Miſceamus aquā bibituris cū ſirupo ireos, & calamenthi, cum mellicrato, & aromatibus. Nutriatur cū perdicibus, cum cicere coctis, & anetho, pullis columbarū, gallinis ueteribus plenis anetho, cymino, ruta, ſalis gemma, menta, ſeſameleo. Demus iterum ſemen ſinapis fracti, cum amygdaleo, & aceto ſcyllitico. Ponamus in cibaria eorū medullam, ſemen croci hortulani, bibant praſſium ſepties, uel obſomogarum. Si neceſſe ſit, poſt hæc omnia clyſtere, uel ſubpoſiturā ſtercus emittentia, & diſſoluentia faciamus. Clyſtere ualens ad frigidam colicam, ex uentoſitate groſſa, & ad omnem frigidā paſſionem, quæ in corpore eſt: Recipe chamomilę, anethi, ana. drach. 10. cētuareæ, liquiritiæ, lini ſeminis, fœnugræci, aā. drach. 5. apij, ameos, calamenthi, ſeminis croci hortulani, ana. drach. 4. & 7. ficus ſiccas: omnia coquantur, in quatuor libris aquæ uſq; ad tertiam: cola & accipe de illa aqua lib. s. mittens mel, & obſomogarum oliuæ, ſeſameleon, ana. unc. 1. ſambuceleon, lentiſceleon, ana. unc. s. nitri, drach. s. omnia conficiantur, & clyſtere fiat: Si uenter prima uice non moueatur, fac ſecundo, & tertio. Aliud ualet ad ſtrangiriam, & frigidam colicam, & uentoſitatem: Recipe ſucci apij, unc. 3. decoctionis de ſemine croci hortulani, unc. 3. mellis, ſacchari, ſeſameleon, obſomogari, ana unc. 1. Sagapini, unc. 3. nitri,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 103 sur 404

©BIUM

colocynthæ, ſalis gemmæ, licij, ana. drach. 1. & s. fac inde clyſtere. Quod ſi proficiat, & uentrem infirmi moueat, dolorem infirmi quieſcere faciat, uentoſitatem diſſoluit, & adiuuat. Sin autē, & infirmus fortis fuerit, iungamus clyſteribus his ſagapinum, opopanacem, amoniacū, lycium, fel taurinum, lineleon. Si hæc nō ſufficiant, iungamus colocynthā, elateriū, ſcammoniū, caſtoreum, de his iungatur, uel minuatur, ſecundū quod fortitudinem, uel debilitatem uiderit infirmorum medicus. Fiant hæc ſubpoſitura: Rec. lycij, drach. 3. nitri, drach. 1. colocynthę, ſcāmonij, ſalis gēmę, ana. drach. s. mellis quod ſufficit. Aliud, Rec. lycij, ſagapini, fellis taurini, ana. drach. s. bdellij, ſarcocollæ, añ. ſcrup. 2. colocynthæ, ſalis gēmę, ſcāmonij, ana. drach. s. mel quod ſufficit. Cataplaſma ualens ad colicā paſſionem, frigidam, & uentoſam. Recipe elaterij drach. 2. ſcammonij, colocynthę tantundem, felle taurini, cerę & olei, quod ſufficiat. Aliud unde ungātur nares, & moueat uenter: Recipe ſtaphiſagrium, nitrum, fel taurinum, æqualiter, mel quod ſufficit. Aliud ſi de apoſtemate calido colica ſit paſſio, ſicut diximus, & ſi ſit de cholera rubea phlebotomet de uena baſilica, & de ſanguinę paulatim multotiens trahatur, ſemper tamen augendo quantitatem. Demus ad bibendum ſolatri ſuccum, & endiuiæ bene coctum, & colatum, cum caſſiafiſtula, oleo uiolato, uel amygdaleo. Faciamus clyſtere mollitiuum, ſicut illud quod in calida colica diximus. Cataplaſma faciamus refrigeratiuū, & mollitiuū, pullos demus ad manducandum cum ſolatro, & ptiſanam demus cum decoctione de radicibus, cum ſambuceleo, ſirupo de abſinthio cum amygdaleo, & mellicrato aromatico. Nutriamus cum pullis columbarū coctis cum ſicla. Clyſtere faciamus calidum, & diſſolutiuum, tamen temperatum. Si de lumbricis paſſio ſit, ſicut iam diximus, demus medicinam lumbricos occidentem, & à uentre eijcientem, quam dicturi ſumus. Si aliqua accidentia uenerint ex paſſione colica, ſicut uomitus nimius, tenaſmus, tortura, ſitis, ſtrangiria, & ſimilia. Oportet medicari accidentia ut antea, ſecundū medicinam ſuo loco illis datam. Ablatis accidentibus, ad colicam paſſionē redeamus.

De aſcaridibus & lumbricis. Cap. XVIII.

Ascarides & lumbrici ſolent naſci in inteſtinis. Qui morbus uniuerſaliter extra naturā ad rem ptinet: unde de corpore expelli oportet. Cauſa eorū ſaturitatis multitudo eſt, & indigeſtibiliū ciborum, de quibus in inteſtinis crudi adunantur chymi. Quibus cum calor dominetur excoquūtur, & in illa animalia procreantur. Sunt qui dominantur in ſubtili ſuperiori inteſtino, hij uocātur lumbrici, quia ſunt longi. Et quidam naſcūtur in craſſo inteſtino, quod eſt ſub umbilico, & aſcarides uocantur, & cucurbitini. Qui hanc ſpeciem habent, multum comedunt,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 104 sur 404

©BIUM

dunt, & ſi non comedant, ſentiunt punctur̃, & inciſionem ſub umbilico & in uentre. Sunt quidam naſcentes in inferiori inteſtino, quod uicinũ eſt ano. Hij ſunt uermes minuti qui ſi ibi remaneant & creſcãt, patitur infirmus moleſtationem, cæteris prioribus maiorem, ſicut abominationem deſiderij cibi, ſtuporem mentis, febres, aliquando ſtridorem dentium in ſomno, maxime ſi ſaturentur à cibo. Aliquando garriũt dormientes, & cum excitantur, ſurgũt trementes. Plurimi linguam emittunt ab ore, & quaſi maſticãt, cum nihil in ore habeant. Oportet ergo feſtinemus ad emundandos, qui ſi in uiſceribus remaneant, corpus conſumunt, membra emolliunt, neq; expelluntur niſi prius interficiantur. Dum enim uiui ſunt, in inteſtinis inuiſcati, non exeunt. Sed mortui cum egeſtione emittũtur. Aliquando tamen uiui exeũt, cum inebriantur, & quaſi mortui efficiũtur. Occiduntur cum omni re amara, ſicut abſinthio, & ſimilibus. Aſcaridibus neceſſaria eſt fortior medicina, ſicut abſinthium, abrotonum, ſichem armenicum, menta, lupini amari. Galenus dicit: proprium eſſe coctices maligranati cum uino cocti, ſi bibantur, occidere lumbricos, uermes, & aſcarides. Dioſcorides dixit: Os calcanei taurini combuſtũ, & piſtatum, cum melle datum, occidit lumbricos, & aſcarides. Alij dicunt ameos cum melle facere ſimiliter. Galenus dixit ſuccum frondium perſici ſimiliter facere. Pueris medicandum eſt de lumbricis & aſcaridibus cũm ſucco abrotoni, ſiche armenico cum pauco ſaccharo. Confectio ualens ſimiliter lumbricis, uermibus, aſcaridibus, ubicunq; ſint: Recipe lupini amari, turbith, ana. drach. ʒ. ſichæ armenicæ, drach. 1. ſalis nigri, coſti amari, calamenthi, polij, añ. drachmas 1. fac puluerem, & da cum lacte drach. ʒ. Aliud, Rec. turbith, coſti, ana. drach. 4. abrotoni, lupini, abſinthij, ana. drach. 2. nigellę, enulæ, drach. 1. & ſ. fac puluerem, da bibere cum lacte. Aliud, Recipe, abſinthij, ſichæ armenicæ, calamenthi, ana. drach. 4. polij, praſſij, mentæ, ana. drach. 2. apij ſemen, aniſi, marathri, aloẽ, ana. drach. duas, fac puluerem, & da bibere, drach. ʒ. cum lactis unc. 4. uel cum aceto, uel decoctione ſtichados, uel chamepiteos, uel chamædreos, hanc medicinam ſimplicem, & compoſitam ſi operemur, ſecundum quod oportet, multum ualet, & ſi in aqua coquatur, & bibere detur, facit ſimiliter. Si de aqua illa clyſtere facias cum nitro, & melle, ſimiliter iuuat. Si huic medicinæ miſceatur fel taurinũ, & ungas ſubtus umbilicum, occiduntur lumbrici, & aſcarides, & uermes alij.

De hæmorrhoidibus. Cap. XIX.

HÆmorrhois eſt apertio oris illius uenę quę eſt in ano, unde ſanguis effluit, ſicut uidemus in multis ſanis, temporibus interpolatis. Cauſa eius humores craſſi, & uiſcoſi in inteſtino, quos uirtus expulſiua expellit, & à naribus ejcit. Sicq; hęmorrhois

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 105 sur 404

©BIUM

eſt propter acutos,& pungitiuos humores de potione acuta,& forti,malos humores ad nates trahenti,& has paſſiones efficientia.Hęmorrhoides ſem per iſta ſequũtur accidentia,mutatio coloris in citrinitatem,maxime ſi inue tereſcant,anguſtia in præcordijs,dolor dorſi,grauitas in coxis,& cruribus, inflatio in lateribus:Quæ ſi ſint ex humoribus craſſis,& uiſcoſis,nimiam in flationem,gurgulationem habent in uentre.Si ex acutis humoribus ſit,pru ritus in natibus,& dolor & teneſmus,putat infirmus ſe debere egerere cum nihil habeat.Vniuerſaliter ad medicandum dura eſt.Sed incipiamus à pur gatione maxime,& corporis mundificatione,& ſi uideamus infirmum for tem,purgemus cum medicina quæ cũ expreſſione purgat,ſicut ſunt miro balani citrini,indi,chebuli,emblici,& ſimilia.Videamus ne acutam medici nam demus,ſicut aloën,ſcammoneam,colocyntham.Demus triferam ma iorem & minorem.Antidotum cum ferrugine factũ,uel decoctionẽ ſimili ter.Pilulas de nuce muſcata,diacoſin,diathapſiam,diagalangã,& ſimilia. Si de humoribus ſit acutis,oportet eorum acumen reſtringi cum phlebото mia,de baſilica uel de utroq; crure.Interiora medicantes,ad exteriora uta mur cum medicina deſiccatiua,ſicut rubigine ferri,plumbo incenſo,fac pul uerẽ,& ſuperpone.Si os eius dimittere uelimus,cũ ireos oleo,& aloë unga mus.Itẽ ſi cõſtringere uelimus,accipe acacię,drach.ʒ. ceruſſæ,dragaganti, drach.2.dragagãti,drach.1.fac puluerẽ,tẽpera cum aqua myrtę,in pannũ pone ſuper nates.Corticẽ maligranati acidi,fac puluerẽ,tẽperans cum ace to,& ualet ſimiliter.Si hęmorrhois ſit interior,fac de his licinium,intro po nẽs.Aſſidue hac medicina cõpoſita utãtur.Pilulæ de bdellio ualẽtes ad hæ morrhoides:Recipe chebuli,emblici,ana.drach.2.bdellij,drach.6.tempe ra cum ſucco porri,faciens pillulas in modũ piperis,& da drach.ʒ.Quidam tamen adiungunt,drach.1.de ſemine apij,alij,drach.1.& ſ.de acoro,dan tes,ei bibere cum aqua calida.Trifera ualens ad hæmorrhoides,ſtomachũ confortans:Recipe chebuli,emblici,pondus ęquale,fac puluerem,cum bu tyro bouino,& melle quod ſufficit,dans drach.4.uel 5.Si uis perfectã me dicinam ad hæmorrhoides,iunge partem de bdellio.Etſi uelis ut ualeat ad fluxum ſanguinis,gummi arabicum aſſatum,& myrtæ ſeminis iunge.Si ue lis ut ſtomachum debilem adiuuet,adde roſam,maſtichis partem,id eſt,ani ſi,gariophylli,ana partem ſ.Si propter cardiacam,mitte partem ligni aloẽs. Si propter melancholicam,partem epithymi.Antidotum ualens ad hęmor rhoides interiores de re frigida:Recipe carui,unc.1.amei,aniſi,ana.drach. 6.coſti,cinnamomi,galangæ,zingiberis,ana.drach.5.pyrethri,polipodij, acori,ana.drach.ʒ.fac puluerem,adde mel quod ſufficit,dans in modũ auel lanę,uel nucis.Aliud ualens ad uentoſitatem inflatiuam inteſtini,& hęmor rhoides:Recipe acori,carui,añ.drach.4.polij,drach.ʒ.ariſtolochię longę, & rotũdę,ana,drach.ʒ,fac puluerem,fricans eum cum amygdaleo,& melle

quod

©BIUM

quod ſufficit, da ſcrup. 2. uel 4. cum aqua calida. Quidã medici iungunt galangam, zingiber, croci, ana. drach. 1. dant bibere: alij iungunt bdellium. Accipe ſtichados, drach. 5. praſſij, drach. 3. ficus, 10. omnia coque in libra aquæ uſq; ad medietatem. Alij ſtichados, drach. 10. calamenthi, drach. 5. thapſiæ, drach. 3. hyſſopi, praſſi, añ. drach. 1. & s. ficus. 10. Oportet ut clyſtere faciamus de ſucco porri, de butyro bouis, oleo laurino, poſt uicem tertiam fumigemus de betonia, bdellio, coſto, capparis radice. Si medicemur prout diximus, & non proficit, ſed facti ſunt atrici, intelligendum eſt eſſe incurabiles, niſi cum chirurgia. Si infirmus in tali loco ſit, ubi non magiſter ſit chirurgicus, acutam medicinam, & incenſiuam ſicut ferrum imponamus. Galenus dicit: Atrici ſunt quaſi cannę canales opertorium intus & extra habentes, ſed neq; ſanantur, niſi cum chirurgico ferro. Oportet ne hanc medicinam acutam extra locũ paſſionis ponamus, quia ſi fecerimus, cõburit & incendit, & maiorem morbũ quàm antea fuerat adducit. Sed oportet accipere ſarcocollam, & puluerẽ facere, tẽperare cum aqua, & ungere circũquaq; hęmorrhoides. Si in natibus alia paſſio quàm hęmorrhois naſcitur, oportet quidẽ ut unde ſit intelligamus. Si apoſtema ſit, mittamus hęc cataplaſmata: Recipe lentes, roſam, tẽperata cum ſucco ſolatri, oleo roſaceo, unde fiat cataplaſma. Si apoſtema ſit forte, & incendens, uitellum oui aſſi cum ſirupo roſato, oleo roſaceo, quia ſtatim extinguitur dolor. Aliud: Recipe frondes hyoſcyami, portulacam, micam panis, uitellum oui, fac cataplaſma, & pone deſuper. Si in natibus habeant fiſſuram, & arſuram, mitte uiſcum, ſemen citoniorum, dragaganti, axungiam gallinę, anatis, oleum uiolatum, ceram albam, medullam uituli, oleum roſatum, albumen oui. Si dolor ſit nimius, detur ad bibendum pſylliũ cum ſirupo roſato, & oleo roſato. Si uulnera ſint ſine apoſtemate in natibus, medicinã deſiccatiuam faciamus, de charta bombycina aſſata, & alumine, & colocyntha ſimiliter. Si humiditas ſit nimia, ponamus aloẽ, hæmathithen, piſtata. Si concauitas affuerit, ponamus libanũ. Si ſit corroſiua, ponamus lentes, balauſtiam, acaciam, ſandalis, roſas. Si in natibus dolor ſit ſine uulnere, uel apoſtemate, ungamus hoc unguento: Recipe ceræ albę, drach. 5. amygdaleo, drach. 20. medullæ bouinæ, drach. 3. olei roſati, drach. 10. ceruſſę, drachmas 2. Aliud: Recipe lithargyri, ceruſſę, ana drach. 5. croci, drach. s. olei roſacei quantũ ſufficit. Aliud: Recipe ceruſſam, plumbum incenſum, oui uitellum. Iuuat hæmorrhoides ubicunq; habeantur, & uulnera, & apoſtemata in natibus. Aliud: Recipe acaciam, lithargyrum, ceruſſam, de cucurbitis ueteribus, & uinarijs incenſis, omnia piſtato in mortario plumbeo cum oleo roſato, ut fiat quaſi mel, & iungatur. Si ſanguinis fluxus de hęmorrhoidibus augmentatur, medicemur ſicut in dyſenterijs, & fluxu ſanguinis diximus.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 107 sur 404

©BIUM

De mollitie & exitu ani. Cap. XX.

PAſſiones ani ſicut hęmorrhois, apoſtema, uulnera, fiſſura, nocent, & dolere faciũt nates, infirmũ exprimere cogentes quaſi ex quadam ſuauitate, unde exit anus. Aliquando quoq; egreditur ex mollitie lacerti uoluntarij. Ideoq; ſtercus infirmi ſine uoluntate inde exit. Oportet ergo ut uideat unde naſcat. Si de expreſſione dolorem nimium ſentiunt. Infirmus ſedeat in aqua ubi cocta ſint ſtiptica, balauſtia, galla, cortices maligranati, ſumac, glandes, & ſimilia. Demus infirmo diacoſim, hæmathiten, diaxylo carrata, diacitoniten, triferam maiorem & minorem. Pilulę de bdellio, accipe uiſcum maluæ, & oleum, inde unge manus, redde anũ intra. Similiter cũ uitello oui, & uiſco pſyllij. Qui poſtquam introierit, fomentetur cum re ſtiptica iam dicta, deinde accipe gallæ, conchæ marinę incenſę, ana. drach. 1. & s. nucis cypreſſi, balauſtię, corticis malorum granatorũ, acacię, ana. drach. 1. fac puluerem, pone ſuper anum hora una. Poſt aliam horam fomentẽtur cum re ſtiptica iam dicta. Accipe cortices lentiſci arboris, drach. 5. nucis cypreſſi, drach. 2. & ceruſſam, fac puluerem ſuper anum mittens. Hij omnes puluerę quos dixi, & omnes ſpecies, poſt ani reuerſionem, ſiue puluerate ſint, ſiue epithimata, ſeu fomentationes, multum ualent.

CONSTANTINI AFRICANI MEDICI, LIB. V.

De mala complexione epatis. Cap. I.

MVLTIS in locis pręſtantiſſimi medici digeſtibilem uirtutem tria loca obtinere dixerunt corporis. Primũ in ſtomacho: ſecũdum in epate: tertium in omnibus membris corporis. Nos in quarta particula diximus quos morbos prima digeſtibilitas pateretur. In hac quinta dicere diſpoſuimus, quos morbos ſecũda in epate patiatur, & ſigerones & curas, ſecundum antiquorũ autoritates. Incipiamus ergo à mala complexione epatis, & dicamus. Epar duobus patit modis, ex ſuæ eſſentię proprietate, uel ex aliorũ membrorũ uicinitate. Ex ſui proprietate, tribus morborũ generibus, ſicut & omnia mẽbra corporis patiunt. Primũ mutationẽ cõplexionis, ſicut ſi frigeſcat, uel caleſiat, humectet, uel ſiccet, ſimpliciter ſeu cõpoſite, Secundũ genus, officiales morbi uocãtur, ſicut oppilatiões, uel apoſtemata. Tertiũ diſſolutio appellat imparitatis, id eſt, ſeparatio iũcturę, ſicut ſunt uulnera, excoriationes, inciſiones, & ſimilia. Hę aũt paſſiones futurã generant

nerant hydropiſin. Nos uero morbos in ſuis locis dicturi ſumus. In preſenti harū à mala cōplexione incipiamus. Si epati diuerſarū complexionum, uel paſſionū una dominetur, qua uirtus eius naturalis ſuperetur, duricies, & tumor, in ipſo inde conficiuntur. Hæc mala complexio uel cum materia eſt, uel ſine materia. Si complexio mutatur in calorem, infirmus nimiam ſentit ſitim, & ardorem, choleram rubeam uomit, color eius in citrinitatem mutatur, ſiccitatem habet linguæ, palati, & narium. Appetitus eius in cibis defectus: urina citrina cholerica. Si infirmi ægritudo in frigorem ſit mutata, nihil horum habet, quæ diximus, ſed nimiam famam patitur, ſine digeſtione, grauitatem in epate, color faciei corrumpitur, & mutantur labra, & lingua albeſcit, ſanguis minuitur. Mutatione epatis in ſiccitatem, ſpaſmus circundans epar ſentitur, ſiccitas eſt in lingua: Subtilis urina, digeſtio parua, & ſicca, corpus macilentum. Si mutetur in humiditatem, facies infirmi tumeſcet, & inflatur, neque ſitit propter humectationem: Vrina alba, & clara ſine tinctura aliqua, & quaſi aqua. Intelligitur item mutatio cōplexionis epatis ex natura infirmi, ætate, tempore, dieta ante infirmitatem habita. Item ſi hæ complexiones dominentur compoſitæ, apparent ſignificationes compoſitę, ſecundū naturā cōpoſitionis ſuæ. Oportet feſtinare in medicāda cōplexionis epatis mutatione, ut ad naturalē proprietatē ualeat redire antequā indurauerit, & intumuerit. Galenus in libro iuuamenti membrorū dixit: Intentio dei in creādis animaliū mēbris fuit tribus modis. Quędā pars ut uiueret per ipſam, ſicut oculi, auriculæ, manus, pedes, & ſimilia. Alia quibus generant animalia. Cum aūt epar unū ſit de membris illis quibus animalia uiuūt. Cū corrūpitur complexio ſua: uidēdum eſt unde corruptio fiat. Si ex calore ſit, oportet baſilicam phlebotomari, ſi tempus, ætas, conſuetudo & uirtus nos adiuuerint. Quod ſi non, refrigeremus cum ſpodio, ſaccharo, pſyllio, ſirupo albo, oxyſaccharo. Demus ſerum cum oxyſaccharo, ſuccum endiuiæ, & ſolatri bene coctū & colatū. Demus de trochiſcis cōpoſitis, epatis refrigeratiuis, quos in hac particula ſumus dicturi cum frigidis ſirupis. Demus ſuauia, & leuia cathartica, ſicut iſtud quod recipit ſucci cucurbitæ, maligranati, ana. drach. 2. ſacchari, mannę, añ. drach. 6. ſpodij, ſeminis citoniorum, dragaganti, ana. drach. 3. omnia piſtata ponantur in ſuccum illum die ac nocte, poſtea frica, & cola dans bibere. Cibet chryſolocanna, lactuca, blito, portulaca, ſolatro, cucurbita: ſi febres nō habeat, demus hęc cocta cū pullis, perdicibus, phaſianis. Abſtineat à lacte, & factis ex lacte, melle. & factis ex eo, & de omnibus craſſis carnibus. In aqua bibēda miſceāt frigidos ſirupos. Cataplaſmata ponamus ſuper epar, calorē extinguētia, ſicut portulacā, ſolatrū, cucurbitā, pſylliū, lanuginē, lactucas, maluas, uiolas: omnia piſtent cū oleo roſaceo, & cataplaſma fiat. Si epar in frigiditatē mutet, infirmo demus diarheūbarbarū, & trochiſcos inde factos. Dialaccā cū trochiſcis ſuis.

Diacurcumam

©BIUM

Diacurcumam maiorē & minorē, athanaſiam, diacoſtū, qualecūq; horum medicus inuenerit, det drach. 1. uel s. cum ſucco herbarum, ſicut marathri, apij, cocto & colato, cum oxymelle, ſirupo abſinthij, ſirupo radicū, uel decoctionē calamenthi, cum decoctione de aniſo, marathro, apio, maſtiche, ſpica, folio, ſquinato. Si ſimplex inuenerit, ſiue compoſitum, det cum amygdaleo. Demus dialangā, diacyminū, dianiſum, diaroma. De trochiſcis demus quos dicturi ſumus, trochiſcos de aniſo, uel de abſinthio, & ſimilibus. Cataplaſma ſuperponamus epati, quod calefaciat. Similiter epithima ſicut oleū nardinū, anethileon, & ſimilia. Obſeruet ſe à duris cibarijs, & ad digerendū duris. Nutriatur cū ſubtili, & leni dieta cū calidis aromatibus parata. Manducent uuas paſſas: Habēt enim propriū iuuare defectionē epatis undecunque ſit. Similiter fiſticū, quia ualet frigido epati. Caueant ſibi ab omni dulcedine, quia nocet epati, & ſpleni faciens ibi oppilationē: amara bibant, maxime ſi ſint pontica. Si epati frigiditas uel humiditas dominetur eum frigidis medicemur refrigerantibus, uel calefacientibus. Nos in hac particula dicemus de medicina quantum ſibi ſufficiat.

De oppilatione epatis. Cap. II.

EPar multis modis oppilatur, uel ex craſſo ſanguine ab epate ad membra currente: unde cum non poteſt exire, remanet clauſus in uijs epatis, & eius uenis, oppilans eas ex craſſitudine ſua, uel ex humoribus craſſis, & uiſcoſis, in uenarum extremitatibus ſe inuiſcantibus, qui de maiori uena epatis egrediuntur, & ibi oppilatio generatur. Item epar oppilatur de quorūdam membrorum inciſionibus. Si manus enim uel pes incidatur, permanet ſanguis ille in epate, ſolens membrum illud nutrire, & ita epar oppilatur. Similiter oppilatio in muliere naſcitur, cum menſtrua eius ante tempus auferantur. Sanguis enim ſolens exire cum menſtruis, oppilatur in eius uijs, atq; uenis. Vnde epar cōſtipationem patitur, cum ſuccus cibi ſecundum quod oportet non ab eo recipiatur. Vnde infirmus grauitatem nimiam ſub hypochondria, à parte ſentit dextra. Si fumus in epate adunetur, neque exire poteſt, non ſola grauitas ſentitur, ſed extenſio, & inflatio & dolor ſentitur inter furculas, & epar. Et cum ambulent, uel ſaliant: maxime poſt ebibitam aquam ſentiunt puncturam, dolorem, & grauitatem. Furculæ ſemper mouentur, neque à pulſatione quieſcunt. Vrina eorum eſt ſubtilis, & clara, citrina uel glauca, ſi oppilatio ſit ex calore: albā, ſi ex frigiditate, & ſi oppilatio ſit ex menſtruis ablatis, uel membris inciſis, palàm fit uiſui. In oppilatione epatis ex calore, baſilicam in dextra manu minue, uel uenam quæ inter pollicem eſt & indicem, & auferamus ſanguinē ſecundū uirtutē. Si, inquam, tempus, ætas, uirtus, conſuedo nos adiuuent. Si non, leue demus catharticū, ſicut eſt iſtud; Recipe mirobalani

©BIUM

robalani citrini, uiolæ, abſinthij, cuſcutæ, fumi terræ, ana. drachmas 20. capillorum ueneris, roſę ſiccę, radicum apij, marathri, endiuię, ana. drach. 10. ſeminis ſcariolę, aniſi, maſtichis, ſpicę, ſuccheę, ana. drach. 4. prunorum, iuiubarum, ana. drach. 30. omnia in 8. libris aquę coque uſq; ad tertiã partem, & cola, deinde accipe manna, drach. 20. caſſięfiſtulę, drach. 10. quæ iterum cola, & mitte lib. 2. ſacchari, coque foco leni uſq; quo fiat ſirupus, da unc. 5. uel 4. cũ amygdalei, drach. 1. diagridij, ſcrup. s. ſecũdum uirtutẽ infirmi. Si infirmus fuerit debilis, ut ſirupũ iſtũ bibere non poſſit, nec alia tantundẽ ualentia, ſicut apozema de abſinthio, uel de fumo terrę, uel de radicibus, & ſimilia cathartica, præcipiamus ut aſſuę faciat ſuccũ endiuiæ, & marathri coctum & colatũ, unc. 6. cum oxyſaccharo omni die. Quod ſi ſit fortis, bibat prioris ſirupi ſine intermiſſione. Item ſi debilis ſit, demus ſuccum maligranati cum oxyſaccharo, & ſuccum ſolatri, & quinqueneruię cum ſaccharo. Demus diarhodon, trochiſcos de berberi. Nutriantur cũ cibis leuibus, & ſubtilibus, ſicut pullis, perdicibus, phaſianis, & ſimiliter ſcariola, lactuca, ſolatro, blito, & ſimilibus. Ptiſanam demus ubi radices marathri, & apij cocti ſint, cũ oxyſaccharo. Si oppilatio ſit de humoribus groſſis, & uiſcoſis, detur infirmo hierapicra, hieralogodion, ſtomachicon & ſimilia craſſos humores purgantia: maxime ſi ſint incõcauitate, & profunditate epatis, propter illius loci uicinitatẽ ad uentrẽ. Si humores hij in ſuperiori ſint parte epatis, demus infirmo diuretica, urinę purgatiua, aperientia epatis ſuperiorẽ oppilationẽ. Venę enim ſuperioris epatis iunctę ſunt uijs urinę. Diuretica aũt ſunt, abſinthium, hyoſcyamus, aſarus, ſpica, coſtũ, ameos, & ſimilia: horũ ſimplicium, ſiue compoſitorũ, da infirmo, drach. 1. & s. cum oxymelle, ſuccis marathri, apij, hyſopi, abſinthij, qualecũq; horũ uolueris ſimplex uel cõpoſitũ, dabis cũ oxymelle, uel amygdaleo. Si fuerit neceſſe plus aperiri, & calefieri, quia nimis eſt frigidũ, demus philoniũ, athanaſiã, homoruſiã, theriacã, diarheũ barbarũ, diacoſtum, & ſimilia. Apozemata demus de calamentho, de ireo, de ſpermatibus, cum amygdaleo, uel ſambuceleo, uel oleo nardino. Trochiſcos demus de lacca, & ſimiles. Nutriamus cũ aſperagis, blito, carnibus uolatilium. Si oppilatio epatis ſit ex ablatis mẽſtruis, phlebotomemus ambas uenas in cruribus, & balneemus. Succos herbarũ coctos, & colatos cum amygdaleo demus, & apozema de calamentho, & de radicibus, de diamarte, & ſimilibus. Si ex inciſione aliquorũ membrorũ ſit, prȩcipiamus phlebotomari, & demus diuretica iam dicta.

De apoſtematibus epatis. Cap. III.

APoſtemata in epate naſcentia duobus ſunt modis, uel de cauſa exteriori ſicut de percuſſione, uel colliſione, & ſimilibus, quibus ſanguis in loco illo clauditur, & apoſtema efficitur. Vel de interiori, ſicut

©BIUM

ſicut ſi in epate quidam humores includantur, & de ipſis putrefactis apoſtemata generentur. Qui ſi fuerint ſanguinolenti, generant apoſtemata, quę phlegmones uocãtur. Si calidi ſint & cholerici, generant eriſipelas. Si melancholici, dura gignunt apoſtemata, quę in cancrum mutantur. Si phlegmatici ſunt, apoſtemata faciunt tumida mollia. Aliquãdo apoſtemata in epate naſcũtur ex groſſa uentoſitate quæ ibi clauditur, neq; inde exire poteſt. Cuius cauſa eſt commeſtio nimia, & parua digeſtio. Apoſtemata naſcuntur in epate duobus locis, in ſuperiori parte, uel inferiori. Si ſint in ſuperiori, contactu ſentitur, maxime ſi magnum ſit. Si inferiori, intelligitur ex ſuis accidẽtibus. Accidentia quibus conſideratur in ſuperiori parte epatis eſſe apoſtema, talia ſunt. Infirmus ſentitur grauitatem nimiam in dextro latere, & dolorẽ nimiũ inter epar & furculas, cum ſuſpiret uel lugeat, uel cibus & potus hęc faciat, uel ex itineris feſtinãtia, & patitur in anhelitu anguſtias. Epatis enim ſuperiora cum diaphragmate ſunt iuncta, tuſſiũt ſine ſcreatu, quia materia eſt extra ſpiritus inſtrumenta. Si calidum ſit apoſtema, cum ſignificationibus, febris iungitur nimia, propter uicinitatẽ cordis ad ſuperiora epatis, augmentatur ſitis in initio paſſionis, lingua infirmi ſubrubicunda fit, & poſt in nigredinem mutatur. In initio cholera rubea emittitur, quæ poſt in uiriditatẽ & ęruginẽ mutatur. Si apoſtema ſit frigidũ, non ſentit dolorem nimium, neq; ſitim: febris enim eorũ eſt lenis. Si apoſtema ſit in inferiori epatis parte, ſentit grauitatem cibi, & parũ digerit, dolorem quem ſentit cum ſpirauerit minor eſt quam quẽ ſentit in ſuperiori. Digeſtio eſt ſicca, & dura, & abominatio eſt eis multa. Quod ſi apoſtema ex uentoſitate fuerit, grauitatem ſub hypochondrijs à dextra parte ſentit & conſtrictionẽ. Cum epar ſit fundamentum ſanguinis, neceſſe eſt ut cũ defecerit à mũdificando ſanguine: ſed quod oportet, propter apoſtemata, uel propter oppilationes, uel malas cõplexiones, ſanguis perdat ſplendorem, & ſuam pulchritudinem: unde color faciei in citrinitatem mutatur, & liuiditatem. Si autem epatis apoſtemata diſponamus medicanda, oportet ut unde ſint perquiramus. Si enim ex calido, baſilica eſt incidenda in manu dextra: & ſi plenitudinẽ corporis trahendus eſt ſanguis, quia omne apoſtema in qualicunq; membro naſcens, ex collectione eſt ſanguinis ad membrum illud confluentis. Quod ſi ſanguini minuendo aliquid obuiauerit, medicabimur ab initio apoſtematis uſq; ad ſtatum ſui cum cauſa repugnatiua, & ſtiptica, ſiue bibenda, ſeu extra ponenda, ut epati prohibeat ne materiam illam recipiat, unde fit apoſtema. Cum apoſtema ad ſtatum perueniat, oportet parumper commiſceri huic medicinæ rei diſſolutiuæ, & mitigatiuę, & ſic faciamus ſæpius ut refrigeſcentem & repugnantem rem minuamus: diſſoluentẽ, & mitigantẽ, augeamus, & cum ad finem paſſionis peruenerimus, medicina noſtra ab illa quæ fuit in initio diſſideat. Sic enim pręcepit qui hanc artem nobis manifeſtauit magiſter noſter Galenus,

qui

qui hanc autoritatem, fundamentum nobis, & ſimilitudinem in medicãdo omni apoſtemate dedit. Medicina refrigeratiua, & repugnatiua inprimis hæc erit danda, ſuccus ſolatri, endiuię, arnogloſſę, uirgæ paſtoris, coriandri, borraginis, ramorum uitis. Quencunq; horum inueneris, dabis bene coctũ & colatum, cum quo miſcenda eſt res aliqua epatis confortatiua, ſicut ſandali, ſpodiũ, oleum roſaceũ, & ſimilia. Cum res diſſolutiua erit incipienda, miſceamus cũ ſtiptica, & repugnatiua cauſę apoſtematis, diſſolutiua, ſicut caſſiafiſtula, manna, mel uiolatũ, rhodoſacharum, & ſimilia, ſicut fortitudo uidebitur paſſionis, & qualitates infirmi. Et ſimul miſceamus de cõpoſito medicamine, calido apoſtemati ualẽte, ſicut trochiſci ſunt de berberi, & de camphora, & uiola, & ſandalis, & ſimilibus. Si calor augmentetur, ſuccũ maligranati demus cum ſaccharo, oxyfœnicia, manna, & ſuccũ cucurbitæ, ſirupum uiolatum, cum amygdaleo, & coriandro, prȩcipiatur infirmo ut obſeruet ſe à melle, & ex melle factis, carne, uino, & de omni re calida. Si in initio cataplaſmate indiguerimus, rem refrigerantem demus, ſicut portulacam, cortices cucurbitæ, lentigines aquæ, uirgam paſtoris, farinam hordei, ſolatrum, pſyllium, & ſimilia. Poſt cataplaſmata ponamus odorifera, confortatiua, & diſſolutiua, ſicut de ſandalis: Recipe roſacei, drach. 5. Quidã medici ſulphur, & maluam, iungunt ceræ albæ, drach. 3. olei roſati, quod ſufficit. Epithimata faciamus: Recipe oleum myrtinum, citoninum, maſtiche, & ſimilia. Hęc ſunt utilia ad curanda epatis calida apoſtemata, ſecundum canones artificiales. Si apoſtema ex frigore ſit, demus decoctionẽ de radicibus calamenthi, hyſſopi, cum amygdaleo, ſambuceleo, antidotum diagalanga, dialacca, dia rheumbarbarum, diacyminum. Qualecũq; horum inueneris, drach. 1. & s. dabis cum ſucco marathri, uel apij cocto, & colato, uel decoctione, de radicibus, uel ſirupo de abſinthio, uel oxymelle. Si autem uideamus in urina hypoſtaſin, intelligitur maturatum apoſtema, deinde demus rem aperientem oppilationes, & laxatiuam oris uenarum. Si apoſtema ſit in ſuperiori gibbo epatis, demus diuretica, & urinę purgatiua, ſicut ſpicam, apiũ, aniſum, marathrum, abſinthium, rheũbarbarum, hyſſopum, & ſimilia. Si apoſtema in inferiori parte ſit epatis, purgemus corpus cum apozemate de agarico hierapicra, & ſimilia. Si inueterata ſint apoſtemata uel indurata, & tumentia, de his Galenus in libro ad Glauconẽ: Dura, inquit, apoſtemata in epate ſi inuetereſcant, nunquam ea curare potui, neq; alios facere uidi. Omnis enim huiuſmodi patiẽs futurus eſt hydropicus, & plurimum licet poſt longum tempus, inde tamen moriuntur. Vidi autem multos in breui tempore morientes, qui ſcilicet breuem, & nimiam habuerunt ſolutionem. Sed tamen oportet eorum dicere curationes. Duritiem epatis ueterem iuuat omne adaperiens, ſicut ſpica, eupatoriũ, radix lauri, ſuccus apij, marathri, endiuiæ, & ſimilia. Spicæ ſcrup. 2. cum ſucco marathri iuuant. Agarici, drach. 1. & s. ſi-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 113 sur 404

©BIUM

militer. Epar lupi ſiccum cum uino iuuat ſimiliter. Dialacca, diacoſtum, diacyminū, philoniū, & theriaca, & ſimilia. De ſimplici medicina, omne quod parum ponticū eſt iuuat cum amaritudine ſua duriciē epatis, ſplenis, & ſtomachi, ſiue cocta in aqua, & bibita in ea, ſeu cum uino. Epithima faciamus de oleo nardino, & ireleo, caſtoreleo, maſticheleo, & ſimilibus. Cataplaſma ponamus de ſpica, abſinthio, chamomila, caſſia, & ſimilia. Nutriamus cū leni cibo, cuſtodiamus à grauibus. Si apoſtema de uentoſitate ſit craſſa, & fumoſa, epate incluſa, demus ſuccū ſcariolæ, marathri, apij, cum amygdaleo, & oxyſaccharo: Trochiſcos de abſinthio, ſirupos de ſquinānto, apozema de radicibus. Si apoſtema ſit de percuſſione, uel caſu, uel colliſione, dent rheum barbari, ſcrup. 2. cum oxymelle, uel lacte, uel rubea, drach. 1. & s. cum uino, ariſtolochię longę, drach. 1. cum aqua calida. Si infirmus cū apoſtemate patitur calorem in epate, demus balauſtiam, bolum armenicum, cum aqua arnogloſſę, ſolatri. Puluis ualens ad percuſſionem epatis, & caſum: Recipe balauſtiæ, boli, amyli, ana. drach. 3. ſanguinis draconis, rheumbarbari, laccæ, myrrhæ, ana. drach. 1. & s. fac puluerem, da drach. 1, cum apozemate de roſa, de naſtiche, de arnogloſſa.

De fluxu ſanguinis ab epate. Cap. IIII.

SAnguinis fluxus ab epate, multis modis. Sed ſanguis diuerſi formiter exit: Vel enim ex ſeparatione iūcturæ, ſicut cum ſubſtantia eſt uulnerata uel ex uenarū apertionibus. Quę inter ſe differunt, quia ſanguis de uenis apertus, purus eſt & rubicundus. De uulneribus, niger craſſus, & putrefactus exit. Vterq; in inteſtinis neq; punctură, neq; torturā facit. Eſt & alia ſpecies, unde ſanguis purus emanat. Verbi gratia: Si de corpore manus uel pes inciſa fuerint, ſanguis unde nutrita fuerāt ad epar redit, quem epar deficiens emittit. Similiter nimia ſoliti habere exercitia, & poſt quiete diſſoluti longa, ſanguinē ex nimijs collectū exercitijs ad naturā mittūt epatis: quem collectū emittit, & cum digeſtione ejicit. Hęc ſpecies ſicut Galen. dixit interpolatim uenit, ſicut & epilepſia, & febris periodus. Eſt & alia quę à medicis digeſtio epatica uocatur, in qua cum digeſtione nimius ſanguis exit, & quaſi lauatura recētis carnis. Cauſa hęc eſt defectio, digeſtiuę uirtutis, quæ mutare debet in epate ſuccū cibi, in ſanguinē. Eſt & ſpecies alia exiens cum digeſtione, in qua ſanguis eſt niger, & lucidus. Hęc aut eſt cum epar in perfectū ſanguinē cibū mutet. Sed tamē contrariū habet, ut eum ad membra reijciat, ſicut cū ſibi obuient oppilationes, & cōſtipationes. Sanguis enim permanens in epate longo tēpore neque diuiſus per membra, neceſſe eſt calore epatis incendatur, & corrūpatur. Quem poſtea expulſiua uirtus epatis ad inteſtina expellit, & cum digeſtione emittit. Cum ergo intellexerimus cuiuſmodi ſanguinis fuerit fluxus, ſecundū ſuam oportunitatem

©BIUM

tunitatem erit medicãdus. Si ex apertione ſit uenarũ, demus quod ſanguinẽ ſtringat, epar confortet, ſicut balauſtiã, roſam, ſpodiũ, acatiã, bolum armeni cum, & terrã ſigillatã, caraben, gũmi, hypociſtidos, & ſimilia. Quodcũq; horum inuenerimus, drach. 1. & s. demus, cum ſucco arnogloſſę, uel uitis fronde. Medicemur, prout in ſanguinis fluxu de epate diximus. In bibendo miſceamus ſirupum myrtę, ſapam citoniorũ, ſirupũ maligranati. De cõpoſita medicina, hos trochiſcos demus: Rec. ſpodij, uiolę, roſę, añ. drach. 5. ſanguinis draconis, balauſtię, ſumac, cõchulę marinę incenſę, cupularũ glandium, añ. drach. 4. carabę, gũmi, coralli incenſi, acaciæ, rheũbarbari, añ. drach. 2. croci, ſpicę, cãphorę, hypociſtidos, ana. drach. 1. fac puluerẽ, tẽpera cũ ſucco arnogloſſæ, faciens trochiſcos, drach. 1. da. 1. bibere cum aqua frigida. Si fluxus ſanguinis ex defectione ſit mutabilis uirtutis in epate, & defectio ex corruptione ſuæ cõplexionis, uideamus ſi infirmus nimiã ſitim habeat, & ablationem uirtutis appetiuę, & colorẽ citrinũ, urinã rubeam, de quibus intelligitur, quia defectio ſit ex calore. Oportet ergo cauſam refrigerãdi, & ſtipticam dare, unde calor extinguat, epar cõfortetur, & maxime ſi ſit odorifera, ſicut eſt roſa, ſandali albi & rubei, balauſtia, ſpodiũ, & ſimilia. Similiter ſapa de malis, & malis granatis, cũ trochiſcis de ſpodio. Cataplaſma ponamus de ſandalis, roſa, balauſtia, myrta, ſucco ſolatri, rhodoſtomate, & ſimilia. Si digeſtio erit quaſi lauatura carnis, ſine tortura, dolore, uel ardore aliquo infirmi uiſcerum, & color in albedinẽ mutet, uel in liuiditatẽ, intelligenda eſt epati dominari frigiditas, & quia uirtus eius ſanguinẽ faciẽs deficiat. Vnde medicandũ eſt cõfortatiuis, & parũ habentibus caloris, ſicut galla, macis, ſpica, rheũbarbaro, lacca, gariophyllo, ligno aloẽs, cardamomo, & ſimilia. Hæc ſimplicia demus, uel cõpoſita, cum aqua ubi cortices fiſtici fuerint poſiti, uel ubi aliqua harum ſpecierũ cocta ſit, ualent huic ſpeciei digeſtionis. Item iuuant aniſi, drach. 3. & s. parum aſſati, & cum ſucco apij. Epithima faciamus epati: Recipe maſticheleon, nardileon. Nutriatur cum perdicibus, turdis, phaſianis, pullis, cum aromatibus præparatis. Cuſtodiatur ab omni cibo ad digerendum duro: Nocet enim ei multum. Si digeſtio ſanguinis de crepatura ſit apoſtematis, uel de marcore uulneris, & ſanguis exiens ſit turbidus, & ſanioſus, quo intelligimus, quia apoſtema prius habuerat, oportet dare quæ de ſuis putredinibus mundificent uulnera, & confortent epar, ſicut roſam, balauſtiã, ſanguinem draconis, maſtichen, carabe, bolum, crocum, & ſimilia. Hęc ſimplicia, uel compoſita ſint, da drach. duas cum ſucco citoniorum, uel arnogloſſę, quę mundificant uulnera de putredine ſua, & conſolidant ea, & confortant epar. Nutriantur cum iure amylio, oryzæ, & cum uitelli oui lẽtibus, arnogloſſa cocta.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 115 sur 404

©BIUM

De hydropiſi. Cap. V.

HYdropiſis eſt, uirtutẽ errare mutabilem in epate. Virtus enim digeſtiua epatis, cum mutare ſuccũ cibi in ſanguinolẽtos humores deſierit, cũ quibus & tres humores ſunt alĩ, cum inquã hęc uirtus pigreſcat in cõplenda actione ſua, neceſſe eſt ſanguinem corrũpat, qui indigeſtus corpus nutriat. Vnde fit ut totũ corpus tumeſcat, hydropiſis ergo eſt ex defectione ſola mutabilis uirtutis. Corruptio enim ſanguinis ex infirmitate eſt huius uirtutis. Nos autem in principio huius libri diximus paſſiones epatis, quę uel ab ipſo ſolo ſint uel ex ſocietate alterius membri, ſicut ſtomachi, ſplenis, inteſtini, renum, uel matricis. Item diximus quod paſſiones proprie epatis non exeant tria genera morborũ, quos dicũt medici omnia membra pati corporis, id eſt, malam complexionem, officiales morbos, iuncturæ ſeparationem. Galenus dixit Impoſſibile eſt hydropiſim eſſe ſine paſſione epatis. Non enim naſcitur niſi ex debilitate uirtutis digeſtiuę, & ſanguinis generatiuę. Quod proprium eſt epatis. Sed tamen non quodcunq; epar in ſua proprietate deficiat, uel malorum membrorum uicinitate uirtus deficit hęc, & nõ ceſſat à complemento actionis ſuę. Epar enim aliquando patitur, & tamen hæc uirtus actionem ſuam naturalem non prętergreditur. Augmẽtate tamen epatis paſſione, & maxime dominante, neceſſe eſt hanc deficere. Neq; enim ſuccum cibi mutat, ut ſanguinem inde faciat. Qui cum ſit crudus, & indigeſtus permanebit, & hydropiſin facit. Si humor ille aliquas uirtutes inuenerit in digeſtiua uirtute, mutatur aliquantulũ, ſed tamen non fit incorruptiſſimũ. Vnde quoddam hydropiſis genus concreatur, quæ hypoſarca uocatur, cuius tumor ęquę per totũ corpus diuidit. Hæc ſpecies facilis ad curandum eſt. Cauſa ſuę facilitatis, materiæ eſt bonitas, & diuiſio ſua per omnia corporis membra. Vnde quodq; membrũ tantam habet uim quanta ei ſufficere poſſit. Sed ſi humor digeſtiuam inuenerit pigerrimam in mutãdo ſanguinem, generatur humiditas citrina, ſalſa, atq; mala. Quæ cum grauet epar, ut diuidere eum nequeat, neq; mũdificat, neq; membris alijs mandat, neceſſe eſt ut calor epatis tandẽ ſoluatur, & fumũ faciat, quem poſt ad uentris pelliculam eĩciat, circundantẽ uentrem & inteſtina, quam uocãt ſiphac. Vbi collecta mutatur, & in humiditatẽ aquoſam uertitur, unde ſpacia inter inteſtina, & pelliculam, quę ſiphac dicitur, implent. Si humiditas huius fumi maior quàm uentoſitas ſit, ſpecies generatur, quæ hydropiſis uocat. Infirmus enim cum mouetur, & aqua illa uentris mouetur, ſicut aqua utre incluſa. Hęc ſpecies cęteris frigidior eſt. Si humiditas hęc minor ſit uentoſitate, & fumo, generatur ſpecies illa quę uocatur ſicca, propter ſiccitatẽ ſubſtantię uentoſitatis, & dicitur tympanites. Si enim uentrem infirmi percutias, quaſi tympanũ ſonat. Poſſibile eſt enim hanc ſpeciem hydropiſis de minore frigiditate naſci, quia humiditas groſſa non poteſt fieri

aẽria,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 116 sur 404

©BIUM

aëria, si multa sit frigiditas. Hæc quoq; species ad curandum dura est, & longa ad sanandū. Sed tamen oportet ut duobus modis intendamus ad curandum hydropisin, sicut Galenus dixit: Vna est intentio nostra in uirtute digestiua cōfortanda, ut auferantur ei nocitiua. Altera illius materię purgatio, & ab ipsa corporis mundificatio. Si calor sit causa unde digestiua deficiat, intelligitur ex siti infirmi, & febribus, & uelocitate pulsus, & citrinitate corporis coloris. Cui magnopere præcipiendum est, ut bibat quod calorem refrigeret, sicut sunt trochisci, de camphora, de spodio, de berberi, cum succo solatri, endiuię, & marathri, & cassię fistulæ, purgemus humiditatē cū succo cuscutę, uel cū succo fumi terrę, uel succo herbę minutę arborē circūdantis. Si frigidior sit causa unde uirtus eadē deficiat, quod ex liuiditate coloris infirmi certificatur, sitis paruitate, & febriū ablatione, pulsusq; ablata uelocitate, medicinā demus calidā, sicut diarheūbarbarū, diacurcuma, dialacca, diacostum, diarhodon, theriacā maiorē, trochiscos de eupatorio, de aniso, de absinthio, athanasiam, sirupū de squinanto, & iride, absinthio, de radicibus, & similia. Si aqua uel humiditas hydropisis dominet, & multiplicet, & apparens uirtutem grauet, non in uirtute cōfortanda impediamur, sed ad purgandam aquam illam festinemus. Purgatur hæc aqua modis quatuor, uel cum diureticis per urinā eam expellentibus, sicut spica, cassia, asaro, costo, rheum barbaro, aristolochia longa, & rotunda, squinanto, croco, aniso, marathro, apio, myrrha, dauco, & simili simplici medicina. De compositis demus dialaccā, diacyminū, diacostū, athanasiā, homorusiā, trochiscos de aniso, de absinthio, & similia. Secūda medicina citrinā aquam purgans, cum sudore, & dissolutione eijcit. Quod cum balneis, & fumigationibus efficitur, sicut chamomileon. Accipiamus anethū, melilotū, abrotonū, samsucū, cocta in aqua cum quibus infirmi uentrem suffumigemus. Aliquādo sufficit aqua sulphurea, uel marina. Tertia quæ hanc eandē aquam purgat est lac camelinū, urina eorū, & serum. Hæc aqua istam ex similitudine, & societate sua, expellit, ut hæc aqua extranea quę est humida, & fluida, obuiet aquę similiter humidæ & fluidæ, & cōpellat secum exire ex quadā sui similitudine. Quæ purgat cū uirtute trahēdi, ut tithymalus, & lac suū, cocognidion, serapinū, stercus columbinū, elacteriį radices, chalciteos, ireos, euphorbiū, colocyntha, scammonium, & similia. Quarta medicina cum incisione umbilici & perforatione sui. Hęc autem cum impletur & aqua augmētatur, non oportet temere de hac medicina se intromittere, nisi cum maiori suspicione, & in illo solo genere, quod uocat hydrops. Incensio non ualet nisi soli hyposarcæ, & aliquando hydropisi. Phlebotomia nulli generi hydropisis conuenit, nisi tantū mulieribus hęc habentibus, quia menstrua auferūtur hanc habentibus passionem propter sanguinis ablationem, qui de eorum corporibus solet egredi, uel cum hæmorrhoide, uel nariū emissione minuantur, neq; tamen semper

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 117 sur 404

©BIUM

niſi cum uirtus nondū defecerit. Dioſcorides dixit: Vrina caprina una quaque die calida cū ſpica diſſoluit hypoſiarchā, cum urina & digeſtione. Alij dicunt urinam pecudis rufę uel nigrę cum ſpica coctam ad ſpiſſitudinem ſimiliter facere.

De antidotis. Cap. VI.

DIctis paſſionibus quas epar patitur, & earum cauſis, & quomodo ſecundum regulas artificiales curentur, placuit ut poſterius medicinam compoſitam, epatis paſſionem iuuātem, dicamus, & ei cōuicinantium ſicut ſtomachi, & uiſcerū curationes, non reticeamus. Quorū paſſiones in hac particula & quarta diximus. Item quia hæc maxime ſunt neceſſaria uulgo, & maioribus propter communem iuuamenti in uij ſomnibus epatis, & uiſcerū paſſionibus. Sunt autem in artificio diuerſa. Quędam enim ſunt electuaria, quędam trochiſci, quædam pilulæ, quędam puluere, alia decoctiones. Vnde oportet nos uniuſcuiuſq; artificiū proprio attribuere capitulo Diarheūbarbarum ualens defectioni epatis, & ſuę oppilationi, & uentoſitati uiſcerū, & indigeſtibilitati: Recipe coſti, croci, cinnamomi ſpicæ, drach. 1. rheūbarbari, drach 4. caſſię, aſſari, myrtę, ſquinanti, ariſtolochię longę & rotundæ, ana. drach. s. fac puluerem, adde mel quod ſufficit, dans ſcrup, 2. uel drach. 1. & s, cum apozemate de aniſo, uel de radicibus. Diacyminū ualens ad epatis paſſionē de frigiditate, & ſtomachi, & epatis, & ſplenis, adaperiens & mūdificans uentoſitatem: Recipe croci, ſpicæ, cinnamomi, aſari, caſſię, ana. drach. 5. coſti, ſquinanti, myrrhę, ana. drach. 1. & s. fac puluerē, & adde mel quod ſufficit, dans drach. 2. uel 1. & s. ſecundum uirtutem cum ſucco herbarū & oxyſaccharo. Dialacca ualens ad oppilationem epatis de frigiditate, & duricie & apoſtemate in ſtomacho, uel epate, & ad dolorem ſplenis, & omnem ſuſpicionē hydropiſis, & ad uentoſitatem hypochondriæ: Recipe laccę, drach. 25. coſti, ſpicę, carpobalſami, xylobalſami, caſſię, aſari, cinnamomi, croci, ſquinanti, rheumbarbari, maſtichis, ariſtolochię longę & rotundę, ana. drach. 9. myrrhæ, gentianæ, marathri, aniſi, apij, polij gariophylli, cymini, eupatorij, abſinthij, nucis muſcatę, cardamomi, cubebę, ana. drach. 5. fac puluerē, adde mel quod ſufficit, dans drach. 2. uel drach. 1. & s. cum ſucco herbarum prędictarum, uel apozemate de radicibus. Diarhodon ualens dolori epatis, & ſtomachi, & pūcturę cholerę rubeæ & febribus, corruptioni digeſtibilis uirtutis: Rec. ſpicæ, croci, aſari, caſſię, ſquināti, coſti, cinnamomi, ſpodij, maſtichis, æquale pondus, roſæ, quantum omnes aliæ ſpecies, fac puluerem, adde mel quod ſufficit.

Antidotum ualens dolori epatis de frigiditate cōplexionis, & uentris inflationi, in initio hydropiſis, & contra uenenū: Recipe myrrhę, drach. 7. cinnamomi,

©BIUM

namomi,drach. 4. & s. piperis albi,drach. 2. coſti,thuris,ana. drach. 1. & s. fac puluerem,& temperans cum melle quod ſufficit,dans in modum auellanę cum melicrato. Aliud ualet craſſę uentoſitati in ſtomacho,& in uiſceribus,dolori epatis,& ſplenis,& eſt Ioannis Damaſceni: Recipe,caſſię,amomi,ſpicę nardi,marathri,apij,aniſi,caſtorei,ariſtolochię longę & rotundæ, thuris, aſari,anethi ſeminis, carui cymini,ana. unc. 1. cardamomi maioris, cinnamomi,cardamomi minoris,gariophylli,zingiberis,piperis albi,& nigri,& longi,ana. drach. 1. & s. cinnamomi,unc. 2. mellis quod ſufficit,dans drach. 1. & s. cum ſirupo,uel uino. Diacyminũ,Galeno teſte,in de cõpoſitione medicamentorũ, ualet ad omnem dolorem uentris, qui ex frigiditate eſt,ſtomachũ ſanat,cibum digerit, oppilationem epatis aperit,totum corpus calefacit,iuuat ad dolorem ſplenis,qui de frigiditate eſt, & de uentoſitate craſſa,& phlegmatica: Recipe cymini, drach. 30. infuſi in aceto die ac nocte,& poſt deſiccati,& aſſati,deinde fac puluerem,& accipe croci,galangę, ſpicę,amomi,aſari, zingiberis, gariophylli, piperis longi,cinnamomi,macis,maſtichis,nucis muſcatę,cardamomi, ameos, marathri, caſſiæ,apij,rutę,carpobalſami folij, ana. drach. 7. & s. fac puluerem, mel addens quãtum ſufficit,da in modum auellanę. Diafindelicon Ioannis Damaſceni, ualet ad dolorem ſtomachi de phlegmate,ad uentoſitatem craſſam, oppilationem epatis aperiens,da drach. 1. & s. Recipe zingiberis nigri,longi, & albi, ſpicę,caſſię,carpobalſami,folij,pyrethri, cardamomi maioris,gariophylli, maſtichis,amei,añ. drach. 2. apij,aniſi,mentæ, ana. ſcrup. 3. mel quod ſufficit Diacriſis,ualet oppilationi ſplenis, puncturæ epatis,in initio hydropiſis, & uniuerſaliter dolori uiſcerum de frigiditate: Recipe cinnamomi, croci, ſpicæ,aſari,ſquinãti,ana. drach. 6. coſti, ariſtolochiæ longæ,caſſię,folij, maſtichis, marathri, ſcariolę, ſeminis apij, gentianę, carpobalſami, laccæ, ana. drachmas 4. calami aromatici,gariophylli,cardamomi maioris,& minoris,macis,ana. drachmas 4. fac puluerem,mel quod ſufficit. Aliud ſimiliter Galeni, quod uocatur diatrionpipereon, ualet ad uitreum phlegma in ſtomacho diſſoluendum,uomitum phlegmaticum aufert, ſtomachũ frigidum,& non digerentem confortat,conuenit epilepticis,podagricis de phlegmate ſenioribus, & putredinem collectam habentibus in corpore: Recipe piperis albi, & nigri, zingiberis, ſpicæ, xylobalſami,apij, petroſelini, ameos, pyrethri, marathri, ana. unc. 1. amomi, liquiricię, abſinthij, caſſię, ana. drachmas 7. cardamomi,gariophylli, cinnamomi, croci, cyperi,ana. drach. 2. aniſi,ſiſeleos,ariſtolochię longę, & rotundæ,maſtichis, aſari, ana. drach. 3. coſti,macis,ana. drach. 2,mel quod ſufficit,da in modũ auellanę.

Diaroma, ualet ad craſſitudinem phlegmatis ſtomachi, & digeſtibilem uirtutẽ confortat,inflationem aufert,colorem clarificat,mentem acuit,uentoſitatẽ laterũ tollit. Ante cibũ & poſt cibũ da; Rec. ſpicę,caſſię,gariophylli,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 119 sur 404

©BIUM

maſtichis,cinnamomi,aſari,ana.unc.1.cardamomi maioris,croci, ſandali, citrini,cubebę, coſti,macis,gallię muſcatę, zingiberis,aniſi,marathri, ana. unc.s.nucis muſcatę,ligni aloës,calami aromatici,añ.drach.3.fac puluerē, accipiens mel deſpumatū,mitte tantundē citoniorū,uel malorum,coque in ſpiſſitudinem mellis,tempera cum his ſpecies illas.

De trochiſcis. *Cap.* VII.

TRochiſci de lacca,ualentes ad epatis,ſplenis,paſſionē de calore, & apoſtemate: Rec. laccę,roſę,ſpodij,abſinthij, eupatorij ſucci,ana.drach.3.rheūbarbari,drach.4.ſquināti,drach.2.tempera cū ſucco marathri, uel endiuiæ, fac trochiſcos drach.1. &.s. da bibere cum ſucco herbarū,& oxyſaccharo. Trochiſci de rheūbarbaro, ualentes ad cōſtipationem epatis,& ſplenis,ſtomachum confortant: Recipe,roſæ,abſinthij,rheumbarbari,ana.drach.3.ſpodij,ſpicæ,ſquināti,laccæ,eupatorij ſucci,ana.drach.1.ſandali citrini,croci,caſſię,dragaganti, maſtichis, añ.ſcrup.2. tēpera cum ſucco marathri,fac trochiſcos, drach.2. da cum ſucco herbarū & oxyſaccharo. Trochiſci de aniſo,ualentes ad frigiditatē,& ad dolorē epatis,ſplenis,ſtomachi,& uentoſitatē hypochondriæ. Recipe aniſi,marathri,roſę,añ.drach.7.liquiriciæ,drach.6. ſucci liquiricię, ſquinanti,maſtichis,laccę,ſpicæ,ana. drach.8.eupatorij, drach.3.coſti, aſari,caſſiæ,abſinthij,ſpodij,ana.drach.2. tempera cum ſucco apij,fac trochiſcos,drach.1.&s.da cum ſucco herbarū. Trochiſci de abſinthio,ualētes ad dolorem ſtomachi,oppilationē epatis aperiūt, iuuant febrem phlegmaticam:Rec.aniſi,marathri,abſinthij,roſę, amygdalę amarę,ana.drach.3. aſari,ſpicę,ſquināti,apij ſeminis,ana.drach.2.rheūbarbari,ſucci eupatorij,añ. drach.1.tēpera cum ſucco endiuię,& fac trochiſcos,drach.1.cum ſucco herbarum, Trochiſci de eupatorio, ualentes ad ſtomachū, & epatis oppilationem aperiūt,rigorē phlegmaticę febris mitigāt: Rec.abſinthij,ſquināti, ſucci eupatorij,roſæ,marathri,maſtichis,ana.drach.4.aniſi,dragagāti,ſandali citrini,ſpodij,ana.drach.1.&s. tempera cum ſucco endiuiæ,fac trochiſcos drach.1. &s.da cum ſucco herbarum,& oxyſaccharo. Trochiſci de roſis,confortant epar,ſtomachum:Rec.drach.10.liquiriciæ,drach.6.ſquinanti,ſpicę,marathri,ſpodij,dragaganti,ana.drach.2. tempera cum ſucco endiuiæ, fac trochiſcos,drach.1. cum ſucco herbarum, uel maligranati.

Trochiſci de ſpodio, ualentes febribus acutis,de calore epatis, & ad cōtinuam ſitim, Recipe roſę,drach.6.ſpodij,ſeminis portulacę,ſucci liquiricię, añ.drach.2.dragagāti,amyli,añ.drach.1.ſacchari,drach.4.tēpera cū ſucco uel uiſco pſyllij,fac trochiſcos,drach.1. da bibere cum ſucco maligranati.

Alij trochiſci de ſpodio laxatiui,ualentes aduerſus tertianas,ſitim,calorē epatis,ſtomachi, ut in libro Ioan. Damaſceni, cui titulum fecit,præparatū:

Recipe

©BIUM

Rec. ſpodij,roſę,croci,ana.drach.2,amyli,dragaganti, gummi arabici,ſca riolæ,ſeminis citroli,melonis,cucurbitę,cucumeris, omnium mundatorũ, ſeminis portulacę,liquiritię,ana.drach.1. & s.tẽpera cùm ſucco citoniorũ.

Trochiſci de camphora,refrigerant incenſionem epatis,calorẽ,acutas febres, Recipe roſæ,drach.3.gummi arabici, dragagãti,ſpodij,ana. drach.4. cucumeris,ſeminis portulacę,citroli,liquiricię,añ.drach.8.croci,2. amyli, 3.cãphoræ,s. cum ſucco abſinthij tẽpera. Alij ſimiles cãpherati:Rec.roſæ,ſpodij,ſacchari,ana.drach.6. ſandali citrini, dragagãti,ſeminis portulacę, ſucci liquiriciæ, ana.drach.3. ſeminis cucumeris,ligni aloës,croci, camphorę,ana.drach.1. tẽpera cum uiſco pſyllij facto cum aqua roſata, fac trochiſcos,drach.1. Trochiſci de berberi ualentes ad cõſtipationem epatis, ſplenis,in initio hydropiſis cũ calore:Rec.berberis,drach.7.roſę,ſpodij,laccæ,croci,ana.drach.5.fuful,ſpicæ,gariophylli,coſti,ſquinãti,ana.drach.4. rheũbarbari,ſandali,marathri,añ.drach.4.cuſcutæ,drach.5.fac trochiſcos drach.1.Da bibere cum ſucco marathri, & endinię,cũ ſaccharo. Alij ſimiliter ualentes acutis febribus,ſiti, apoſtematibus epatis,& ſtomachi.Rec. berberis,drach.4.roſę,drach.12.mannę,liquiriciæ,cucumeris ſeminis,ſpodij,ſpicæ,maſtichis, eupatorij ſucci, ana.drach.2.rheũbarbari,laccę,croci, ana. drach.1.fuful. drach.5. tẽpera cum uiſco pſyllij,fac trochiſcũ, drach.1. da bibere cum ſucco marathri. Trochiſci de uiolis, mitigant incenſionem de cholera rubea, ut neq; epar, neq; ſtomachum pungat, ſoluunt caliditſimam naturã,& qui abominati ſunt pharmaciã: Recipe uiolæ,drach.4. roſæ ſacchari,ana.drach.2.ſpodij,ſucci liquiriciæ,ſeminis portulacę,ſandali citrini,ana.drach.1.& s.ſeminis cucumeris,dragagãti,maſtichis,ſcammonij,ana.ſcrup.2.fac trochiſcos,da bibere cum ſirupo prunorũ, uel cum apozemate de manna,& caſſiafiſtula, uel oxyfœnicia. Trochiſci de ſandalis ualẽtes febribus,& ſiti nimiæ,calori epatis,ſtomachi,linguę ſiccitati:Rec. roſę ſpodij,ſacchari,ana.drach.4. ſandali citrini, albi & rubei,ſeminis portulacæ,ſeminis cucumeris,ſucci liquiriciæ,citroli,camphoræ,dragagãti,ana. drach.1.& s.tẽpera cũ uiſco pſyllij,fac trochiſcos,cum aqua roſata.Da bibere cum ſucco maligranati,uel mali cucumeris, uel apozemate oxyfœnicię, uel caſſiæfiſtulæ, manna.Qui ſi ſunt calidiſſimi,& uentres eorũ propter calorem ſtiptici,accipe medietatem huius confectionis & iunge ſcammonij aſſati.drach.1.& s.dans bibere cum ſirupo prunorum,uiolarũ. Alij trochiſci laxatiui,ualentes ad dolorẽ epatis,& hypochondriæ,choleræ rubeę,incenſione nimię,apoſtemati ſanguinolento:Rec.roſæ,ſpodij,ſandali, abſinthij, ana.drach.5.rheũbarbari,ſquinanti,ſpicæ,ana. drach.3.ſcãmonij,ſucci eupatorij,ſucci liquiriciæ,ana.drach.2.tempera cum ſucco marathri, fac trochiſcos,das bibere,drach.1.cum ſucco herbarum,& oxyſaccharo.

De pilulis

©BIUM

De pilulis & pulueribus. Cap. VIII.

Pilulę de aromatibus Ioannis Damaſceni, ualentes ad dolorē ſtomachi de phlegmate, & mundificant ſtomachū de putridis humoribus, de cerebro ad ipſum deſcendentibus, da drach. ʒ. ieiuno cum aqua calida: Recipe calami aromatici, cinnamomi, cubebæ, nucis muſcatæ, macis, ſpicæ, carpobalſami, cymini, ſquinanti, maſtichis, aſari, gariophylli, ana. unc. 1. croci, drach. 4. & s. fac coqui omnes illas ſpecies in 12. lib. aquæ, uſq; ad tertiam, cola, & ſuperpone 28. unc. aloēs, & 6. unc. myrrhę: omnia puluerato, & dimitte ad ſolē, ſemperq; moue, donec bene poſſint formari pilulę. Aliud eiuſdem ualet ad dolorem epatis, hydropicis: Accipe hierapicra, ſuccum eupatorij, mirobalanos citrinos, ana. drach. ʒ. turbith, drach. 4. laccæ. drach. 2. rheūbarbari, ſpicæ, drach. 1. & s. aniſi, apij, ſquināti, carpobalſami, añ. drach. 1. tēpera cū ſucco ſolatri, da bibere, drach. 2. cū aqua calida. Aliud ualēs ictericis, & eijciēdæ putredini de epate, & ſtomacho, conſtipationē aperiūt ſplenis, caput mūdificant: Rec. hierapicra, drach. 7. abſinthij, drach. ʒ. rheūbarbari, drach. 4. ſquināti, drach. ʒ. ſpicę, ſcāmonij, añ drach. 2. cū ſucco apij temperās, da drach. 2. cū aqua calida ieiuno. Aliud ex lib. perfectionis Ioan. Damaſ. ualēs diuturnis febribus de diuerſis materijs, dolori epatis, in initio hydropiſis. R. ſucci abſinthij, mirobalani citrini, rheumbarbari, ſucci eupatorij, aloēs, croci, maſtichis laccę, aniſi, fumi terrę, hierapicra, ęquale pōdus, tēpera cū ſucco ſolatri, da drach. 1. in nocte. Alię de euphorbio, ualēt ad purgationē aquę citrinę, & omnis materię hydropiſis, & ad dolorē dorſi, & ad podagrā, quę de frigida ſit materia. R. euphorbij, drach. 2. fuſtis tithymali, drach. 1. amoniaci, ſerapini, opopanacis, bdellij, apij ſeminis, petroſelini, meu, ſpicæ, caſſiæ, aniſi, maſtichis, añ. drach. 8. fac puluerē, & frica cū amygdaleo, tēpera, cū ſucco marathri, daq; drach. 1. Pilulę de ſerapino purgantes aquā citrinā, ualent ad dolorē ſtomachi, dorſi, uentoſitatē laterū, inteſtinorū, iliū dolorē de frigore: Rec. ſerapini, turbith, fuſtis tithymali, ana. drach. 2. bdellij, apij, marathri, aniſi, chebuli, ana. ſcrup. 2. amoniaci, opopanacis, aſę, cymini, cicutę, ana. drach. s. tēpera cū ſucco calamenthi, faciens pilulę, da drach. 1. & s. uel 2. Puluis purgans aquam citrinā, apoſtemata diſſoluens, epar confortans: Recipe abſinthij, turbith, ſerapini, añ. drach. 5. apij ſeminis, petroſelini, marathri, aniſi, ireos, ana. drach. 2. ſcāmonij, tithymali fuſtis, maſtichis, ſquinanti, cinnamomi, ana. drach. 1. fac puluerem, dans cum ſucco marathri. Aliud ualens ad frigiditatem epatis, hęmorrhoidas, corruptionē ſtomachi, & ad mutationē coloris. Rec. maſtichis, gariophylli, caſſię, aſari, roſę, añ. drach. ʒ. cymini, marathri, aniſi, abſinthij, añ. drach. 2. cardamomi, cinnamomi, māna, ſquināti, ſeminis baſilicon, añ. drach. 1. & s. fac puluerē frica cū amygdaleo & ſaccharo quantum alię omnes ſpecies, da drach. 2. cū aqua calida ieiuno.

Aliud

©BIUM

Alius purgans aquam citrinã, & ualet humidæ naturæ, paſſioni colicæ de uiſcoſo phlegmate, & uẽtoſitati: Recipe ſarapini, cithymali fuſtis, apij ſeminis, æquale pondus, fac puluerem, & da drach. 2. uel ʒ. cum aqua calida.

Aliud ualens ad frigiditatem ſtomachi, & indigeſtibilitatem, faſtidium, ἐξρεύγματα, inflationem uẽtris, oppilationem epatis & ſplenis, aperit: Recipe zingiberis, drach. 6. origani, maſtichis, thuris, carui, cymini, piperis, ana. drach. ʒ. marathri, aniſi, apij, dauci, ameos, añ. drach. 1. & s. fac puluerem, & frica cum ſeſameleo, & ſaccharo, pone quantũ alię ſpecies omnes, da drach. 4. cum aqua calida, melicrato. Aliud confortans epar, oppilationem aperiens epatis, ualens in initio hydropiſis: Recipe myrrhæ, coſti, caſſiæ, ſpicæ, aſari, carpobalſami, æquale pondus, marathri, apij, ſcariolæ ſeminis, & anethi, duplum, & de puluere, da drach. 1. & s. cum aqua calida. Si uelis propter ictericiã iunge 10. partes de hierapicra, da drach. 2. cũ oxyſacharo, & aqua calida. Si uelis propter aquam citrinam iunge 5. partes ſagapini.

De apozematibus & ſirupis. Cap. IX.

APozema de radicibus, ualet confortando epati, ſpleni, renũ oppilationẽ aperit, humores craſſos diſſoluit: Recipe cortices radicis apij, drach. 10. radicis endiuiæ, & marathri, ana. drach. 6. cuſcutę, drach. 5. uiolę, ſucheæ, abſinthij, liquiritię, capillorum ueneris, ana. drach. ʒ. marathri ſemen, aniſi, apij, ſpicę, eupatorij, drach. 1. omnia trita coque in ʒ. lib. aquę, uſq; ad unam. s. cola. deinde mitte mannæ, drach. 20. caſſię fiſtulæ, drach. 15. Item cola, & da tertiã partem cum drac. 1. ſucci abſinthij, drach. s. & tres deinde adde amygdaleum, da tribus diebus continuis. Aliud de radicibus, ualens frigido epati, oppilationem ipſius aperit, & ſplenis humores craſſos eijcit, cum urina quartanas iuuat: Recipe apij radicis, marathri, ana. drach. 10. abſinthij ſquinãti ana. drach. 6. rheum barbari, hyſopi, calamenthi, drach. ʒ. aniſi, aſari, caſſiæ, ana. drach. ʒ. coque in tres libris aquæ uſque ad duas libras, & s. cum quibuſdam trochiſcis & amygdaleo. Sirupus de ſquinanto, ualet ad oppilationẽ epatis, ſplenis, & uentoſitati hipochondriæ, in initio hydropiſis: Recipe ſquinanti, abſinthij, cuſcutæ, ana. drach. 20. marathri, aniſi, apij, ana. drach. 10. Omnia coque in 7. lib. aquæ uſq; ad ʒ. deinde cola, & poſt mitte fecẽ ſuã, in 5. libris aquæ, & uſq; ad ʒ. coque & cola. Adunans utraq; colamentha, & ponens tantundem ſacchari, coque ad perfectionẽ ſirupi. Da unc. 2. cum ſucco endiuiæ, & marathri, bene cocto & colato. Aliud de oxyſaccharo, ualet ad calida corpora, & ſanguinolentas febres atq; cholericas, prodeſt epaticis, ſpleneticis, de calore: Recipe marathri radicis, & apij, atq; endiuię, ana. drach. 20. roſę, marathri, ſeminis aniſi, ana. drach. 10. ſpicæ, apij, añ. drach. 5. omnia in 5. libris aceti, & 4. aquæ coque ad medietatẽ, poſt cola, mittens tantundem ſacchari, & coque ad perfectionem, da unc. 1. cum aqua frigida.

De cathar-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 123 sur 404

©BIUM

Xymel ualet ad frigiditatem epatis,& ſtomachi,diuturnas febres,duriciem uiſcerũ,tumorem ſplenis, craſſos chymos incidit,putredinem antiquã mundificat:Recipe apij radicis, marathri,ſquinanti,añ.unc.2.marathri ſemen,aniſi,apij, añ.unc.1. ſpicę,maſtichis, aſari,caſſiæ, calamenthi agreſtis,& domeſtici, petroſelini, dauci,ana.drach.1.gariophylli,cardomomi,zingiberis,añ.drach.5.omnia in 10.lib.aceti,& 10. aquæ coque ad medietatem, cola,& pone tantundem mellis cocti,& deſpumati,coquens ad perfectionẽ. Sirupus de abſinthio, ualet epaticis ſtomachicis, craſſitudini ſplenis, ictericię de calore, colicis ſimiliter,oppilationem aperit: Recipe abſinthij,drach.20.cuſcutæ, uiolæ,liquiritię,.ana.drach.10.capillorum ueneris,ſquinanti,praſſij,marathri, aniſi,ana.drach.5.ſpicæ, eupatorij,caſſiæ,coſti,apij ſeminis,folij,calamenthi, ana. drach.5.omnia coque in 7.lib. aquę,& coque uſq; ad 5.cola,& mitte feces in 7.lib. aquæ,& coque uſq; ad 5.aduna ambo calamẽtha,mittens 4.lib. ſacchari,& 4.de ſapa:deinde coque. Accipe in initio decoctionis cardamomi,croci, maſtichis, cinnamomi,aſari, fac puluerẽ de omnibus,mitte in rarum pannũ ut colentur,& coquantur,pone intus ad perfectionẽ.Da bibere unc.1.cum aqua calida. Qui uult laxatiuum,accipiat unc.5.& ponat ſcammoniã,ſecundũ qui oportet,& det bibere,ſecundũ laxatiuũ. Sirupus de fumo terræ,ualet inciſioni choleræ rubeæ,ſcabiei,puſtulis,oppilationi epatis aperiendę,lientericos iuuat, colorẽ clarificat:Recipe mirobalani citrini, uiolę,abſintij,cuſcutæ,añ.unc.2.omnia coque in 8.lib. aquæ uſq; ad tertiã, deinde cola, & accipe tantum ſucci fumi terrę bene colati,& ſacchari quantum colatura tota fuerit,& iterum coque uſq; ad perfectionem, dans ſcrup. 5.cum ſcrup.1. ſcammonij,& amygdaleo,& ſicut laxatiuum conuenit dare unc.1. Sirupus de ireo,ualens ad frigiditatem epatis,ſplenis, & hydropicis,& ad apoſtemata,& uẽtoſitatem nimiam ſoluit:Recipe ireos,drach.30. ſquinanti,liquiricię,calamenthi,praſſij,ana.drach.15.polij,tamaricis,marathri,aniſi,apij,petroſelini,ana. drach.8.dauci,ameos, eupatorij,ſpicæ,aſari,rheumbarbari,añ.drach.5.omnia coque in 20.lib.aquæ ad medietatem, & cola,deinde in 10. lib. aquæ feces mitte,& item coque uſq; ad medietatẽ, & cola,& omnia colamenta aduna. Deinde pone ſapæ lib.10.mellis 5.mitte in prima coctione maſtichis, piperis longi,cinnamomi,gariophylli,ana. drach.1.& s.omnia puluera ſubtiliſſime, & in pãno raro pone,& uſq; ad perfectionem coctionis coque, dans poſt bibere unc.1. cum aqua calida.

Sirupus de calamentho,ualet ſpleneticis,epaticis,ſtomachicis,& uniuerſaliter uiſcera habentibus frigida. Recipe calamenthi agreſtis,& domeſtici, ana.drach.20.marathri,apij,aniſi,petroſelini, capparis radicem,dauci,polij,praſſij,ſquinãti,ana.drach.8. omnia coque in 10.lib. aquę uſq; ad medie-

tatem

©BIUM

tatem,coaduna utraq; colamenta,ponens tantundem mellis, & in initio coquendi mitte ſpicæ, caſſię,aſari,gariophylli,cinnamomi,zingiberis,maſtichis,croci,ana.drach.1.omnia ſubtiliata in pannum rarum pone,& uſq; ad perfectionē coque,da unc.1.cum aqua calida. Melicratum aliud de aromatibus,ualet ad frigidam, & humidam cōplexionem, & quibus phlegma dominatur,& frigidis temporibus,uel regionibus,ſtomachū cōfortat,calorem naturalem excitat, uentoſitatem expellit, frigiditatem renum,& uiſcerum calefacit:Recipe mel perfecte coctū cum leni foco,& deinde ſpumatū, mitte in initio coctionis maſtichis,ſpicæ, croci,cinnamomi,zingiberis,galangę,caſſię, gariophylli,cardamomi,coſti, aſari,piperis lōgi,ana.drach.1. & s.omnia ſubtiliter piſta,& in ſubtilem, & rarum pone pannum, & coque ad perfectionem, deinde ſcrup.1. uel 2.mitte de muſco,& da bibere,unc.1. uel 2.cum aqua. Apozema Ioannis.Damaſc.ualens epaticis: Recipe folij,cuſcutę,abſinthij, ſquinanti,capillorum ueneris, ana.drachmas.2. praſſij,drach.3.chamędreos,amei,ana.drach.1.& s.omnia coque in aqua,& colata da bibere. Aliud ualens inflationi corporis,& hydropicis,frigiditati epatis,& eius dolori:Rec. chamędreos,drach.3.praſſij,unc.1.& s.fuſtis uel ſucci tithymali, drach.1.& s.cococnidij ſimiliter, fumi terræ, drach.1. & s. omnia coquantur,& colata bibere dentur.

De ictericia. Cap. XI.

NOmen ἴκτερος uenit à uolucre aurei uel crocei coloris, quæ in æſtate media ſolet incholere deſerta. Sed diffinitio ictericiæ magis proprijs conſtans differentijs, à ſui eſſentia ſumptis, & à cōplemento ſuæ actionis, talis erit:Ictericia eſt cōmixtio cholerę rubeę,& ſanguinis,diffundēs ſe per omnia mēbra corporis cū ſanguine, & apparens in corporis ſuperficie.Eſt autē duobus modis,aut de cauſa preſenti,& exteriori,aut de præterita & interiori. Recentia quę corpus patitur exterius,ſunt reptilium terrę uenenoſorum morſus, uenenoſa potio,cōſuetudo cibi,& potus calidiſſimi,ſanguinem incendētis, & cholericum facientis.Intelligimus hęc ex inquiſitione infirmi,& manifeſtatione ſui.Præterita multipliciter diuiduntur.Quædam à natura confortantur,in ſubtilibus fęcibus cholericis diffundendis, & in ſuperficie corporis expellendis, unde generat ictericia in febribus acutis,nunciatiua ſalutis & liberationis morbi,niſi cū ante 7.dies uenerit.Tunc enim apparitio nō ex actione eſt naturali, ſed potius de acumine morbi, & de prędualitudine eius in natura, quam perſecutus eſt morbus ut res prędnūciatiua non in ſuo tempore offenderetur.Vnde Hipocrates in Aphor.Ictericia quę in febribus acutis ante 7.diem apparuerit,timorē portendit. Quę poſt 7.ſalutem.Item ictericia ex alia naſcitur cauſa,id eſt, complexione epatis corrupta, propter quemlibet ſuum morbū in

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 125 sur 404

©BIUM

hac particula iam dicta. Vnde eius uirtutes deficiunt naturales in complendis actionibus ſuis ſecundū quod oportet. Ideo neceſſe eſt ut pars cholerica à ſanguine diuiſa, & ad fel nō miſſa, permanet in epate clauſa, ibiq; multiplicata, tingit epar, ut cholericū faciat. Hęc ſpecies ictericię præmittit aliquam cauſam ſui nunciatiuā, ſicut corruptionem actionis naturalis, maciem corporis, dolorē, & grauitatē dextri lateris. Etiam & altera, in qua ſi patitur fellis ſubſtantia, & eius uirtus deficiat, ſolēs ab epate cholerā rubeam trahere, ſicq; in ipſo cholera remaneat, unde ſanguis tingit. Alia eſt de oppilatione propter apoſtema in uiis, per quas cholera ad fel tranſit, unde fit ut ad epar redeat, & inde per totū corpus cum ſanguine ſe diffundat. Quod ſi inferior uia ſit oppilata, aſcendit ad ſuperiorem uiam, quæ ad ſtomachū tendit. Vnde citrinitas eſt faciei, & amaritudo oris, ſaliuæ ſiccitas, in ſtomacho calor & ſitis. Vrinę color albeſcit, & digeſtionis propter ablationem cholerę tingentis. Si oppilatio in ſuperiori uia ſit ad ſtomachum tendenti, augmentatur ad inteſtina curſus cholericus, urina & digeſtio tinguntur, apparet in urina rufum lutum, uel quaſi cinnaberin & ſpuma ſuperius citrina. Egeſtio corrupta eſt & plurima. Ictericia ex paſſione fellis eſt ſubita, neq; plus colorē corrumpit, quam ut citrinus ſit, neq; epar ab actione ſua contrahitur. Item quarta eſt ictericia quæ ex complexione uenarum eſt corrupta, cum ultra quantitatē naturalem calefiant. Inde enim incēditur ſanguis qui ab epate ad ipſas tendit, & cholericus fit, ſicq; ictericiam gignit. Aliquando in corpore ictericia apparet nigra, quę cauſa defectionis ſplenis euenit in trahenda fece ſanguinis, & turbulentia ſui. Videntes igitur ictericiam & eius intelligētes cauſam, uidendū eſt ſi habeat febres. Quas ſi habuerit, & ictericia ante ſeptem dies apparuerit, & antequam immineat ſignū coctionis & digeſtionis morbi, peſſima eſt, & timorem mortis nunciat, neq; intromittendū eſt de curatione ſua. Quod ſi in die cretica appareat, ſicut 7. uel. 9. uel. 11. uel 14. & poſt apparitionem ſignum erit coctionis, & leuitatis morbi, laudabile eſt, & ſalutem nunciat. Hęc ictericia oportet ut curetur cum medicantibus choleram rubeam & refrigerantibus, ſicut ſunt apozemata de prunis, oxyfœnicia, malisgranatis, ſucco cucurbitæ, & ſimilia. Cum corpus autem incipit declinare, & acumen febris extinguitur, cholerā rubeā deponamus, eū ſucco cuſcutę, uel ſolatri cum caſſia fiſtula, & manna. Demus ptiſanā cum oxyſaccharo. Nutriamus cucurbita, lentibus, atriplicibus, blitis, & ſimilibus. Cataplaſma ponamus ſuper epar, de ſandalis, roſa, hordei farina, camphora, temperatis ſucco ſolatri, uel portulacę. Febre ceſſante, & in corpore ictericia permanente, demus infirmo marathri ſuccū, & ſolatri, cuſcutę, cum oxyſaccharo. Trochiſcos de cāphora, de ſpodio, de ſandalis, de lacca, de roſa. Nutriamus perdicibus, phaſianis, pullis: omnia cū aceto coquantur, & ſaccharo. Lauemus oculos cum aceto, & coriādri ſucco, uel aceto, uel lacte mulieris. Si febribus careant,

©BIUM

careant,basilica minuatur in dextra manu,quantum sufficiat, adiuuantibus ętate, tempore & consuetudine. Deinde choleram purgemus cum cassiafistula,mirobalanis citrinis,uiola,cuscutę,absinthio,prunis,iuiubis,oxyfœnicia,& similibus, & cū sirupis,pilulis,antidotis,cholerę purgatiuis. Si aliquid phlebotomiæ obuiauerit,propter uirtutis defectionem, uel temporis frigiditatem,uel ætatis,demus succum solatri,cuscutę,& endiuię, atq; marathri bene coctum,& colatum,cum oxysaccharo. Item demus herbarū succum, trochiscos de lacca,de absinthio,de eupatorio. Si calor sit nimius,demus trochiscos de spodio,de camphora,cum oxysaccharo. Nutriamus cum chrysolocanna,portulaca,blito cum amygdaleo. Demus ptisanam,pisces recentes,pullos cum aceto & saccharo coctos. Trochisci ualentes ad ictericiā, oppilationes epatis,& splenis: Recipe hierapicrā,absinthij, eupatorij succi.añ. drach.2.rosæ,spodij,squinanti,asari,folij,ana.drach.1.& s.laccæ, rheūbarbari,ana.drach.1.croci,scammonij,ana.drach.1.& s. tępera cum succo endiuiæ,fac trochiscos,drach.1.& s.da drach.1.cum succo endiuię,& oxysaccharo. Alij trochisci ualentes ictericis calidā naturam purgant:Recipe rosę, absinthij,spodij,ana.drach.5. laccę, rheūbarbari, succi eupatorij,marathri, anisi,portulacę,seminis squinanti,ana.drach.1.& s.scāmonij,dragagāti,añ. scrup.2.croci,drach.s.manna.drach.2. tempera cum succo solatri,fac trochiscos,drach.1. & s.dans cum endiuię succo, & oxysaccharo,& succo marathri cocto, & colato. Confectio Ioannis Damasc. ualentes similiter:Recipe,laccæ,spodij,añ.drach.2. croci, scrup.1. rheūbarbari,quartam partem, drach. camphorę, scrup.s. omnia puluera,dans bibere cum apozemate de prunis,uel oxyfœnicia. Si ictericia de corpore cessit, citrinitate in oculis remanente, sternutationē faciamus cum succo siclæ,uel cum nigella,uel cum lacte mulieris, aceto uel oleo rosato,& similibus.

De *splenecticis*. *Cap.* XII.

PAssio splenis multū assimilat passioni epatis. Patit autē ex tribus morborū generibus,sicut & alia membra corporis pati diximus, id est,mala cōplexione,morbo officiali,iunctura separatione. Plurima splenis passio,duricia est eius: Quod in propatulo est sensui,quia facile potest tangi:unde fit, ut non alia significatio sit necessaria,& cū splen magis magnificetur,multo plus corpus maceratur. Aliquando splenetici uomunt sanguinem choleræ nigræ pertinentē,& aliquando emittitur cum egestione. Quandocunque eorum appetitus ad comestionem augmentatur. Et aliquādo pigritiam habēt totius corporis cum tristitia, & risus paruitate,quod contingit ex sanguinis corruptione, & paruitate eius in eorum corporibus. Vnde Feldius Alexandrinus:Splen,inquit,risus est instrumentū,cuius actio est turbulentiam sanguinis trahere. Cum autē uirtus deficiat attrahendi sanguinis

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 127 sur 404

©BIUM

guinis turbulentiã, remanet in ſanguine clauſa, & obſcuritatem cum nigredine ei præſtat. Vnde per totum corpus obſcurus uadit, & melancholicus, & ideo color corporis mutatur, & niger efficitur. Cum autẽ ſplen turbulentiam trahat ſanguinis, & feces, ut clarificetur in ſua ſubſtantia, neceſſe eſt, ut & ſic clarus & temperatus per totum corpus ſpargatur. Sanguis cum huius ſit temperamẽti atq; clarificationis, animã non ſolicitã, & gaudentẽ reddit: Quod Feldius intellexit, cum ſplenem inſtrumentũ riſus dixit: Si ſplenis paſſio eureſ in initio, antequã ſit cõfortatior, & durior, fit facilis in curatione, & obediens in medicamine. Quod ſi neglexeris, donec in oppilationem, & apoſtema indurauerit, dura fit ad curãdum, & longa eſt ad ſanandũ, & cum ſplen habet durciẽ, non oportet medicari cũ cataplaſmate, & epithimate, & emplaſtro, ſolũ exterius, ſed etiã fortis medicina ad bibendũ deſ, quia ſplen medicinã recipit epate craſſiorẽ, & fortiorẽ, quia ſplen craſſior eſt epate, & fortior. Oportet ergo cũ curare incipiamus, dolorẽ ſplenis perquiramus, ſi ſignificatio ibi uideatur caloris, quia tũc in manu ſiniſtra baſilicã phlebotomamus, uel uenã illam quæ inter auricularem & medicum continetur, ſi tamen tempore, ætate, uirtute, & cõſuetudine, adiuuemur. Demus ſuccos ſolatri, & marathri, tamaricis bene coctos, & colatos, cum trochiſcis eupatorij, uel de lacca cum oxyſaccharo. Si nobis ſignificatio frigidæ complexionis apparuerit, ſicut Galenus dixit, quia plurima paſſio ſplenis de frigiditate fit, & humoribus craſſis, oportet fortem medicinam dari, & diureticam, ſicut epithimum, agaricum, ſtichados, chamędreos, polium, praſſium, centauream, caparis radices, abſinthium, & ſimilia. Fac apozemata, & da infirmo, ſecundum eius uirtutem. Demus oxymel cum ſucco herbarum, mentæ, tamaricis, ſalicis, apij, petroſelini, & ſimiliũ. Demus & ſirupum de ireo, de calamentho. Antidotum diarheũbarbarum, dialacca, diapuſcam, diacoſtum. Trochiſci de cappari, ualentes ad duriciem ſplenis: Rec. capparis radicis, coſti, ſpicæ, laccæ, ſpodij, rheumpontici, ariſtolochię longę & rotundæ, caſſiamfiſtulã, ſquinanti, hierapicræ, ana. drach. 3. tẽpera cum ſucco apij, uel aceto: fac trochiſcos, drach. 1. & s. Da drach. 1. cum ſucco abrotoni, & oxymelle. Aliud ſimiliter ualens: Recipe rubeę, polij capparis radicis, & ſpermatis radicis, naſturtij, ſinapis, ireos, ęquale pondus, tempera cum ſucco marathri uel tamarico. Aliud ad dolorẽ ſplenis, & duriciem eius: Recipe capparis radicis, abſinthij aſari, ariſtolochię longæ & rotundę, polij, rheumponti ci, calamẽthi, ſpicæ, coſti, aniſi, tamaricis, ſucci eupatorij, croci, laccę, ſquinanti, ſcolopendrię, praſſij, caſſiæ, maſtichis, añ. drach. 1. & s. tempera cum ſucco tamaricis. Epithima Ioannis Damaſceni, & oleũ ualẽs ad ſplenis corruptionem, & eius duriciem, humorum craſſitudinem aperit, & oppilationem, ſiue bibitum, ſiue unctũ: Recipe capparis radicis, drach. 30. cinnamomi, drach. 15. tamaricis, drach. 15. aquæ, drach. 30. ſambuceleon, drach. 40.

coque

©BIUM

coque ad lenem ignem nec remaneat oleū, & cola, deinde accipe amoniaci, drach. 7. & s. in forti aceto infusi, die ac nocte 24. horis, post mitte, & moue, in mortario, usq; quo fiat quasi medulla. Deinde accipe illud oleū, & adde amoniacum, coquens ad lenem ignem, donec admisceātur, & sic cum opus fuerit bibatur, uel unguentū fiat. Item ualet ad dolorem splenis: Rec. tamaricē cum aceto & oxymelle, & sic coquatur in aqua, & misceatur cum uino, iuuat similiter. Vel accipe drach. 1. & s. de radicibus, & spermatibus cum aceto, & da bibere. Facit similiter aqua ubi ferrū calidū infunditur, da eam bibere per 7. dies, siue solam, siue cum uino. Quidā medici dicunt: Splenetici si accipiant tamaricē in cyphū ad bibendū, uel scutellam ad manducandum 40. diebus, duricies splenis dissoluitur. Item dicūt, quia si lac caprę 40. diebus in huiusmodi uasis biberint, uel comederint, nihil habebūt splenis. Dioscor. dixit: Farinā de fœnugręco, & nitro, & aceto, in cataplasmatibus, ualet ad splenis duriciem. Item dicunt: Cinis ramorū uitis cum oleo rosato, & aceto, & ruta, ualet ad calidū splenis apostema. Elect. ualens ad splenem, & crassos humores, uentositatē, hęmorrhoidem, uiscerū frigus, arteriarū uentositatem: Rec. zingiberis, capparis radicis, thapsiæ, pyrethri, polij, spodij, piperis longi, liquiritiæ, anisi, ana. drach. 6. rheumbarbari, galangę, asari, mastichis, cinnamomi, acori, squinanti, costi, cymini, ana. drach. 3. fac puluerem, mel quod sufficit. Emplastrū ualēs ad duriciem splenis: Rec. bdellij, amoniaci, ana. drach. 10. pone in forti aceto, ut emolliantur, deinde sesameleon accipe unc. 3. cerę colatę, unc. 1. cōmisce omnia, & accipe myrrha, crocum, ana. drach. 5. omnibus bene cōmixtis, emplastrum fac. Si acceperis de amoniaco, bdellio, & thure, myrrha, añ. unc. 1. & posueris in forti aceto, deinde miscueris cum fœnugręco, & sinapi, & farina hordei, & facies emplastrum similiter ualet.

De dolore renum. Cap. XIII.

REnes item tripliciter patiunt, sicut & alia membra, de mala complexione, morbo officiali, iunctura separatione. Quodcūq; horum renes patiātur, dolorem nimiū sentit infirmus, sicut ilium, propter societatem syphac uentrem circūdantis. Differentia est inter ilium & renum dolorem hęc. Dolor renum stabilis est, neq; ab uno loco se mouet, ilium uero dolor per uentrē uagatur. Item qui dolorē habēt in renibus, sentiūt dormitationē pedis appositi dolenti reni, propter societatem renis & pedis, ex pulsibus & uenis super dorsum positis. Si dolor renū, & defectio eorum ex mala sit cōplexione uideatur si sit de calore: inde enim incensio fit spermatis, & subtilitas eius, & consumptio in renibus crassitiei. Vrina rubea uel citrina, unde oportet infirmo dari lac asininum cum dragaganto, uel caprinū, similiter detur & serū. Nutriatur cum cucurbita, portu-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 129 sur 404

©BIUM

laca,malua,& ſimilibus.Clyſtere faciamus cū ſucco cucurbitę,maluę,portulacę,pſyllio,uiola,liquiricia. Quod uelis horū cū oleo uiolato,ſeſamino, amygdalino.Si corruptio ex frigiditate ſit,ſequet ablatio concupiſcentię,cupidinis defectio,dorſi,femorum,coxarum,ſicut in ſenioribus. Vrina eſt alba. Cum calidis ergo epithimatibus medicemur, & cum diſſolutiuis cataplaſmatibus & clyſteribus, maxime cum oleis, ſicut anethileo,amygdaleo, ſicut oleo laurino, chamomeleo,& ſimilibus: cum butyro bouino, & herbarum ſuccis, id eſt,marathri,apij, chamomilę. Galenus in commentarijs librorum epidemiorum: Dolor renum facillime curatur exercitijs,& abſtinentia abundantiū ciborum,& acceptione diureticorum. Quod uniuerſale eſt,doloribus renū. Contingit iuuenibus proprie ex phlebotomia de cruribus,& forti pharmacia.Qui morbus cū inueteraſcit, nō debemus uti phlebotoma.Exercitia à Galeno iniūcta ſufficiāt.Purgāt enim humorū ſuperfluitatem,& phlegmaticā digerunt humiditatē,membra confortant, diuretica bibita phlegma uiſcoſum de renibus mundant. Vnde Hippoc. in Aphor. Dolorem renum poſt 40.annos patientes nunquam curantur,quia diuturnæ paſſiones ſenibus contingentes,cum ipſis permanebunt.

De apoſtemate renum. Cap. XIIII.

APoſtemata in renibus ſunt ex humoribus ad ipſos deſcendentibus,unde dolor in anchis ſentitur, & rigor cū febribus. Iaceat ergo infirmus in latere ſiniſtro, ſi doleat in dextro,& econuerſo. Si quaſi ſuſpenſos,& graues ſenſerint renes, ex apoſtemate eſt.Si apoſtema nimium grauatur,ſanies ibi colligitur & cito aperitur,& ſanies,& ſanguis cum urina egrediuntur. Si apoſtema ſit ex calidis humoribus,nimia ſitis,& dolores ſentiūtur maximi,urina rubea febris, acuta. Si ex frigidis, paruus dolor eſt in renibus,& febris lenis, urina alba. Vnde oportet in cauſis,& ſignificationibus apoſtematum in renibus, non ad medicandum feſtinemus,quia renes duri ſunt ad ſanandum,neque uirtus medicinæ niſi defecta ad ipſos uenit, propter longam uiam. Videamus ergo ſi apoſtemata ſint de calore,& demus pſyllium lotum cum oleo roſaceo, & ſaccharo,iuiubæ,ſemine cucumeris: manna coctum demus & colatum,ſuccum ſolatri,endiuiæ,marathri,coctum & colatū cum caſſiafiſtula,& amygdaleo.Si uentrem ſtrictum habuerit, clyſtere iuuat fieri cum uiola,hordeo, malua,& oleo roſaceo,& ſimilibus. Nutriamus cum dięta humida,& quæ cito digeri ualeat, ſicut ptiſana. A coitu abſtineat, ab equitatione,labore,à calidis cibarijs, ſicut melle, & ſimilibus. Si uenter infirmi pluſquam oporteat ſolutus ſit, demus pſylliū,ſemen papaueris,drachmam 1.& s.cum ſiruppo roſaceo de myrta, demus hos trochiſcos qui ualent in ſtatu apoſtematū. Rec.dragaganti,papaueris,cucumeris,citroli, melonis,cucurbitę,portulace,aā.

©BIUM

cæ,añ,drach.3.amyli,maluæ,ſeminis boli,ana.drach.1.& s.croci, drach.1. tempera cum ſucco marathri,fac trochiſcos drach.1,da bibere cum aquaro ſata. Cataplaſmata mollitiua pone exterius ſuper apoſtema. Quæ ſi de humoribus frigidis fuerint, demus amygdaleon cũ apozemate de fœnugræco,uel de ficubus ſiccis cũ medicina digeſtibili,& diſſolubili. Cataplaſma exterius de fœnugræco,frondibus cauliũ,& ſimilia. Si apertũ ſit,& ſanies inde effluxerit,oportet feſtinari in ſolidatione uulneris. Demus ergo trochiſcos iam ſupradictos uulneris ſolidatiuos,cum lacte aſinino,uel caprino. Calefaciamus deforis cum ſpongia,uel cataplaſmate de hordeo,& ficubus,& ſapa facto, quia iſta ſemper maturant apoſtemata, ſaniem eijciunt. Si uulnus ſit peſſimum, clyſterizetur cum hordeo, lacte, oleo roſaceo. Sedeant in aqua calida ubi cocta ſint malua,& hordeum,quia iſta medicina ſaniem ſubtilitat, & currere facit. Si ſanies nimiũ ſit craſſa, demus ſuccum marathri, apij,abſinthij,bene coctum & colatum. Poſtdetur lac aſininum,quia hoc habet ut mundificetur. Si ſanie lota,& uulnere mundificato, permanet arſura in urina, demus lac uaccinum,quia multum ad hoc ualet ſiue unlnus ſit interius, uel exterius. Nutriamus eum amylo,& portulacis,cum gummi arabico,uel iure oryzę. Si ſaniem ablatã uideris,& uulnus mundificatum, quod intelliges ex febriũ mitigationibus,& dolorum ablationibus,urinę albedine,eius lenitate,& ſui putoris ablatione,oportebit infirmum nutrire cum cibis facile digeſtibilibus, ſicut lacte,& iure de lacte,& farina facto, & amylo,atq; iuribus craſſarum gallinarũ,ex herbis maluis, acetoſa,portulaca,blito, cucurbita,cucumeribus,citroli,lactucis,omnibus coctis. Hæc cibaria ardorẽ mitigant urinæ,plagas ſolidant. Cũ uero febris tota ablata ſit, nutriamus cum carne arietis,edulorum,pullorum,piſcibus petroſis. Abſtineant à labore,& aſſuefaciant quietem.

De rẽnum uulneribus. Cap. XV.

ALiquãdo humores calidi & acuti deſcendũt ad renes, & inuiſcantur in eis facientes uulnera ex acuminibus ſuis. Idem faciunt humores ad ueſicam deſcendẽtes. Medicina uero æqualis eſt & dięta ſimul. Sed tamen diſcernenda ſunt uulnera in renibus, uel ueſica naſcentia,quia de renibus dolor ſentitur in femoribus. Vrina cum ſanie craſſa eſt commixta. Aliquando minima exeunt cum ea fruſtula carnis, & facile exit urina. In uulneribus de ueſica, ſentitur dolor in pene, & anguſtia in urina. Poſt horam ſanies reſidet in uaſe urinario,& in urina quaſi cortices,uel ſquamæ ſunt & urina mali eſt odoris. Sic intelligitur de uulnus urinæ inter renes, ueſicam,ſicut de illis quæ in renibus,uel ueſica. Oportet feſtinemus medicari uulnera in renibus, quia ſi inueterauerint, non amplius poterunt curari. Renes enim teneræ ſunt ſubſtantiæ,in quibus ſi ſanies immiſcetur, non medicina recipitur. Quam medicinam incipere debemus de ſpongia aquæ

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 131 sur 404

©BIUM

calidæ,& oleo infuſa,poſt fiat cataplaſma:Recipe roſas,lentes,myrtum,pul uerem molendini,oleum roſatũ,& ſimilia. Demus ſemen cucumeris,& bo lum cum lacte aſinino. Vniuerſaliter omne lac hanc paſſionem iuuat. De mus ſemen uel ſuccũ melonis,cucumeris citroli,cucurbitæ,citonij,maluæ. Quodcunq; horum inueneris,coctum dabis cum iuiubis,uel in ptiſana,uel in lacte aſinino. Dentur de hac compoſita medicina trochiſci:Rec. ſeminis lini,dragagãti,ana.drach.5. amyli,drach.6.boli,gũmi arabici,añ.drach.1. & s. fac trochiſcos. Alij trochiſci de papauere ualentes ad caloris incenſio nem,& uulnera in renibus,& ueſica: Rec. ſeminis papaueris,lini,cucume ris,dragaganti,medullę tritici,pondus ęquale,fac trochiſcos. Aliud ualens ad uulnera renum,uel ueſicæ:Recipe ſeminis citroli,cucumeris,melonũ,cu curbitę portulacę,amyli,boli,ana.drach.2. dragaganti,gũmi,ſpodij,roſæ, myrti,ſeminis citonij,maluę, ana.drach.2.lactucę,ſeminis papaueris,hyo ſcyamus,pſillij, añ.drach.1.& s.fac trochiſcos,drach.1.& s. Nutriamur cũ amylo,amigdaleo,ptiſana,oui uitello,tri,oryza,& ſimilibus. Si uulnera ſint in ueſica, mittamus aquam & mel,lac uel mel,ſemen citroli, cum albumine oui,& uiſco,ſemen citonij. Pſilliũ ualet ſimiliter ſi enargaliã mittamus cum oleo uiolato, & cũ lacte mulieris, uel aſinino,albumine oui. Epithima facia mus cũ cera alba,oleo roſato, dragagãto,ſeminis maluę, anxũgia uulturis. Aliud,Rec,ceræ,picis,butyri,axungię anſeris,pondus ęquale.

De ſanguine ſi cum urina exierit. Cap. XVI.

Sanguinis egreſſio cũ urina quatuor fit modis,uel de apertione epatis,uel de eius uenis ruptis,uel de inciſione uenarum in reni bus,uel de inciſione uiarũ inter renes & ueſicam. Si ſanguis ſine dolore exierit,intelligimus quia de epate ſit:ſi rubeus fuerit,& cito exierit ſine cauſa prędẽte,intelligas quia renibus uenæ ruptæ ſint,uel ex forti ſaltu,uel caſu, uel percuſſione,uel ex ſanguinis multitudine,& ſuo acumine cum exit purus & rubeus, ſicut diximus. Sed uenarum ora, cum aperiantur, non exit ſubito, maxime ſi parua ſit earum apertio, paruus & ſubtilis exit,& urina quę exit apparet quaſi cum ſanguine mixta. Aliquan do de ueſicæ uenis craſſis,ſanguis egreditur lapidem in renibus habẽtibus. Cum enim lapis tranſeat per uias inter renes,& ueſicam, excoriat eas,unde ſanguis emanat,maxime ſi lapis aſper ſit. Aliquando à ueſicæ exit uenis cor roſis, ſed tamen antecedit ſignum uulneris in ueſica. Veſica enim dolet, & ſanguis quieſcit. Aliquando exeunt fruſtra de ueſicæ ſubſtantia. Quæ cum medicari uolueris, & uidendum eſt ſi ex epate ſit, & incidatur baſili ca de manu dextra. Demus ſubtilem diætã,præcipientes ſibi à labore caue re & coitu. Medicina dãda eſt in ſanguinis fluxu ab epate iam dicta. Si ſit de uenis in renibus inciſis,uel de uijs inter renes & ueſicã, uel de apertione ue narum

©BIUM

narum,ſimiliter de baſilica eſt minuendum,adiuuãtibus,tempore & ætate. Præcipienda eſt quies,prohibenda exercitia,motus & coitus. Regantur cibarijs,& dieta quam diximus in ſanguinis fluxu ab epate. Dandi ſunt iſti trochiſci qui ualent ad ſanguinis minc turã,& ſaniei: Recipe ſeminis citroli,melonis,cucurbitę,cucumeris,portulacæ,ſpodij,ſucci liquiricię,ana.drach.6. ſeminis lactucę,& maluæ,gummi arabici,roſæ,amyli,dragaganti,papaueris ſeminis,ana.drach.3.micæ,ſeminis citonij,& acetoſæ,ana drach.2.boli,acaciæ,drach.1.& s.croci,ſcrup.2.puluerata cum ſucco arnogloſſæ,tempera,fac inde trochiſcos,& da bibere. Aliud ualens ſimiliter: Recipe medullæ tritici,balauſtiæ,ana.drach.2.aluminis,drach.1.dragaganti,ſeminis cucumeris,ana.drach.3.fac puluerẽ,& tẽpera cũ aqua roſata. Aliud ualens ad ſanguinis minc turam,& uulnera in renibus uel ueſica: Recipe ſeminis cucumeris,& portulacæ,cucurbitæ,añ. drach.10. papaueris ſeminis,drach.20. dragagãti,gũmi,boli,maluæ ſeminis,ana.drach.10.apij,croci añ. drach.3. puluera,& cum ſirupo uiolato,tempera,da in modum nucis. Trochiſci Galeni liquefaciunt ſanguinem coagulatum,de inciſione uenarum epatis & renum,qui fluit in ueſicæ ſpaciũ,& urinę prohibet exitum,& ſanguinem coagulatum intra ſtomachum,qui deſcendit de ſanguinis fluxu narium: Recipe abſinthij,radicis ſeminis,marathri,apij,ſeminis dauci,nucę,ſeminis melonis,frondium,rhamni,pondus æquale,fac trochiſcos,dans bibere cum lacte aſinino,uel apozemate de radicibus,uel cicere.

De lapide. Cap. XVII.

GEnerat lapis in renibus,uel ueſica duobus modis,uel ſi coquantur humores craſſi,& uiſcoſi,ex calore igneo in renibus,in calorem extra ſuam naturã exeuntibus. Vel ſi in renibus uulnera naſcantur,unde ſanies efficiat,neq; purgetur,ſed remanens in renibus coaguletur,lapisq; efficiatur. Plurimũ iuuenibus lapides naſcuntur in renibus,pueris in ueſica,cuius collum in eis ſtrictũ eſt,prohibens materiam exire,unde lapis concreatur. Quod tunc ueſica eorũ calidior eſt. Maior cauſa lapidis in pueris,craſſicies eſt urinæ naturaliter craſſæ,& ex craſſitie uiſcoſa,quia calor eorum naturaliter bene digeſſit & excoxit. Res autem uiſcoſa magis coagulatur,& conglutinatur. In mulieribus raro naſcitur,quia materia unde lapis concreatur,non coadunatur multis ex cauſis in uulneribus,quia & collum ueſicę earum curtum eſt,& foramina earum ſunt larga,& non multum tortuoſa,& minus bibunt aquam quàm pueri. Lapis enim maxime naſcitur,quia aqua diuerſa,& turbida bibit,ex qua humores craſſi adunantur,& uiſcoſi ad concreandũ lapidem,quia hęc accidentia ſemper ſequũtur inſeparabilia,febris & anguſtia,dolor cõtinuus urinæ. Si in renibus & in anchis quaſi pũctura acus intolerabilis ſentit. Cuius

certa

©BIUM

certa eſt ſignificatio in urina ipſius lapidis uiſio. Si enim in ueſica ſit dolor in pectine ſentitur, prurigo in uirga, ut puer ſcalpere eam cogat, & tenere in manibus. Quod dolore facere cogitur, & ſemper uirga erigit. Si lapidem medicabimur, an in renibus, uel ueſica ſit, perquiramus, & an corpora abundent humoribus acutis. Qui prius ſunt purgãdi, & poſt infirmi balneo aſſuefaciendi, omni die ter uel bis. Egredientibus, apozemata de aniſo, uel apio, uel ſcariola demus, & de lapide qui intra ſpongiam eſt. Rufus & Dioſcorides dixerunt: Lapidem intra ſpongiam inuentum puluerari debere, & cum uino dari, uel cum aqua calida, quia lapidem frangit. Demus & praſſiũ cum uino, uel apozemata de rhamno, uel calamẽtho, cũ capparis radice. Quod cunq; horũ inueniatur, cum uino, uel cũ aqua calida detur. Dẽtur & omnia diuretica, ſicut acorus, ſpica, calamus aromaticus, apij ſemen, petroſelinũ, caſſia, xylobalſamũ, calamenthũ, carpobalſamũ, nuca, cyperum, aſarũ, & ſimilia cõpoſita, uel ſimplicia, cum ſucco fœnugręci, uel fœniculi, apij, uel apozemate ciceris nigri. Scorpionis cõbuſti, drach.s cum uino prodeſt. Antidotum Galeni ualet ad idem: Recipe dauci, carpobalſami, ſpicę, aſari, petroſelini, aniſi, croci, cinnamomi, caſſię, amomi, cymini, pondus ęquale, fac puluerem, addens mel quod ſufficit. Abſtineãt à craſſis cibarijs, & ſaturitate & multa comeſtione. Aſſuefaciant poſt cœnam uomere, & corpus mundifica re cum ſirupo de abſinthio: omnia cõſueſcãt diuretica. Vinũ non bibant niſi ſubtile, & clarũ, ſaporatũ. Theriacã maiorẽ raro demus. Cõſueſcant ad temperata exercitia, neq; ea negligãt. Si dolor permaneat, neq; ceſſet, calefaciamus cum aqua calida, ubi coquãtur chamomila, ruta, pultes faciamus cum farina, & uino coctas, & ponantur ſuper anchas, dorſum & pectinem. Clyſtere faciamus de malua, chamomila, furfure, fœnugręco, hordeo, oleo uiolato, chamomileo, & ſimilibus. Sedeant in aqua calida ſulphurea. Si in ueſica ſit lapis, ſicut & de renibus, debet curari. Qui ſi adeo ſit magnus, ut exire urinam prohibeatur, feſtinemus lapidem de collo ueſicę ſemouere. Non ſanabũtur niſi cum chirurgia inciſione, & lapidis eiectione. Sicut Galenus dicit: Lapidem auferre de uia oportet, cum ęreo inſtrumento ſiue argenteo, facto in formã ſubulæ, ſed in capite plano, Quod mittatur per uirgã, ad auferendum de loco ſuo lapidem. Si in ore ſit ueſicę, oportet infirmũ ſupinum iacere, & pedes ſurſum erigere, & eos huc illucq; mouere, ut lapis de ore ueſicæ remoueatur.

De diabete. Cap. XVIII.

PAſſionem διαβήτην habent renes ex defectione contentiuę uirtutis. Vnde ſemper nimis infirmi ſitiunt, neq; aqua poſſunt ſaturari. Quam & quantam ut bibunt, ſimiliter eam mingunt, ſicut uidemus in canino appetitu. Quicquid enim comeditur,

cum

©BIUM

cum ferre nequeat, mouetur natura, & eijcit foras. Similiter cum cõtentiua in renibus deficiat, non poteſt retinere quam habet aquoſa humiditas. Neceſſe ergo eſt ad ueſicam effluat. Renes uero cum humiditate exinaniũtur, mouentur, & aquoſa humiditas de uenis ſubtrahitur. Sanguis in uenis cum deſiccetur, humiditas ab epate cum apetitiua trahitur uirtute, & epar ſimiliter ſuggit à ſtomacho. Sicq; pars à parte ſibi ſumit, donec perueniatur ad os ſtomachi, ubi inde generatur ſitis. Cũ aquã biberint, uenę exeuntes ab epate, à ſtomacho ſibi eam appetunt, & ſic uicina à uicinis quoad uſque ad renes peruenitur. Qui ex calore ſui eam cito trahũt ſibi, & ex defectione ſuę cõtentiue expellunt eam ad ueſicã, & inde exit cũ urina: unde fit, ut aqua nequeãt ſatiari, neq; ceſſet ſitis. Si ad medicandã hanc paſſionem non feſtinetur, infirmus nimium maceratur, & corpore conſumitur, uenter cõſtipatur, cito periclitatur. Oportet ergo dari rem frigidã, & ſtipticã, renes cõfortantem, & calorem extinguẽtem, ſicut ptiſanam cum ſapa myrtina, uel ſapam citoniorum, cum pſyllio loto cum aqua frigida, & oleo roſato, & oxyfœnicia. Demus trochiſcos refrigeratiuos de ſandalis, de ſpodio, de camphora, de roſa, cum ſirupis frigidis & ſtipticis. Nutriamus cum frigida diæta, ſicut lactuca, portulaca, hordeo, meſpilis, piris, carne hœdina: ſtudeamus ut ſudet, ponamus cataplaſma ſuper renes de ſolatro, frõde uitis, oleo roſato, & ſimilibus.

De *guttatim mingentibus.* Cap. XIX.

PAſſio ueſicę in expellenda urina antequam multa coadunetur quantitas, appellatur guttata urina. Quod duobus fit modis, uel quia ueſica qualitatem urinę pati non potuerit, quia acuta & pungitiua fuit, uel quia defectio fit, ut grauetur antequã urina adunetur. Sed quod ex acumine qualitatis urinæ cõtingit, ſubſequitur ardor nimius, punctura ueſicæ. Quod duobus modis fit, uel de paſſione renum, uel ſecundum criſin, in qua natura expellit materiam unde morbus fuerat, & tranſit per renes & ueſicam. Quem morbum medicaturi perquiramus, ſi ex acumine ſit qualitatis, & demus frigida. Pſyllium cum oleo roſaceo, & aqua frigida, & dragaganti, & ſeminis cucumeris, ana. drach. 1. cum oleo roſato, & aqua frigida, uel ſpodij, drachmam 1. & s. cum aqua frigida, & albumine oui, & ſirupo roſaceo. In uirgam mittamus oleum roſatũ cum lacte mulieris. Similiter energaliam faciamus cum oleo roſaceo, & albumine oui. Confectio ualens ad calorem ueſicæ, & ad ardorem urinæ, atque guttationem: Recipe dragaganti, gummi, portulacæ ſeminis, cucumeris, melonis, lactucæ, cucurbitæ, ana. drachmas tres, fac puluerem, fricans cum oleo roſaceo, da drachmas duas uel tres, cum ſirupo roſato. Nutriamus cum portulaca, cucurbita, lactuca, ptiſana, & ſimilibus. Si urinæ guttatio ex defectione ſit ueſicæ, uel ex complexionis humiditate, demus theriacam,

©BIUM

theriacā maiorem,& tripheram maiorē,diarhoma,& ſimilia. Epithima ſu perponamus pectini:Recipe olei nardini,caſtorelei,& ſimilia. Miſceat pran diis ſuis aromaticas ſpecies,uinum bibant forte & odoriferum. Antidotum ualēs adlubricā urinam : Recipe galię, gariophylli,cubebę,aſari,maſtichis, thuris galangæ,ana.drach.2. cinnamomi,caſſiæ,cyperi,roſæ,cardamomi maioris,& minoris,piperis lōgi,zingiberis,ſpicę,chardemeni, hierępicræ, pondus ęquale,tēpera cum ſucco citonij,& da drach.2.uel 3. Aliud ualens ſimiliter:Rec. mirobalani indi,drach.20.emblici,papaueris albi, añ.drach. 10. cyperi,ſauinæ,roſæ ſiccæ, hypociſtidos,opij,thuris maſculi,bdelli,ana. drach.5.fac puluerem:Deinde accipe ferrum iudaicum,& calefac, quod in aqua extinguas, in qua fac coqui xylocarrhacte, quod dulciſſimum eſt,uſq; ad conſumptionem: Deinde cola,& coque ad mellis ſpiſſitudinem, & cum ipſo tempera ſpecies,dans drach.5. cum aqua ubi fuerit illud ferrum extin-ctum.Aliud:Recipe corticis interioris iecoris gallinę,ana.drach.10.thuris, cyperi,glandiū,balauſtiæ,ana.drach.5.nucæ,drach.3.puluera, & cum oleo roſaceo,frica,& bibere da.

De commingentibus lectos. Cap. XX.

QVidam ignoranter aliquādo lectos commingunt, non ſentien tes.Quod pueri plurimum patiuntur,propter grauitatē ſomni & multitudinem humiditatis. Aliquando in maiori ætate con tingit, cum complexio humida ſit, maxime ſenioribus, quia ueſicę eorū molles ſunt propter humiditatem corporū.Quod cum medice-mur,theriacā maiorem demus,menta, myrrha in odorifero uino, ſimiliter faciūt.Ruta agreſtis,in uino cocta, & ebibita iuuat. Glandes,myrrha,thus, æquali pondere in uino coquātur,& uinū bibatur,cum oleo myrthino.Ve-ſica apri & tauri incenſa,detur bibere cum aceto,& aqua . Cū ad dormien-dum ueniat,de terra cimolea accipiat, quam cum felle taurino tēpera,& na turam ungat.In uſu habeat electuaria calida,& odorifera.

De ſtranguria. Cap. XXI.

VRina aliquādo impeditur exire de ueſica,uel de renibus.Sed iu uenibus plurimum de renibus, propter calorem cōplexionis ſuę.Pueris de ueſica,ex inordinata dięta.Quod ſi ſit de ueſica, uel ex toto aufertur, uel minoratur urina . Totam auferri, ex mortificatione eſt expulſiuæ uirtutis in ueſica. Intelligitur,quia neq; dolor, neq; morbus alius in ueſica ſentitur,Vel ex cōſtrictione uię unde exit, uel ex utroq;, ſicut patiuntur ſtringentes urinam aliqua de cauſa aliquādiu, & po-ſtea mingere nō poſſunt. Strictio uię unde urina exit de ueſica ex oppilatio-ne eſt lapidis ſanguinis ue coagulati,uel groſſorū humorum, uel ſaniei, uel

cuiuſlibet

©BIUM

cuiuslibet rei ibi naſcentis, ſicut uerrucę, carnis ſuperfluæ, uel propter cõſtri ctionem uiæ ueſicę, & ex apoſtemate. Quod ſi in collo ſit ueſicæ, grauatur, & dolet infirmus in illo loco, habet febrem incendentẽ, uigilias nimias, uri næ ſtrangiriam, duriciem ſuper ueſicam cum maiori dolore, & pulſatione. Hoc cito mortificat, niſi cito ſuccurrat medicina. Si ex uia ſit oppilata, nihil horum eſt quæ ſunt dicta. Intelligitur uero ex præterito dolore in renibus, uel ueſica. Verbi gratia: Si ſaniem, uel ſanguinem infirmus minxerit, uel ſca biem in ueſica habuerit, & poſt urina ſtricta fuerit, intelligimus ſanguinem, uel ſaniem coagulatã oppilaſſe loca illa. Ablationis urinę minoratæ, eadem eſt cauſa quę & totius. Si tamen hęc minoratur, illa ex toto aufertur. De qua uidendum eſt unde illa naſcatur. Si ex defectione eſt expulſiuę uirtutis in ue ſica, infundatur aqua calida, & rectus ſedeat, ut collũ ueſicæ in inferiora ten dat, præcipiatur ei, ut ſupra pectinem manu fricet. Poſt dentur ei calida, & odorifera, ut ſpica, caſſia, cinnamomum, acorus, macis, & ſimilia. De com poſitis, theriaca maior, athanaſia, dialacca, & ſimilia. Balneũ frequenter uta tur, ibi ſudet, pectinem ungat, & dorſum, cum oleo nardino, chamomeleo, muſceleo. Calefiat de ſpica, ſquinanto, chamomila, anetho, & ſimilibus. Si ſtrangiria ex ſanguine ſit coagulato, uel ſanię, uel puſtulis, medicanda ſunt renum uulnera, ſicut dictum eſt, ſedeat in aqua calida. Diſſolutiuis ſe ungat oleis. Clyſterizetur in uirga cum lacte mulieris, & oleo uiolato. Si ex apoſte mate ſit, in initio baſilica minuatur, ſuccus ſolatri, & endiuię, & caſſię fiſtulæ dentur. Calefiat cum aqua calida, ubi cocta ſint chamomila, malua, uiola, & ſimilia. Cataplaſma fiat de ſolatro, oleo roſaceo, farina hordei, & ſimili bus. Intelligitur locus apoſtematis, ex dolore, & grauitate infirmi, quæ ex ta ctu ſentit. Si paſſio in fortitudine ſit, oportet uenam calcaneo interius uicinã phlebotomari. Calefaciamus cũ ſpõgia aqua infuſa, ubi cocta ſint chamomi la, anethum, & ſimilia. Clyſtere faciamus in uirga cum lacte mulieris, aqua hordei, axungia anatis, oleo roſaceo. Epithima faciẽdum de cera, hyſſopo, oleo nardino, aut malua, oleo roſaceo, axungia anſeris, & gallinę. Sedeat in aqua calida ubi mingat temperate, ueſicã cõprimat. Apoſtema cum crepue rit, detur ad bibendum dragaganti, ſeminis melonis, & cucu meris. Medicemur ſicut uulnera renum, & apoſtema ta, neq; negligat aquam calidam, uel epithi mata. Si ex lapide ſit, prout di xi debet curari.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 137 sur 404

©BIUM

CONSTANTINI AFRICANI MEDICI, LIB. VI.

De paucitate coitus. Cap. I.

DEVS ad animaliū genera exiſtenda, creauit membra unde eſſent procreāda, quibus proprie uirtutem indidit naturalē, ex qua multū delectari poſſent, & operari in ipſis membris. Animalibus etiam amabile fecit cum maxima cōcupiſcentia & deſiderijs. Etin coitu admirabilem dedit delectationem, & inſeparabilem, ut genus eorum repararetur ne forte abominato coitu ab animalibus generatio amitteretur. Quæ cum fiat, neceſſe eſt duo coire animalia, maſculos ſcilicet & fœminas. Quibus deus huiuſmodi aptauit membra, ut alterum ſperma emitteret, alterum reciperet. Taliter enim ſunt formata, ut ad opus ſuum neq; meliora poſſent eſſe, neq; perfectiora. Hæc tamen aliquādo diuerſa patiuntur, ut eorū actiones immutent. Vnde in hac particula paſſiones eorū, & cauſas & ſignificationes ſunt dicendæ. Incipiamus ergo de coitus defectione, cuius uirtus poſita fuit in ueretro naturali, & propria actio, quam & alia habent mēbra corporis ſecundū naturā ſui. Cum igitur homo coire cogitet, uel imaginetur, ſubito uenit ad ueretrū uētus per pulſus, qui ſibi à corde iungit, & per quandam neruū intrat concauum, qui inflat, & erigit, ut actionem ſuam naturalem explere poſſit. Quod erigere ſibi uenit à corde: cor enim mandat toto corpori uentū ſpiritualem. Veretrū recipit ſperma à cerebro, deſiderium ab epate. Inueniuntur autem quidā homines multū uentū, & humiditatem habentes, ſine inflatiua uētoſitate, à quibus ſperma effluit ſine uoluntate, & erectione. Reperiuntur & habentes nimiam concupiſcentiā, qui nec erigūtur, neq; ſperma ab eis emittitur. Quomodo aūt à cerebro progrediūtur uirtus ſenſibilis, & motus uoluntarius per neruos, & à cordis uirtus pulſabilis & uitalis per arterias. Similiter de teſticulis ad totum corpus, uirtus exit, quæ in maſculis eſt cauſa maſculinitatis, & in fœminis, fœminatiōis, mouēs ab ipſis nimiū calorē toti corpori. Propter hoc caſtrati nō habēt barbā neq; in multis locis pilos, & uenæ eorū ſicut fœminarū, neq; concupiſcentiā habent ad coitum, qui teſticuli nimium calorem, & uirtutē prēſtant corpori, & cauſa ſunt permanentis generationis. Quos Galenus de principalibus dixit eſſe membris, quia ſperma ibi adunatur, & mutatur, & inde ad uirgā emittitur. Virtus coitus non eſt temperata, niſi complexio eorum calida ſit & humida, ſed teperamenta, quia cum calore augmentatur concupiſcentia, & cum humiditate ſperma. Si complexio teſticulorū mutetur, maxime uirtus coitus fit non perfecte. Verbi gratia; Si calor & ſiccitas eis dominētur, paruū ſperma,

& magnam

©BIUM

& magnam concupiſcentiã habent. Si frigiditas & ſiccitas præualuerit, fit paruũ ſperma, & defecta cõcupiſcentia. Si dominentur frigiditas & humiditas, multũ habent ſperma, ſed parua cõcupiſcentia eſt. Ariſtot. dixit: Si multos habẽt pilos in corpore uiri, uel multas habẽt pennas uolucres, quęcunq; ſint animalia huiuſmodi, multũ habẽt coitũ, quia multitudo pilorum ex nimio eſt calore, & multa humiditate. Ex quibus duobus neceſſe eſt eſſe coitũ. Tertiũ eſt quo ſua actio expletur, id eſt, inflatiuus uẽtus. Vnde antiqui medici dixere: Vbicunq; hęc tria adunantur, ſiue cibo, ſiue medicina, ſperma generãt, coitum augmentãt, id eſt, calor, humiditas, & uentoſitas. Quæ ſi non omnia, ſed duo tantum adunentur, melius eſt quàm ſi unum habeatur. Qui horum uirtutes agnouerit, bene cõponere ex duabus, ſiue tribus rebus poterit, quibus ſperma augmentetur, & coitus cõfortetur. Sicut cicer eſt, in quo omnia hęc tria adunantur, quia calidũ eſt & humidũ, uentoſitatis generatiuum & multum nutritiuum, cui non neceſſe eſt aliud ad hoc opus cõmiſceri. Similiter frumentum coctũ maxime cum medulla oſſuum, & ſimiliter rapa, & fabę, uentoſitatem faciũt, multũ nutriunt. Sed tamen ad frigiditatem pertinet earũ nutrimẽtum. Qui perfectus uult eſſe huic officio, mittat cum illis calida temperantia earum frigiditatẽ. Cauſa quæ ſperma generat, cibus eſt ſicut recens caro, cerebella, oui uitella, ficus, pineæ, & ſimilia. Medicina generans ſperma, eſt ſtincus, ſatyrion, zingiber, galanga, behen album & rufum, coſtus, crocus, naſturtiũ, urticę ſemen, aniſum, lini ſemẽ. Eſt etiã quidam cibus, & medicina ad hoc ualẽs, ſicut rapa, aſparagi, eruca, ſemen eius, paſtinaca, & ſimilia. Ex his ſimplicibus medicina tantundem ualens cõponitur. Elect. Ioan. Damaſceni, ualet ad fortem coitũ: Recipe zingiber, piperis longi, ana. drach. 8. ſeminis ceparũ, dauci, erucę ſemen, urticę ſemen, aniſi, linguę ocelli, ana. drach. 9. aſparagi ſemen, ſatyrionis, ana. drach. 15. pineæ, drach. 15. fac puluerẽ, addens mel quod ſufficit. Elect. ualens ſimiliter ad frigitatem renũ, & hemorrhoides: Rec. zingiberis, galangę, iringi radicis, cinnamomi, piperis longi, ſeminis, lini, ana. drach. 15. penith, amygdalę dulcis, ana. drach. 20. erucę ſeminis aniſi, dauci, ana. drach. 6. cardamomi, croci, gariophylli, pyrethri, piperis, nucis muſcatę, macis, añ. drach. 3. fac puluerem, addẽs mel quod ſufficit. Da ante cibũ & poſt cibũ in modũ auellanæ. Aliud ualẽs ſimiliter, cinnamomi, coſti, ſpicę, croci, marathri, zingiberis, mẽtę, origani, calamenthi, caſſię, ana. drach. 9. polij, piperis longi, nigri, & al, aſari, urticæ ſeminis, carui, gariophylli, galangæ, iringi radicis, pyrethri, cardamomi, ſpermatis radicis, & rapularũ, añ. drach. 3. ſeſami, nucis, fiſtici, amygdalę, pineę mũdatę, penith, ana. drach. 15. mel quod ſufficit. Aliud ualens ſimiliter: Recipe ſemen lini, aniſi, penith, ſeſami, amygdalę, ana. unc. 1. iringi, galangæ, calamẽthi, ana, unc. 5. fac puluerẽ, & adde mel quod ſufficit. Item iuuat lac bouinũ, & cõſuetudo bibẽdi ipſum, cũ cinnamomo, & gariophyllo,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 139 sur 404

©BIUM

& galanga,& ſimilia. Sirupus ualens ſimiliter:Recipe marathri,aniſi,eruce ſeminis,dauci,mentæ,calamenthi, origani,drach. 20. uuę paſſæ mundatæ, drach.100.omnia coque in 10.lib. aquę uſq; ad medietatem,deinde cola, & adde tantūdem mellis,& fac ſimiliter.In initio coctionis, mitte croci,zingiberis,galangæ,gariophylli,piperis longi, cinnamomi, iringi, cardamomi, coſti,maſtichis,ana.drach.1,omnia puluerata in panno ligent.Si coitus propter calidū & ſiccum auferatur,prohibeatur omnis medicina,& dięta ſuperius dicta & prȩcipiatur ut accipiat lac uaccinum,piſces recentes,blitū,chryſolocannā,cucurbitam,& ſimilia. Clyſtere faciamus cum frigidis,& humidis oleis,ſucco cucurbitæ,ut humectentur,& calor refrigeretur.

De nimia erectione uirgæ,quæ σατυρίασις dicitur. Cap. II.

SI arterię,& nerui uirgę impleātur uētoſitate,neceſſitate eſt eam erigere,& erectam diu manere.Quod ſi diu permaneat,neq; reſideat,ſine tamen concupiſcentia,& uoluntate coitus,paſſio eſt quæ porgeſmos uocatur. Cuius cauſa eſt uētoſitas inflatiua,& & craſſa humiditas,uiſcoſa,& calore moderata. Galenus: Omnis,inquit, medicina,uel diæta quæ coitū augmentāt,huic paſſioni ſunt nocitiua. Cui medicandæ, contraria oportet dare, uentoſitatem mitigantia, & refrigerantia. Vngamus dorſum,& uirgam,anum,teſticulos,ſolatri ſucco,portulacę,lentiginis aquę,ſemperuiuæ,hyoſcyami,lactucę,oleo roſaceo,ceruſſa, acatia,& ſimilibus.Cingulū plumbeū renibus ſuperponatur.Accipe ſemen rutæ,portulacæ cum ſucco coriandri,& parum camphoræ.Agni caſti ſperma facit ſimiliter. Aſſuefaciat ſedere ſemper, & dormire ſuper frigidam cucitrā.Galenus dixit,quia mulieres Athenienſes in feſtiuitatibus ſuis ponunt ubi dormiūt,& ſedent,agnū herbā, propter caſtitatē, quia nomen illius herbę denominatum eſt à caſtitate.Iaceat ſemper in latere,& nō ſupinus. Dorſum enim cū calefit,arteria, & nerui neceſſe eſt caleſcāt, & calor ad uirgam ueniat,& ex deſiderio coitus eam moueat.Iterum opium iuuat,& camphora cum oleo roſaceo temperata,& uirga inde uncta.

De gonorhea. Cap. III.

SPerma ſine uolūtate, cōcupiſcentia uel delectatione, ex defectione exit uirtutis contentiuæ quæ in uaſis eſt ſpermatis,& hoc ſine erectione fit, uel ex paſſione uaſorū ſpermatis,ſicut ſpaſmo,quo uirtus expulſiua moueatur, ut ſperma foras eiiciatur, ſicut in epilepticis uidemus.Quod cum erectione efficitur, iterum eſt uel ex ſpermatis quantitate,uel ex eius qualitate.Ex quātitate,ſi multiplicatū & augmentatū,uaſa impleat.Ex qualitate,ſi in calorē,& quātitatem mutetur, & in liquiditatem & aquoſitatem. In medicanda paſſione, cum frigida nutriamus dięta,ſicut lactuca,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 140 sur 404

©BIUM

ctuca,portulaca,chryſolocãna,cucurbita,bliti,citrolis, cucumeribus,melonibus,& cũ frigidis omnibus,& humidis, uel frigidis & ſiccis, ſicut ſumac, aceto & ſimilibus. Vngamus dorſum & uirgã frigidis rebus, ſicut ſolatri ſucco,hyoſcyamo, oleo roſaceo, & ſimilibus,ut portulaca, lithargyro, ceruſſa. Culcitra ſemper ſit frigida,herbę frigidę in domo ponẽdę. Accipe farinã glandiũ,drach. 2. cũ acerbo uino omni die. Similiter lactucę ſemen,cũ ſucco portulacæ. Accipe balauſtiæ,ſemẽ portulacę,añ.drach.ʒ. anethi ſeminis,rutæ ſeminis,arnogloſſæ ſeminis,ana.drach.1.& s. fac puluerem,& da bibere ieiuno cum aqua frigida. Ruta,& hyoſcyamus cum ſirupo de myrta, & aceto de myrta proſunt. Agni ſpermatis, rutæ, ana.drach. 2. balauſtiæ, drach.1.da bibere cum aqua. Semper aqua infundat frigida,& à cibis & potibus calidis caueat.

De ſpermatis effuſione in ſomno. *Cap.* IIII.

PVeri non patiũtur pollutionem,quia uenę eorum ſtrictę,& humiditate ſunt plenę,neq; calor eſt perfectus. Sed cum ueniũt ad ætatem, generatur materia ſpermatis,quia & perfectior & augmentatior calor eorũ eſt,uenæq; eorum largiores. Vnde mouetur natura, ut materiã augmentatã expellat, & eam cũ ebullitione in ſomno emittat. Sed tamen hęc pollutio quę uenit ex abũdantia ſpermatis,non eſt ſimilis ei quæ ex concupiſcentia animę ſuccedit. Aliquando homo uidet mulierẽ aliquã & concupiſcit eam, qui cum dormiat,imaginatur eam quaſi cum ea dormiat, & inde pollutio uenit,quod imaginatio animę non eſt niſi complexio corporis. Multa enim in ſomnis uident homines,cum in corporibus eorum multiplicẽtur humores,quaſi in collo farcinas portant graues. Sed ſi humoribus ſint exinati,uidẽtur ſibi uolitare, uel ambulare, & ſimilia. Pollutio non eſt aliud quàm cum ſomnus elongatur,& corpora ſudant. Pollutionem ſæpe habentes,cum frigida medicina,ſiue cibarijs,ſeu unguentis, ſicut diximus, in ſępe erigentibus curentur.

De apoſtematibus uirgæ. *Cap.* V.

APoſtemata,& uulnera uirgæ,ſeu puſtulæ,ſunt ex humoribus à corpore deſcendẽtibus. Quod palàm eſt ſenſui cum hoc membrum in propatulo ſit. Intelligitur unde naſcatur, ex infirmorũ cõplexione. Si uulnera ſint ſine apoſtemate,medicemur cum ceruſſa,lithargyro,ana.drach.ʒ.cucurbitę pulueris,ana.drach.1.& s. cũ oleo roſaceo. Si humida ſint uulnera, mittamus cortices cypreſſinos,combuſtos, & hęmathitẽ. Si uirga ſibi pruriat,mittamus crocũ & cãphoram. Ex quo faciamus clyſtere in uirga, & ſi apoſtema uideamus, medicemur hoc unguento: Recipe cadmię argenteę,ceruſſę,lithargyri,ana,drach.1.& s.croci,aca-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 141 sur 404

©BIUM

ciæ,balauſtię,ana.ſcrup.2. fac puluerem, & unguentum cum oleo roſaceo & cera. Aliud:Recipe frondis uitium, thuris,añ.drach.1.ceruſſæ,drach.4. tẽpera cum aqua,& inde ſe ungat,& poſtea ſe lauet cũ aqua marina. Aliud: Recipe albuminem oui, oleum roſaceum, crocum,myrrham: fac unguentum.Aliud:Rec. nitrum,cineres frondiũ uitis,tempera cum aqua & unge.

De apoſtematibus teſticulorum. Cap. VI.

HVmores à corpore ad teſticulos deſcendentes,apoſtema ibi facere ſolent. Quod ſi ſint acuti & calidi,rubeus uel citrinus erit color apoſtematis,cum ardore,dolore, & pulſatione. Si frigida ſit materia, fit color apoſtematis, ſicut & color corporis, & ſine dolore. Si ex percuſſione, uel fiſſura ſit, infirmus manifeſtabit. In medicando apoſtemate ex calore, de uena minuatur, & in dorſo ſcarifetur, & poſt humores calidos cum pharmacia purgemus: Deinde ad apoſtema redeamus,cum epithimatibus,& cataplaſmatibus. Puluerem de fronde rhamni cum oleo roſaceo,apoſtemati ſuperponamus, cimoliam cum ſucco ſolatri,& croci,uel farinã hordei coctam cum melle,& aqua, uel fabas cum uino coctas. Cataplaſma ualens ad apoſtema calidum in teſticulis:Recipe roſæ,uiolæ,ſandali rubei & albi,ana. drach.4. maluæ radicis, & eius ſeminis, drach.5.memithę,drach.3.tempera cum ſucco ſolatri,& oleo roſaceo.Si ex frigore ſit apoſtema, ponamus uuam paſſam,mundatam, cyminum, & fabas coctas,uel melilotum cum ſapa cocta,uitellum oui,farinam tritici.Cataplaſma ualens ſimiliter:Rec.balauſtiæ,fabę farinatę,& ciceris,chamomilæ, añ.drach.6.thuris,cymini,myrrhæ,acaciæ,añ.drach.1.axũgiæ, renum capreoli,cerę,ſeſameleos,medullę bouinę,uitelli oui ęqualiter, fac unguentũ.

De uulneribus teſticulorum. Cap. VII.

VLnera in teſticulos deuenientia,& calida,ſic ſunt medicanda: Cimolia cum aqua ſuperponenda, & acacia,ceruſſa, cum oleo roſaceo,lithargyrum,cadmia argentea,oleum roſaceum. Vnguentũ ualens ad pruriginem in teſticulis ex cholera rubea & ſanguine cõbuſto:Recipe medullę bouinæ,unc.s.olei roſacei, unc.1. ceruſſæ,drach.6.cerę,drach.2.acacię, ſeminis roſę,ana.drach.2.fiat unguentũ. Aliud ualens ſimiliter:Recipe ceruſſę,drach.6.ſulphuris,drachmas 2.opij, drach.1.tempera cum aceto. Si teſticuli ex ſudore fuerint uulnerati,de alumine,& galla fac unguentum, & ſuperunge. Si fiſſuram habuerint,accipe rhamnum cum oleo roſaceo,& oui uitello,& fac unguentum.

De ruptura ſiphac. Cap. VIII.

OMnis crepitura in pelliculis uentris, & teſticulorum circundatorijs,eſt ex motu forti,ſicut poſt ſaturitatẽ graue tollatur pondus, uel fortiter tuſſiat,ſiue alte uociferetur, uel poſt ſaturitatem iocatur,ſiue

©BIUM

tur, siue luctetur, uel propter lubricam humiditatem, unde & membrum lubricũ fit locum suum dimittens, & aluum non suum accipiens. Vnde & pellicula loci illius est fissa, quæ uel neruis si crepuerit, non solidatur. Sed tamen quędã crepitura leuior est altera, quæ cum incensione curatur, & ad dilatandum prohibetur, propter collationẽ extremi nerui fissi, siue pellicule, quę in pueris cõtingit maxime. In alijs ætatibus prȩcipiendũ est ne saturẽtur, neq; coëant, uel laborent, uel nimium se moueant, & super illam crepituram concauum plumbum ponant, & cum acacia superponatur, & ligent cum panniculo bombycino pleno. Subtus plumbum ungamus ungentis dissolutiuis, & uentositatis expulsiuis, sicut aloë, myrrha, thure, licio, acacia, succo hypocystidos, bdellio, & similibus. Si magnificetur crepitura, & aliquod uiscus illuc descendat, erit molestissima: adeò ut infirmum à motu, & grauitate aliqua retrahat, & ad medicandum est dura. Neque aliquid proficere possunt medici, nisi cum solutione uentris, & dissolutione suæ uentositatis, sicut piluils de sagapino, uel bdellio, diarhomate, diacymino, triphera maiore. Vnguenta fiant stiptica. Abstineant à crassis cibarijs, & crassam uentositatem facientibus. Cataplasma ualens ad idem: Recipe mastichis, thuris, nucis cypressi, frondis tithymali, sarcocollę, ęquali pondere, tempera cum aceto. Aliud: Recipe acacię, balaustię, nucis cypressi, ęquali pondere, mastichis, thuris, uel myrrhæ, croci, sarcocollæ, dragaganti, sanguinis draconis, ana. unc. s. tempera cum oleo rosaceo & aceto.

De menstruis. Cap. IX.

MEnstrua mulieribus ueniunt, cum ætatem 14. annorũ subeunt. Sed tamen si festinauerint in duodecim annis. Quæ sic contingunt mulieribus, sicut pollutio masculis. Causa eorũ, quia corpora mulierum naturaliter frigida, & humida sunt. Vnde multos humores colligunt. Qui cum ad inferiora descendunt, cum menstruis exeunt, sicut in arboribus uidemus, quarũ humores cum gummi egrediuntur. Cum exeunt menstrua, secundum quod oporteat, in quantitate, & tempore, purgantur humorum superfluitates. Quod si fiat contra in quantitate, siue tempore, uel si auferantur, diuersitates passionũ generantur. Eorum autem ablatio est aut naturalis, aut nõ naturalis: Naturalis, quæ mulieribus post 45. annos contingit: alijs in 40. alijs in 55. maxime multum pinguibus & carnosis. Ablatio accidentalis, uel ex uirtute, uel ex organis, uel ex materia. Ex uirtute, si in mẽbris dominent aliquæ cõplexiones malę, naturaliter, uel accidẽtaliter. Ex organis, propter substãtiam uuluæ, uel uenarũ suarũ. Ex substantia uuluæ, si sit spissa, & uiscosa, naturaliter seu accidentaliter. Ex uenarum substantia, si sint strictę naturaliter, sicut pinguibus euenit, quibus uenarum ora sunt constricta. Naturaliter seu accidentaliter, sicut ex oppila-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 143 sur 404

©BIUM

tione,quę innaſcitur eis de craſſis humoribus,& uiſcoſis. De materia ſecun dum quantitatem,& qualitatem,uel ex motu ſuo. De quãtitate,ſi ſit parua. Quę paruitas uel ex ſubtili dięta eſt,uel ex nimijs exercitijs. Rufus dicit:Mu lieres ſe exercentes & nimium mouentes,non multum menſtruorũ habent: ſed quæ quieſcũt, & multum comedunt, & ſuauiter uiuunt,multa indigent purgatione menſtruorum.Ex qualitate materiæ,uel ex craſſitudine,& uiſco ſitate,uel de frigiditate,uel de ſiccitate eſt.Incraſſat enim ſanguis,uias clau dit,neq; facile exit. Similiter infrigidatur,uel exſiccatur,non currit in uenas facile. Ex motu materiæ in alia membra ſe mouentis, ſicut in anum,& dici tur hæmorrhois,uel in nares . Rufus ait.Si quędam mulieres multũ fluxum ſanguinis habuerint,& quædam ſi ab hęmorrhoidibus,uel è pectore,uel de uenis,quæ crepuerint multum emiſerint, hæ omnes & ſimiles,mẽſtrua de ſcendentia non habent.Item menſtrua auferũtur, & corrumpuntur ex tri ſtitia cõtinua,gemitu,timore,ira,& alijs ſimilibus animę paſſionibus.Cum ablatio menſtruorum diu elongetur,paſſionem in ſtomacho patiũtur,utpo te defectionem apetitiuæ,abominationem,malum appetitum, utpote pul ueris terræ,carbonum,laterum,& ſimilium.Alia adhuc paſſio ſequetur ma ior,ſicut dorſi, colli,capitis,& oculorum dolor, patiuntur & acutas febres. Earum urina tendit ad nigredinem. Aliquando eſt ſicut lauatura carnis re cẽtis: Vniuerſaliter earũ corpora morbis maximis ſunt apparata,ſicut phthi ſi,hydopiſi,manię & ſimilibus. Phlebotomemus in uena media,donec cau ſa menſtruorum ablata erit maior.Rurſus ſi medicus bene intelligat cauſam menſtruorum ablatorum facilior erit curatio, oportet ergo ut nos medice mur auferentes res illas unde ablatio uenire ſoleat,& incipiendum nobis eſt à phlebotomia . Hoc autem ualet antequam ueniant menſtrua, & ſcari ficatio pedum ualet ſimiliter : Cum phlebotomemus , uel ſcarificemus, pa rum ſanguinis auferamus, & in alio die ſimiliter fiat de alio pede . Galenus in Epidemia dixit : Erat fœmina cui per ſeptem uel quatuor menſes ablata erant menſtrua, facies erat multum macida, & appetitum iam perdiderat. Quod cum uidi tribus diebus ſanguinem purgaui,in die prima unam abſtu li libram & s. In ſecunda libram unam. In tertia unc.9 . Quod cum fecerim, paulo pòſt figura redijt, prout fuerat . Similiter ualet menſtruis mulierum, calamenthum agreſte, & domeſticum,cum aqua,& melle coctum, de qua aqua da bibere poſt balneũ. Aſſuefaciant balneare,& poſtea accipiãt, ſcrup. 2.de diateſſeron,& caſtorei unà cum aqua & melle . Aliquãdo dari prodeſt hierapicrã,maxime quod factũ ſit cum cinnamomo.Demus & quę urinam prouocent,ſicut marathrum,aniſum,cyminũ, apium,ameum,caſſiam, ſpi cam,& ſimilia. Demus apozema de abſinthio, de radicibus,uel apozema ta de phaſeolo, unc. 5. olei nardini drachmã unam, galbani ſemiſſem , uel demus diaſinarte,drachmam unam cum apozemate de ſauina,uel de aniſo

Apozema

©BIUM

Apozema ualet ad mẽſtrua prouocanda: Rec. calamenthi, ſtecados, petroſelini, ſauinę, praſſij, chamędreos, chamepithæos, polij, añ. drach. 3. marathri, aniſi, apij, ameos, dauci, ſquinanti, cuſcutę, ana. drach. 2. caſſiæ, ariſtolochię longę, gẽtianę, baccarũ lauri, rheũ pontici, añ. drach. 1. & s. omnia coque in in aqua, & da bibere unc. 4. Aliud apozema ualens ſimiliter: Recipe rubeę, drach. 6. marathri radicis, apij, ana. drach. 15. aniſi, drach. 5. dauci, drach. 8. phaſeoli rubei, drach. 15. maſtichis, drach. 5. praſſij, calamenthi, ameos, añ. drach. 5. omnia coque in 5. lib. aquę uſq; ad unã, & da bibere unc. 4. cũ amygdaleo amaro. Puluis ualet ſimiliter, R. ſauinæ, apij, ana. drach. 10. cinnamomi, drach. 5. caſſię, ſpicę, abſinthij, ana. drach. 5. ſquinãti, marathri, aniſi, ana. drach. 1. & s. turbith, quantũ omnes aliæ ſpecies, fac puluerẽ cum amygdaleo amaro, da bibere unc. 3. & s. cũ apozemate de calamentho. Pilulæ ualẽtes ſimiliter: Rec. hierapicrę, drach. 3. turbith, abſinthij, añ. drach. 4. ſcammonij, amoniaci, opopanacis, ſagapini, bdellij, caſtorei, ana. drach. 1. & s. caſſię, ſauinæ, marathri, aniſi, apij, calamẽthi, añ. drach. 1. & s. tempera cum ſucco apij, faciẽs pilulas da bibere drach. 3. cum apozemate de calamẽtho. ſuffumigationem faciamus de calamentho, & centaurea, gentiana, & ſimilibus, myrrha, alumine, tẽpera cum ireleo. Valet ſimiliter nitrũ, abſinthium, hyſſopũ, lac ficuũ, oui uitellũ, ireleon. Facit ſimiliter elect. ex myrrha, nigella. Calamenthũ cũ melle facit ſimiliter. Oportet ut interiora uuluæ ungat mulier cum oleo roſaceo, uel ireleo, ne fortitudo medicinæ generet apoſtema, uel uulnera. Calefactio non minus eſt iuuamentum de chamomeleo, ſamſuco, meliloto, caſſia, anetho, calamo aromatico, ireo, calamẽtho, menta, & ſimilibus, ſiue compoſitis, ſiue ſimplicibus, fac coqui in aqua, in qua infuſa ſit ſpõgia, calefacito cũ ipſa. Similiter iuuat, ſi his coctis in uaſe aquę mulier ſuperſedeat, ut totius medicinę fumus introeat in uuluę interiora.

De fluxu ſanguinis cum menſtruis. Cap. X.

FLuxus ſanguinis exiẽs cum menſtruis pluſquã oporteat, uelde organis erit apertis in uulua uenis, ſiue ruptis, & tunc ſanguis ſubito, & uelociter rubeus & clarus exit, uel ex materia cum augmentetur ſua quantitas propter multã ſuauitatẽ, & nimiam comeſtionem, uel qualitatẽ, ut ſi ſit acuta, cholerica, uel ſalſa phlegmatica, uel ex acumine ſanguinis quẽ uulua retinere non poſſit & feſtinat ut expellat. Si materia ſit cholerica, color eius erit citrinus. Si phlegmatica, albus. Si ſanguinea, rubeus. Hoc fit cũ totius corporis corrũpitur ſanguis, & deſcendens ad uuluã effluit, quia nõ poſſunt, cõpati mẽbra corporis propter corruptionem ſui, & malignitatem ſuæ qualitatis. Si augmentetur iſte fluxus neq; ceſſat, patiũtur mulieres colorũ mutationes, faſtidia, macilentiam, hydropiſin, quia epar propter hoc neceſſe eſt refrigeſcat, & actio eius deficiat. Vnde oportet ut ſi augmẽtet, & eum extinguere uelimus, mulierẽ in ſuperioribus phlebo-

©BIUM

phlebotomemus,ut materia ad ſuperiora trahatur. Hoc ſit,ſi ſanguis cauſa fuerit.Si cholera rubea ſit,dandū eſt catharticū,& antidota,quæ eā purgare debeāt.Et ſimiliter in phlegmate,uel cholera nigra faciamns cathartica,uel antidota cōuenientia. Deinde redeamus ad medicinā ſanguinem ſtringentem,ſicut acaciā,corallū,gūmi,myrtę ſemen,balauſtiā,portulacę ſemen,bolum,cornu ceruinū,conchulam marinā,& ſimilia. Vniuerſaliter itidem eſt medicandū ſicut in fluxu ſanguinis de pectore,uel de alijs membris. Cibos demus,perdices,phaſianos, & ſimilia. Mulier ſedeat in aqua ubi cocta ſint tamarindi,cortices maligranati,galla,myrta,roſa,& ſimilia.Ventoſam apponamus mammillis, & exſugamus ſine ſcarificatione, fumigationē faciamus de galla,alumine,thure,gallia,ęquali pondere,tēpera cū aceto. Aliud: Rec.acaciā,hipochiſtidos,thus,tēpera cum aceto.Trochiſcus ualens ſimiliter:Recipe balauſtię,conchulę marinæ,acaciæ,drach.ʒ.gallę,ſanguinē draconis,ſumac,cupularū glandiū,uiolæ,gūmi,boli,aluminis,añ.drach.ı.& s. ſucci hypochyſtidos,drach.ı.cāphorę,carabę,ana. drach.ı. & s. fac trochiſcos cum ſucco uirgę paſtoris,& da bibere:ſimiliter fac fumigatione.Puluis ualens ſimiliter:Recipe cōchulæ marinę,cornu ceruini,ana drach.6.balauſtiæ,carabę,coralli,ſpodij,roſæ,ana.drach.ʒ.fac puluerem,& da bibere.

De ſuffocatione matricis. Cap. XI.

ALiquando mulieres morbum patiūtur, qui matricis ſuffocatio uocatur. Vnde earū appetitus deficit, & corpus refrigeſcit. Sæpe mulieres inde deficiunt,& ſubtiliantur. Pulſus earū pariſſimus & debiliſſimus, aliquādo ex toto aufertur. Aliquādo mulieres adeò coartantur,ut earū capita genibus implicentur. Vnde Galenus:Vidi,inquit, mulierem huiuſmodi patientem, quæ & flatum perdidit, & pulſum quaſi eſſet mortua, neq; diſtulit à mortua, niſi quia parū in medio corporis erat calida.Multi medicorū mortuam eſſe putauerunt.Quod certificare uolentes, lanam quam rariſſime carpinatam acceperunt, & naribus applicuerunt,de cuius motu, uiuere eam certificati ſunt, quia flatum habebat, & animal flatū habens, uiuit. Cauſa huius paſſionis, multitudo eſt ſpermatis,uel corruptio eius. Hæc contingunt, quia diu remotę fuerint, coniunctione maſculorū. Vnde neceſſe eſt augmentetur & ſperma corrūpatur, & quaſi uenenū efficiatur. Plurimū hęc uiduę patiuntur, maxime prius maritatę,& parturientes ſępiſſime.Similiter puellis euenit,cum ad ętatem peruentū ſit, neq; cohabitent maſculis: ſperma enim coadunatur in ipſis quod expellere, ſicut maſculis neceſſe eſt. Hoc enim naturæ actio expetit.Cū mulier habere maſculum non ualeat,adunatur in ea ſperma, & ab ipſo frigidus fumus aſcendit ad diaphragma,quia diaphragma & uulua ſunt cōiunctiua. Quia uero diaphragma iunctū eſt cum gula,& inſtrumētis uocis,ſuffocatio hæc inde

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 146 sur 404

©BIUM

hęc inde contingit. Item hic morbus ex menſtruorũ eſt ablationibus: Nam ſi menſtrua auferantur, & ſperma augmentetur, multo peior fit & maxime in autumno uel hyeme. Prima medicina huic morbo eſt machinãda, ut manus, & pedes mulieris fricemus, tamẽ moderatius cũ laurino oleo. Naribus appropiemus abominabilem odorẽ, ſicut caſtorei, galbani, piculę, lanę combuſtæ, lichini extincti, pilorũ fumi, & ſimiliũ. Inferius fumigemus cum odoriferis fumigationibus, ſicut muſco, ligno aloẽs, coſto: Odorifera olea ponamus in uuluã, ſcut ireleon, muſceleon, nardileon, ut ſperma trahat ad inferiora. Vẽtoſam in pectinem ponamus & in inguinẽ. Vngamus os uuluę cũ oleis odoriferis, intrinſecus, & extrinſecus. Demus diacyminũ, cum apij ſucco, calamẽthi, ſirupo, hierapicra cum ſucco abſinthij, demus drach. 1. de agarico cũ uino odorifero. Lauemus uuluã de abſinthio, ſquinanto, chamomileo, ſamſuco, anetho, calamentho. Item ualent ad ſuffocationẽ matricis, drach. 2. de ſucco hyoſcyami, caſtorei, piperis albi, coſti, myrrhæ, opij, ana. drach. 1. & s. tempera cum uino dulci.

De *apoſtemate uuluæ.* Cap. XII.

ALiquando apoſtemata naſcũtur in uulua multiformia. Si ergo cholera ſit rubea, calidũ generat apoſtema. Quoddã tantum de uentoſitate fit craſſa, uel de percuſſione, uel de menſtruorũ ablatione. Si enim apoſtema in uuluæ ſit prora, ſequet naturæ dolor cum ſtrangiria. Si in ore, umbilici & natiũ aderit dolor. Si in eius puppi, ſequetur dolor dorſi, conſtipatio digeſtionis, dolorq; ſub hypochondrijs. Si apoſtema fit cholericũ, uel ſanguinolentũ, febres habẽt acutas, ſitim & dolorem nimiũ. Si de humoribus fit groſſis, tumor & duricies, grauitas in anchis, & in coxis. Vnde oportet ſuccurri. Si apoſtema in uulua ſit perquirendum eſt unde ſit: Quod ſi ſit ex calore, baſilica, uel media erit incidẽda, & ſanguis detrahẽdus ſecundum uirtutem, niſi aliquid contrarium ſit. Galenus: Mulieres in uuluæ apoſtemate, uenam pedis conuenit minuere. Melius enim iuuat, quàm ſi in alio loco fiat. Idem dixit: In uuluę paſſione, nocere ſuper manum minuere. Menſtrua enim conſtringit ſanguis tractus ad ſuperiora corporis. Si mulier eſt fortis, bis in die auferatur ſanguis: ſi debilis, ſemel. Poſt danda medicina, quæ in acuto apoſtemate ualeat, ſicut ſuccus ſolatri, caſſiafiſtula, manna, mel roſaceum, & ſimilia. Cataplaſmetur in primis repugnantibus calori, & membra illius confortatiuis, ſicut portulaca, ſolatro, ſemperuiua, pſyllio, arnogloſſa, endiuia, oleo roſaceo, & ſimilibus. Poſt diſſolutiua ponamus, ſicut endiuiam, caules, oleũ uiolatum, ſemen lini, malua, fœnugræcum, axungiam anſeris, gallinæ, melilotum, albuminẽ oui, & ſimilia. De omnibus fumigemus, ſiue compoſitis, ſeu ſimplicibus. Dioſcorides dixit: Spica nardi cocta in aqua, uel ſi in ea ſedeat mulier, iuuat.

Fumigatio

©BIUM

Fumigatio Pauli ualet ad calidam uuluam,& duriciem ſuam,uel inuerſatio nem,uel inflationem,& uentoſitatem. Accipe axungiã medullæ uituli,ana. drach.7.medullę cerui,drach.6.anſeris,gallinę,croci,ana. drach.4. maſtichis,mellis,ana.drach.2. hyſſopi,drach.2.& s. tẽpera cũ lacte mulieris,& oleo roſaceo.Si apoſtema ſit frigidum,& craſſum,quod diſſoluat erit faciendum,ſicut fœnugræcum,melilotum,ſemen lini,menta,ſamſucus,& ſimilia ſunt apponenda. Epithima faciamus,& fumigationẽ ſimiliter. Demus apozema de radicibus ad bibendum.Pilulas de ſerapino.Balneum aſſidue fiat, & epithimata. Leuia danda ſunt cibaria,& craſſos humores non generãtia. Si certi ſimus in apoſtemate collectã ſaniem eſſe, ponẽda ſunt cataplaſmata maturantia,& aperientia,ſicut de fœnugræco,ſemine lini,farina hordei,& tritici,ficubus cum fimo columbino coctis.Si crepuerit apoſtema, & ſanies in ueſicam effluat,detur lac aſininũ,uel caprinum,ſemen cucumeris,& melonis,clyſterizemus in uulua,cum ptiſana & melle.Confectio unguẽti & naſtaris: Rec. axungiæ anſeris, gallinæ,uituli,ceræ, ana.drach.10. uitelli oui, drach.5.bdellij,myrrhæ,ana. drach.1.& s.croci.drach.s.ireleon,& olei nardini quantum ſufficiat.

De uulnere uuluæ. Cap. XIII.

VInera in uulua generant de acutis apoſtematibus,& aliquando de acutis medicaminibus,uel de abortiuis. Quæ certificantur ex ſanie inde effluenti, & dolore, & pulſatione matricis. Si ſint putrefacta, ſanies fit colore nigra cum putredine horribili, & nimia,& ardore nimio:unde mulieri eſt præcipiendum, ut in uuluam ponat quibus mundificentur uulnera, & calor extinguatur, dolor mitigetur, ſicut ſuccus ſolatri, arnogloſſa, oleum roſatũ, cum albumine oui,lac mulieris,ſuccus portulacæ,& ſimilia demus. Demus mulieri ad bibendũ catharticum de iuiubis,ſemine papaueris,liquiricię, & ſimilia.Nutriamus cum cucurbita,portulaca,& ſimilibus.Sedeat in aqua ubi cocta ſint myrta,roſa, fœnugręcum,balauſtia,lentes,cortices maligranati,& ſimilia. Si uenę ſint coroſę,demus ſanguinem draconis,myrrham,thus,bolum,crocum, ariſtolochiam, de quibus omnibus clyſtere faciamus,uel ſuffumigium.Similiter ualet licium,acacia,unde fumus fiat. Valent ad pruriginẽ uuluæ,crocus,camphora,lythargyrum,baccę lauri,albumen oui, oleum roſaceum,clyſtere inde fiat.Dioſcorides dixit:Farina fœnugræci cum ſanguine anſeris, ualet ad duriciem matricis. Valet & lac ficuum,cum uitello oui.

De mollicie uuluæ. Cap. XIIII.

VIua aliquãdo patitur molliciem propter nimiam humiditatem, uel in loco frigido multam ſeſſionem,ſeu aquæ frigidæ infuſionẽ. His enim emollitur,& à loco ſuo egreditur. Aliquando exit propter

©BIUM

pter nimiam expreſſionem in partu. Vnde in medicinanda hypochiſtis & balauſtia in uulua ſunt ponenda. Sedeat in aqua ubi cocta ſint ſtiptica. Epithima fiat cum oleo roſato, & myrtino: Cõmendetur obſtetrici ut ponat in interiora. Deinde faciamus puluerem de rebus ſtipticis, & deſuper ponamus. Sternutationes faciamus, quia aliquãdo uuluã reddunt in interioribus Dioſcor. dixit: Merda bouina ualet ad uuluam egreſſam, ſi inde ſuffumigetur. Eadem prodeſt etiam medicina, quę ano exeunti profuit.

De ordinanda diæta prægnantium. Cap. XV.

PRout Galenus in multis ſuis libris profitetur, ligatio fœtus in matrice eſt ſicut ligatio fructus in arbore. Fructus enim in arbore cum primum generatur, debilis eſſe comprobatur: unde & facile labitur, ſi quãtolibet uento arbor moueatur, uel quibuſlibet alijs ſimilibus. Cum autem in arbore firmetur, & tempore roboretur, ligatur firmius, & à timore cadendi eſt remotius. Cum autem iam ad maturitatem compleatur, cadit ſine ullo motu, & ab arbore ſeparatur. Similiter in uulua fœtus: Cum enim ſperma in uuluam inciderit, ligatio eius eſt debilis. Vnde ſi mulier patiatur in ſaltu, uel in lubricatione, & caſu, uel in pharmacia, ſeu phlebotomia, uel fluxu uenarũ in hæmorrhoide, ſiue in collo uuluę, uel nimio motu corporis, uel animę, diſſoluitur ligatio fœtus, & de uulua facile labitur. Similiter cũ perfecte iam cõpleatur tempore horum medio, fortior & ſolidior eſt eius ligatio. Vnde quę tum quoq; ſine nocumento fœtus aliquo modo mouetur. Oportet ergo in principio conceptus, nullus fœmine pręgnanti ad memoriam reducat cibaria quę illo in tempore inueniri nequeant, ne forte deſideranti, & non inuenienti, ſit cauſa abortiendi: & ſi deſideret inuenienda feſtinet quiuis ad ea ei adducenda. Regatur autem extrinſecus grauidæ ſtomachus cum rebus confortatiuis, ſicut oleo nardino, maſticheleon, abſinthij oleo, & odoriferis cataplaſmatibus, maxime in principio conceptus. Cum appropinquat partui, aſſuefaciat balneari, & ungi molliuis oleis, & nutriatur nutrimentis mollibus. Si inflatio pedum ſuperuenerit, ungatur oleo nardino, roſato, & aceto. Fumigentur crura cum aceto & aqua. Poſtea chimolia, & ſimilia cum aceto tẽperata ſunt ſuperponenda. Pedes fumigemus cum apozemate de caulibus, uel de abrotono. Et ſi habeat appetitum incõuenientium ciborum, iniungatur moderatum exercitium, odoriferum bibat uinum, temperata ſit dięta. Poſt cibum accipiat malagranata citonia, pira. Si lutũ, uel carbonem, quęſierint, dentur cicer, fabæ aſſatę: Epithimata, uel cataplaſmata odorifera, & aromatica, pectori ſunt apponenda, uel ſtomacho. Si humores furioſi pectus grauauerint, oportet pharmaciam dari. Poſtquam fœtus quatuor menſes cõpleuerit, & ad ſeptimum uſq; peruenerit. Hoc enim tempus eſt medium inter tempora concipiendi.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 149 sur 404

©BIUM

Fœtu iam fortiter & perfecte in uulua ligato, tũc medicus in pharmacia dari da nõ sit temerarius, quam si dederit, & leuem & securã oportet dari. Si grauitatẽ de uentositate patiũtur stomachi siue uuluę, oportet festinari ad dissolutionem uentositatis, ne causa sit abortiendi. Erit autẽ iste puluis, & ad hoc utilis, qui ualet ad uentositatẽ matricis: Rec. zedoar, dronechi, seminis apij, ana. drach. 2. castorei, drach. 1. ameos, drach. 5. sacchari, drach. 20. puluerato, & drach. 1. dato. Antidotũ ualẽs ad dolorem matricis & uentositatẽ eius, & stomachi grauedinem. In grauidis enim abortũ aufert: Rec. seminis apij, marathri, ameos, zingiberis, añ. drachmas 5. mastichis, gariophylli, cardamomi, asari, añ. drachmam unam & s. cinnamomi, nucis muscatę, castorei, zedoar, dronechi, acori, ana. drach. 2. sacchari, drach. 5. puluera, & adde mellis quod sufficit, da drach. 1. cum uino. Aliud ualẽs ad duriciem partus, quod Galen. & ad morsum araneę, & scorpionis, & quæ uenenosa sunt uale re dicunt: Recipe piperis albi, 30. grana, myrrhæ, castorei, storacis, drach. 1. & s. opij, drach. 5. galbani, seminis apij, anisi, siseleos, ameos, ana. drach. 4. & s. fac puluerẽ, tẽpera cũ uino, & da bibere, drach. 1. & s. cum 9. unc. uini.

De *difficultate parturiendi.* Cap. XVI.

CVm mulier tempus naturale parturiendi expleuerit, mouetur fœtus motu fortiori; unde & uuluam necesse est dilatari, & uirtute sua expulsiua fœtũ de secundina emitti. Sed tamen aliquando grauiter pariũt, neq; etiam parere possunt. Quod multis fit ex causis. Vel ex calore subito, & extraneo mulieres lędẽte, uel ex angustijs uiarũ uuluæ, uel ex nimia mulierũ pinguedine, uel si fœtus mortuus sit, neq; se ad exeundun adiuuerit, mouendo. Aliquando si concipiat aliqua quæ adhuc sit paruula, & si in hyeme fuerit. Aëris enim frigiditas uuluæ cõstringet uias. Si in ęstate contigerit, calor aëris uirtutem dissoluit, quę fœtum adiuare solet egredi. Oportet ergo si uiderimus mulierem in partu laborantem, præcipiamus eam balneari in aqua ubi fœnumgræcum, malua, semen lini, hordeum, munda cocta sint. Vngamus coxas, & uentris inferiora, humidis & dissolutiuis epithimatibus. Fricemus latera, & femora, cum oleis dissolutiuis. Demus oxysaccharum ad bibendũ, & capillos ueneris, mentam, uel absinthiũ, de quibus puluere facto, detur drach. 1. cum uino. Sternutationes faciamus cum thure, ambulet per loca decliuia suauiter.

De *secundinæ exitu.* Cap. XVII.

POstquã iam peperit si secũdina remansit, in ea expellenda oportet festinari, cum sternutatione, tenendo os & nares. Cinerem aquæ infusum, & post colatum, cum drach. 1. puluerati seminis maluę demus ad bibẽdum, & post uomere faciamus. Similiter

crocum

©BIUM

crocum pulueratum demus cum aqua calida,& uomere cogatur. Item ualent ad emittendam ſecundinam, & ſanguinem à partu remanentẽ, fumigationes uuluæ cum oculis ſalſorum piſcium, uel ungulis eorum, uel ſtercore catino,uel canino,ſiue cum cicuta,uel ſinapi. Si ſanguis poſt partũ non exierit,medicemur cum medicina prouocante menſtrua.

De iſchiatica paſſione. Cap. XVIII.

PAſſio iſchiatica naſcitur ex humoribus in neruũ illum muſculum ue craſſum deſcendentibus, qui ἰσχία uocatur. Hic inter lacertos eſt coxendicem. Plurimum autem fit ex phlegmaticis uiſcoſis humoribus in cõcauitate coxæ ſe coadunantibus. Aliquando ex humoribus ſanguinolentis,cum rubea cholera mixtis,& ibidem collectis. Vnde patiuntur dolores in coxis. Aliquando uſq; ad crura deſcendit dolor,& ad calcaneũ, & uſq; ad paruum pedis digitum. Aliquãdo eſt in una parte,aliquãdo eſt in utraq;. Si autem ſit in ſiniſtra,peior & moleſtior eſt quàm in dextra. Si ex humoribus ſanguinolentis,& cholericis, ſequetur nimietas doloris,& continuatio pulſationis,& ardor atq; incenſio. Quod maxime in iuuenibus euenit. Si ex calidis eſſe certificetur humoribus,uena minuatur,quę ſaphena uocatur de calcaneo. Si paſſio ſit in utraq; parte,phlebotomemur utraq; uena. Galenus dixit: Tantũ ualet hæc phlebotomia,ut una die infirmus euadat. Aliquando etiam uena medij brachij phlebotomanda de parte infirma,maxime in initio hoc fiat,ſi nos adiuuerint tẽpus, & ætas, regio,& cõſuetudo,poſt danda pharmacia quæ choleram rubeam purgat. Similiter clyſtere faciamus. Nutriamus cum diæta caloris extinctiua. Sæpe balneetur in dulci aqua. Demus pilulas de aloẽ,& maſtiche. Vngamus frigidis epithimatibus. Si de humoribus ſit frigidis & uiſcoſis, demus pharmaciam chymos illos ſuauiter purgantem,ſicut pilulæ de hermodactilis,uel de thapſia,uel fœtidas,uel demus de ſtomachico,& ſimilia,frigidos & uiſcoſos chymos purgantia. Clyſtere faciamus de centaurea,ſemine lini,fœnugræco,colocynthida,& ſimilibus. Nutriamus cum cibis bonorum chymorum generatiuis. Caueant de plenitudine cibi,& potus,maxime ſi craſſi ſint,& ad digerendum duri. Cautiſſime uitent coitum,maxime poſt cibum. Cum purgabitur pharmacia, clyſteribus,balneis, & corpus mundificatum de materia morbi interioris certi fuerimus,redeundum eſt ad epithimata exteriora & cataplaſmata. Vnde Coſtus filius Lucæ dixit,in libro quem de ligatione fecit: Vbicũq;,inquit,epithima,emplaſtrum, ſeu cataplaſma alicui membro ſunt ſuperponenda,unde membrum perpenditur eſſe calefaciendũ,uel materia craſſa de ipſo diſſoluenda, oportet præceſſiſſe purgationem totius corporis cum pharmacia,& phlebotomia. Certificato uero corpore mundificato, & paſſione remanente in uno ſolo membro propter humores in ipſo

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 151 sur 404

©BIUM

clauſos, ſi materia illa non fuerit, quæ eos aliunde effluens augmentauerit, tunc tantū ſuperponātur epithimata, & alia. Sed ſi corpus plenū ſit humoribus, oportet hoc fortiter caueantur, quia multo magis ad illud membrū infirmum trahit, quam diſſoluat. Galenus dixit: Si hæc paſſio inueterauerit, oportet uenas incidi, & poſt incendi. Dioſcor. dixit: Multotiens uidi incendi cum ſtercore pecoris, & multū profuit. Idem: Si calefaciamus locum infirmum cum merda bouina, ualet. Danda infirmo calida medicina & diſſolutiua, ſicut theriaca, phyloniū, diatrionpipereon, & ſimilia. Fumigemus cum aqua calida, ubi calamenthū, anethū, chamomilū, origanū, melilotus, ſamſucus, folia lauri, ſint cocta, & ſimilia. Pilulę ualentes ad artheticū dolorem ex humoribus frigidis, craſſis & uiſcoſis & ad iſchiaticos & podagricos & uēto ſitatē neruorū: Rec. amoniaci, ſagapini, bdellij, opopanacis, aloēs, ſarcocollę, aſę, ſeminis cicutę, apij, aniſi, añ. drach. 1. colocynthę, zingiberis, turbith, drach. ʒ. ſcāmonij, acori, ana unc. 2. tēpera cum ſucco porri, & factis pilulis, da drach. 1. & s. uel ʒ. ſecundum uirtutem patientis. Pilulę de ſagapino, ualent ſimiliter. Rec. ſagapini, turbith, ana. drach. 5. bdellij, apij, ſeminis acori, ana. drach. 2. ſamſuci, calamenthi, cicutę, ana. drach. 1. ſcammonij, caſtorei, thapſiæ, ana. drach. s. tēpera cum ſucco apij, & da bibere. Pilulę aliæ ualentes ſimiliter: Rec. ſene drach. 5. bdellij, drach. ʒ. ſagapini, ſarcocollę, amoniaci, ana. drach. 2. maſtichis, acori, colocynthę, ſcammonij, ana. drach. 1. & s. calamēthi, apij ſeminis, marathri, aniſi, cicutæ, ſpicę, ſtichados, ſalis amoniaci, ana. drach. s. tēpera cum ſucco apij, & da drach. ʒ. cum apozemate de nigro cicere. Epithima Ioan. Damaſc. ualet ad iſchiaticos, podagricos, de frigiditate: Recipe colocynthæ, drach. 85. euphorbij, drach. 45, lactis tithymalli, drach. ʒo. omnia terātur, & in ʒ. libris aquæ ponantur per triduū, & in quarta die 1. libram ueteris olei mitte, & leniter coque, donec duę partes aquę remaneant, deinde cola & mitte ad focū, coquens quoad ſolū remaneat oleū. Poſtea pone unc. ʒ. ceræ, qua liquefacta mitte euphorbiū, bene piſtatum, & lac tithymali, & fortiter tempera. Deinde infirma unge loca, calcaneū ſcilicet & plantas pedū. Si fortius operari uolueris, da infirmo ſero drach. 1. de ſagapino, & mane unge. Subpoſitura deponens uiſcoſum phlegma, ualet ad dolorem dorſi, & ad colicā paſſionem de frigiditate: Rec. ſagapini, drach. 2. bdellij, ſarcocollę, colocynthæ, ſcammonij, nitri, licij, fellis taurini, myrrhę, ana. drach. 1. tēpera cum melle cocto, & fac in modum glandiū pone unam & poſtquā exierit, pone alterā uſq; ad tertiā. Storacon ualet ad dolorē artheticū, membra frigida calefacit. Similiter ueſicam, & renes, dura apoſtemata deſtruit: Recipe ſeſameleos, caulium, unc. 1. ſtoracis unc. ʒ. coque ſuauiter ut ſoluatur ſtorax, deinde cola, & unge. Calida epithimata, uentoſitatem deſtruunt in membris adunatam, humores craſſos digerūt, & diſſoluūt, membra frigida calefaciūt. Fortius epithima eſt elacterioleon, poſt coſtelion, laurinum

©BIUM

rinum oleum, cicuteleon, ſambuceleon, pigameleon, anethileon, ireleon, balſamum, & ſimilia. Si quis uelit fortiora ad diſſoluendos humores craſſos, & uentoſitatem expellendam, coque pyrethrum in quodcunq; horum uolueris, caſtoreum, anacardum, euphorbium, cicutam, ſtoracen, calamenthum, coſtum, & ſimilia. Quantitas horum ponendorum in hæc olea, ana. drach. 1. uel drach. 1. & s. Neq; frequenter facienda ſunt iſta. Cauenda enim poſt mundificationem interioris corporis ne paſſio augmentetur, & peioretur. Sed ſi ex ſola ſit frigiditate, uel mẽbris incluſa uentoſitate, & ſine materia, ualent hæc epithimata quandoq; impoſita.

De podagra. Cap. XIX.

POdagra eſt calcanei dolor, & plantæ pedum cum diſtenſione nerui, & pulſatione ſui, naſcens ex malis humoribus ad calcaneum deſcẽdentibus. Quod ſi calidi ſint, & acuti, dolor nimius erit, & pulſatio continua incendens calcaneũ. Si frigidi & craſſi, & grauitas nimia fit, & extẽſio, & ſine dolore, uel pulſatione, tumor. Apoſtemata autem podagricæ & artheticę paſſionum, non ſunt tumentia, quia tumor in ſolis carnoſis naſcitur mẽbris, & habentibus multũ ſanguinis, horum membrorum uiſcoſa humiditas, & frigida eſt nutrimentũ. Item, quia carne ſunt nuda, non ſunt tumentia. Plurimum innaſcitur hæc paſſio, ſuauiter & quiete uiuentibus, & exercitia negligẽtibus, & purgationes, & corporis mundificationes nolentibus, maxime cum multum comedant, atq; bibant. Hæc enim res: in corpore ſuperfluos creant humores. Si autem pedes inuenerint debiles natura, ad eos humores deſcendũt. Membra enim cum ſint debilia, non poſſunt eos expellere ex defectione ſui. Vnde maxime hæc paſſio uenit principibus, & ſuauiter uiuentibus, & corpora humida habentibus, maxime ſi multo coitu utantur, & cibis nimijs impleantur. Concatenatio enim membrorum calefit, cum motus ad coitum fit, & calor illos humores ſibi attrahit. Item aſſuefactione coitus nerui laxantur & rumpuntur, plantæ pedũ, & calcaneus neruoſa membra eſſe uidentur. Vnde fit ut eunuchi, quia nõ coẽunt non hunc morbum patiuntur, & ſi habuerint, tamen rarum, quod fit eis ex multitudine humorum propter inordinationem dięte. Sicut etiã puri qui nõ fiunt podagrici niſi ex ordinatione dietæ, & ciborum multitudine. Mulieres quoque non fiunt podagricę, quia non laborant in coitu ſicut maſculi, & omni menſe purgãtur mẽſtruis. Quicquid dixi de podagricis, itidem intelligẽdum eſt de artheticis. Galenus: Podagrica, inquit, paſſio incipiens in uere, uel ęſtate ſanatur in 40. diebus, uel antea. Si in autumno, & uſque in hyemem durauerit, durũ eſt eam curari, quando oportet nos ęam curare, phlebotomemus eos ſi multum ſanguinis habuerint, & ma

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 153 sur 404

©BIUM

xime ſuper manū, ſi eius cauſæ ſint ſanguinis, uel cholerę, abūdantia. Quod ſi humores ſint phlegmatici, pharmacia phlegmatis purgatiua ſunt purgandi, ſicut pilulis de thapſia, uel de hermodactylis, uel de ſagapino. Cùm certificetur quia materia ſit expulſa, reuertamur ad pedes, cū cataplaſmate, uel epithimate, & ſubfumigatione, & incipiendum à rebus repugnantibus, & illos humores à pedibus repellētibus. Si calidi ſint humores, pſylliū, oleum roſatum, ſuccus ſolatri, portulacæ, farina hordei, lentigines aquæ, cortices cucurbitæ, coriandri ſuccus, lactucę, albumen oui, ſandali, roſæ, camphora, & ſimilia ſunt apponenda. Si frigidi, ſuccus caulis quia ſolubilis eſt, cicutæ, origani, & alia cataplaſmata, quę adhuc ſunt dicenda. Calida demus antidota, ſicut theriacam, diacyminum, diatrionpipereon, phylonium, & ſimilia. Nutriamus cum leui diæta, & temperata, iniungamus exercitia. Et de hac cōfectione demus quam iam experti ſumus. Pilulę de hermodactilis, ualent arteticis, & podagricis de frigiditate: Recipe aloēs, hermodactylis, mirobalani citrini, colocynthę, turbith, bdellij, ſagapini, ana. drach. ʒ. ſarcocollę, caſtorei, euphorbij, opopanacis, cicutæ, apij ſeminis, ana. drach. 1. & s. croci, drach. 1. tempera cum ſucco marathri, & fac pilulas. Aliud: Recipe hermodactyli, mirobalani citrini, añ. drach. ʒ. turbith, drach. 1. & s. aloēs, drach. ʒ. tēpera cum ſucco porri. Aliud: Recipe aniſi, ſeſameleos, piperis albi, & longi, thapſiæ, ana. drach. 2. zingiberis, agarici, ana. drach. 4. maſtichis 7. hermodactyli, drach. 20. tempera cū uino, fac pilulas. Aliud: Recipe ſacchari, aloēs, añ. drach. 10. ſagapini, mirobalani citrini, bellilici, hermodactyli, ana. drach. ʒ. piperis lōgi, & nigri, añ. drach. 2. & s. aſari, opopanacis, añ. drach. unam, ſene, drach. 2. thapſiæ, drach. 2. tempera cum ſucco porri. Aliud: Recipe mirobalani citrini, zingiberis, ana. drach. 6. origani, drach. 11. thapſię drach. ʒ. hermodactyli, drach. ʒ. penith, drach. 15. bdellij, drach. 21. tempera cū ſucco ſolatri, & fac pilulas. Aliud: Recipe hermodactyli, hieræpicræ, mirobalani citrini, turbith, æquale pondus, tēpera cum ſucco ſolatri. Aliud: Recipe colocynthæ, aloēs, ſarcocollæ, ſagapini, bdellij, euphorbij, ſcammonij, turbith, maſtichis, frondium baſilici, aniſi, ana. drach. 4. tempera cum ſucco caulium, & fac pilulas. De omnibus his da drach. 1. & s. uel 2. uel ʒ. ſecundum uires patientis cum aqua calida. Cataplaſma ualens podagricis de calore: Vngat manus, & pedes, atque genua ubicunq; ſit podragra. Recipe farinę hordei, drach. 10. ſandali rubei, drach. ʒ. acacię, drach. ʒ. myrrhę, croci opij, ana. drach. 1. cum ſucco ſolatri tempera. Aliud ſanguinolentis ualens apoſtematibus, & calidę podagrę: Recipe maluę, farinę hordei, pſylij, ana. omnia puluerentur, & cum ſucco portulacæ, & oleo roſaceo temperentur. Aliud: Recipe citonia, in aceto cocta, farinam hordei. Dioſcorides dixit: Opium, & croci parum cum lacte temperata mitigant dolorem calidum podagricę. Aliud: Rec. ſandali rubei, albi, farinę hordei, ana. drach. ʒ.

opij.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 154 sur 404

©BIUM

opij,acacię, croci,farinę lentium,ana.drachmam unam,tempera cum ſucco ſolatri,uel coriandri. Frigidis podagricis ualet ſcordion cum aceto temperatum. Vuæ paſſæ mundæ,& ruta unà piſtata,& cõmixta ualent. Axungia uulturis cum pecudum ſtercore ualet, & ſimiliter caprina. Radix elateriji in aceto cocta,ualet,& omnia unguenta & epithimata calida ualent.

CONSTANTINI
AFRICANI MEDICI, LIB. VII.
PRAEFATIO.

EXPLETIS IN prioribus particulis interiorum membrorum paſſionibus, & eorum expoſitis curationibus ſecundum canones noſtrorũ antiquorum prout ſufficiens expetebat breuiariũ, conſequetur ut in hac 7. particula, quę finem noſtro libro eſt impoſitura, dicamus quid exterius corpus patiatur ut appareat ſenſibus. Item quod cum ſit exterius, acumen tamen nocet in interioribus. Subſequentur curationes eorum, ſecundum autoritatem Hippocratis & Galeni, qui fundatores extiterunt huius artis. Incipiendum autem à febribus. Galenus enim dixit moleſtiores has eſſe omnibus morbis. Patiuntur enim interiora & exteriora,& nocent ſpiritibus,& animatis uirtutibus,& naturalibus actionibus. Incipiamus ab ephemeris febribus,quæ innaſcũtur ſpiritibus. Hæ enim febres de paruis oriuntur cauſis, & aliquando aliarum cauſæ ſunt febrium, & nullæ alię cauſæ ſunt ipſarum.

De ephemeris febribus. Cap. I.

EPhemera ergo febris ex calore naſcitur ſimplici, & ſpiritus ſine materia, uel putredine calefit. Vnde fit, ut non duret niſi die una. Spiritus hi ſunt: Vitalis ſpiritus, qui fundamentum eſt uitæ, & materia caloris naturalis: Animalis,qui fundamentum eſt ſenſus & uolũtarij motus: Naturalis item ſpiritus, qui fundamentũ eſt quatuor naturaliũ uirtutũ,quæ ſunt appetitiua,contentiua,digeſtiua, & expulſiua. Hęc febris dũobus diuidit modis. Vel enim ipſa eſt morbus, uel accidẽs morbi tale quale ex alio morbo cõſequetur. Si ipſa eſt morbus,fit ex cauſis tribus: Vna eſt qua corpus patitur extrinſecus,ſicut calor eſt eſtiui ſolis,& uenenũ,& frigus nimiũ,& balnea aquarũ, exteriora corpora ſuis uiribus deſiccantiũ, & oppilantiũ,ſicut uitrea aqua,uel alũinoſa, uel ſulphurea. Secunda,eſt motus corporis, ſicut & labor & exercitia, ambulatio nimia,&

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 155 sur 404

©BIUM

ſimilia. Vel motus animæ ſicut ira, cogitationes, triſtitia, anguſtia, & ſimilia. Tertia eſt conſuetudo ciborum & potuum calidorū ſanguinem calefacientium. Ephemera febris quæ accidens eſt interioris morbi, eſt febris apoſtema ſequens inguinis & aſcellarum & colli, & ſimilium. Sanguis enim collectus in apoſtemate niſi cito diſſoluatur, neceſſe eſt, calefiat, & putreſcat, & uitalem ſpiritum calefaciat. Deinde cor caleſcit propter coniunctionem arteriarū, & cordis, unde generat ephemera febris. Hę ſunt cauſæ ephemerę febris. Oportet uniuſcuiuſq; cauſam dicamus, & ſignificationes, & planiſſimas curationes. Intelligitur ergo febris ephemera, quæ eſt ex calore ſolis, quia capita corporibus ſunt calidiora, & nimium dolentia, & facies eſt rubicundiſſima. Aliquando patiuntur calidum rheuma, & incendunt nares. Febris propter uenenum, corpora magis quàm capita calefacit, exteriora deſiccat, & incendit, quia calor ueneni deſiccat humiditatem corporis. Febris ex nimia frigiditate mutat colorem, & aufert pulchritudinem. Mutatur enim in liuiditatem & obſcuritatem, & ſic extrinſecus corpus refrigeſcit, & deſiccatur: Et in capite cum frigiditate grauitas ſentitur. Febris ex ſtipticę & deſiccatiuæ aquæ balneis, cutem duriorem, & ſicciorem reddit, quam quæ ex frigiditate fuerit. Quæ cutis ſi manibus tangatur, apparet quaſi infuſa aliquandiu in galla, & maligranati corticibus. Cum autem manus in corporis locis immoretur aliquibus, eximpoſitione calefit ſentiturq; fumus à corpore exiens acutus. Febris ex cibis & potibus calidis, incendit ſanguinem calore ſui, & ſpiritum naturalem, qui epar inhabitat, & ita calor cordis impeditur, & à corde per totum reliquum corpus diuiditur. Vnde urina & ſanguis rubicundior eſt quàm in alijs ephemeris, quia urina & ſanguis colamētum ſunt cęterorum humorum, & quia calor eſt in ſanguine, in ſtatu ſentiūt calorem in epate. Febris ex labore corporis, corpus fatigatum, debile, & ſiccum facit, in articulis nimiam debilitatem, & continuum dolorem. Sudor in ſtatu minor eſt quàm in cęteris ephemeris febribus. Hæc enim febris cum declinauerit, diſſoluit humiditatem de ſuperficie corporis, ſicut in exeuntibus à balneis. Alij ſudant ſudore laudabili, & ſi non ſudauerint, fumus de interiori corpore, aſcendit. Febris ex ira, intelligitur ex facie rubicunda, & egreſſione oculorum, & uelocitate motus eorum, ac deſiccatione palpebrarum, & fortitudine, & magnitudine pulſiuū. Aliquando color citrinatur, & tremorem patiuntur: Quod fit, cum ira tremori permixta ſit. Febris ex triſticia & anguſtia, oculos cōcauat, & inquietat, colorem aufert, corpus debilitat, pulſum ſubtiliat, urina fit acuta. Hę ſignificationes anguſtioſę & triſtes ſunt, in omnibus anguſtijs qualeſcunque ſint. Cum ergo medicus intellexerit, unde ephemera fit febris, ad curandum erit facilis. Et ſi ex calore ſit ſolis, uel ex uenenis, balneandus erit in declinatione febris, neque tamen balneo debet immorari. Aqua tepida, & dulcis ſit. Poſtquam balneum exierit, lecto

flore

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 156 sur 404

©BIUM

flores frigidi,ſunt apponẽdi,ſicut uiolę,roſæ,ſalices,pſyllium,myrtus,& ſimilia.Humectãdæ ſępe ſunt nares eorũ cum oleo uiolato,tempora ungenda oleo roſato,& aceto. Fumiganda capita poſt febris declinationẽ cum tepida aqua,ubi uiola & chamomila ſint coctę. Si inquã rheuma non habeat, neq; caput doleat.Si humores ſint in capite, nimium caueãtur hęc, & tantũ nares fumo huiuſmodi apponantur. Demus ſuccum maligranati,cum ſaccharo,& ſirupum album,roſaceũ,& uiolaceũ. Nutriamus cum mica panis lota cum ſaccharo, & cucurbita,portulaca, cucumere lactucis, malisgranatis.Poſt ablationem febris,perdicibus, ſtarnis,pullis,& ſimilibus.Si ex frigiditate nimia ſit,apponatur poſt declinationem febris aqua ubi cocta ſint chamomila,ſamſucus, anethum,baſilicũ, capite inclinato ſuper horum fumũ. Poſt balneemus in aqua tepida,& dulci. Moretur plus in aëre balnei quàm in ſolio,quia calor huius aëris ſudare facit, humectationem diſſoluit,poros aperit. Si catarrhum habuerit, caueat fortiter balneari, niſi poſtquam catarrhum ad diſſolutionem maturauerit. Odoret odorifera,ſamſucũ,ſambucũ, & ſimilia. Calidis operiatur ueſtimentis.In uſu habeat carbonũ focum ſine fumo,ut prohibeãt frigiditatẽ aëris. Vngamus corpus cum temperatis unguentis,ſicut chamomeleo,anethileo, ireleo,& ſimilibus. Si febris exſtipticis ſit aquis, & de ſiccatiuis corporis, oportet balneum prohiberi, niſi poſt declinationẽ febris.Crura ponamus in aqua ubi cocta ſint chamomila,anethũ,ſamſucus,& ſimilia: fumũ horũ odoret.Poſt balneũ faciamus,ubi eum ſuauiter fricemus, & cũ aqua dulci & tepida fumigemus. Hoc enim cutem emollit,& poros aperit.Caueant unguenta in balneis,quia poros claudunt corporis,& fumũ includunt in interiora,temperata hanc adiuuãt exercitia, corpus diſſoluentia,& poros aperientia.Vitentur cutem refrigerantia. Nutriamus cum diæta facile digeſtiua. Si hæc ex calidis ſit cibarijs & potibus, oxyſaccharum demus cum ſucco maligranati, ſirupũ album, & roſaceum donemus. Poſt declinationem febris, demus trochiſcos de ſpodio, uel de camphora cum ſirupo roſaceo, uel uiolaceo. Cataplaſma ſuperponamus epati,de portulaca,lentigine,atque pſyllio,corticibus cucurbitæ,farina hordei, oleo roſaceo, camphora, & ſimilibus. Nutriamus portulaca, endiuia, chryſolocanna,cucurbita. Miſceat aquã ſi ſitierit cum ſirupo de pſyllio, uel malogranato. Si de labore ſit corporis, oportet ſtudeamus ei quieti, & ſuauitati. Fricemus eum ſuauiter cum oleo uiolaceo,ſiue roſaceo. Balneetur in temperato balneo, & cum exierit ungamus cum oleo roſaceo, & uiolaceo. Nutriamus cum humidis cibarijs, ſicut pullis, edulis, & ſimilibus. Si febris ex animato ſit motu, contrarijs ei repugnetur, ut anima mitigetur, & delectetur ſermonibus, & actionibus, & diuerſis muſicorum generibus, & uidẽdis rebus diuerſis & odoriferis,& pulchris formis, uel formoſis puellis.Studeamus in humęctatione corporis cum tẽperatis balneis. Vngamus

poſtquam

©BIUM

poſtquam balneum exierit cum oleo roſato,& uiolato, neq; moretur in balneo,neq; appropinquet coitui. Nutriamus cum ptiſana,chryſolocanna, cucurbita,portulaca,blitis. Febri diſcedente, demus pullos, perdices,ſtarnos, phaſianos,uinum temperatũ. Odorẽt ſandalos,camphorã,roſam, uiolam. Vniuerſaliter caueat deſiccatiua. Vtatur humectatiuis,ſecundũ ętatẽ,& conſuetudinem ſui,& tẽpora anni,& regionẽ,& ſimilia. Si febris iſta ſit ex apoſtemate inguinis,uel cuiuſlibet alterius loci, ſtudeamus in medicandis apoſtematibus,quę cauſa febrium eſſe uidetur.

De cauſone. Cap. II.

CAuſon eſt febris, cuius ſigna ſunt hæc, ſitis nimia, & continua, calor incenſiuus,& moleſtiſſimus, naturæ repugnatiuus, & ab initio corruptiuus, propter acumen materiæ unde generatur. Materia enim eius acuta eſt,ignea,& cholerica,in concauitate uenarum quę cordi uicinæ ſunt, adunata maxime in uenis oris ſtomachi,& concauitatis epatis,& pulmonis. Accidentia hanc febrem comitantia ſunt hęc,calor nimius,ſitis cõtinua. Cauſa fortitudinis caloris in hac febri eſt cholera rubea intra uenas. Duricies & continuitas ex plurima ſunt cholera,in uenis cordi uicinis collecta. Quæ huius febris generatiua cum ſit uenarum oris ſtomachi, & concauitatis epatis propria,neceſſe eſt ut ſitis confortetur & continuetur. Hæc febris duobus diuiditur modis: Vnus eſt purus & moleſtiſſimus, alius non purus,& minus moleſtus. Purus & moleſtiſſimus, de cholera rubea incenſiua, pura & acuta naſcitur, & plurimum in iuuenibus, quorũ complexio naturaliter calida & ſicca eſt, & maxime in ęſtiuo tempore. Æſtiuũ enim tempus hanc cõfortat naturaliter,& augmẽtat. Alter modus nõ purus,neq; adeò moleſtus, eſt ex cholera rubea citrina,cũ humiditate mixta,& fumo naſcit. Quę moderata ſunt utraq;. Cum hanc febrem moleſtiſſimam timor comitetur,oportet ab initio non negligatur. Sed ſtudeat medicus ut quatuor eius tempora perfecte intelligat, & in imo quoq; operetur,ſecundum quod oporteat. Si uiderit in initio morbi, quia natura indiget ut purgetur & remoueatur materia morbi, purget morbum & remoueat cum oxyfœnicia, prunis, iuiubis, caſſiafiſtula, manna, uiola, & ſimilibus. Et ſi quid habeat cõtrarij,ſicut defectionem uirtutis & cruditatem, uel uiſcoſitatem materiæ,caueat quanto plus ualeat, ne in augmento morbi faciat,quia natura diſtrahitur & impedietur à regimẽto morbi. Sed oportet & notitiam, motus initium,eum nõ effugere, ut adiuuet naturã in regimento ſuę uirtutis,cum dięta ad digerendum facili,& in ſubſtãtia laudabili,ſicut ptiſana perfecta,panis mica cum aqua frigida,bis uel ter lota. Galenus item in libro criſeos innuit quomodo in acuta ęgritudine infirmus debeat nutriri; In nutriẽdo,inquit,infirmo,intẽtio noſtra triplex eſt in acuta ęgritudine.

Vel enim

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 158 sur 404

©BIUM

Vel enim conſideranda eſt quantitas uirtutis infirmi, uel tempus infirmitatis, uel qualitas morbi. Quantitas uirtutis neceſſaria eſt, ſi bene cuſtodiatur: Virtus enim repugnatiua eſt morbi. Vnde aliquãdo plurimus datur cibus, cum defectio uirtutis ambigitur, neq; tempus morbi cõſideratur. Quantitas tẽporis ſciatur, & ut ſecundũ uicinitatẽ ſtatus cibum ordinemus. Verbigratia: Si ſit uiciniſſimus, dieta ſubtiliſſima, & aliquãdo nulla dabitur: ſi remotus fuerit craſſior, & paulatim ſecundũ ordinẽ uſq; in ſtatũ ſubtiliabitur. Qualitas morbi eſt ſciẽda, quia omnis febricitãs liquida indiget dieta. Qui febrem habet corporis cõſumptiuam, quærit habere quantitatẽ ciborũ plurimã, & aliquando in tempore acceſſionis. Quod ſi febris nullam quietẽ habebit, & infirmũ nutrire neceſſe ſit, eligenda eſt hora in qua ſanus comedere ſolebat, & cõueniens diei tẽpus frigidũ, utpote aurora in qua natura eſt exercitata, aẽr ſubtilis, & clarus, & febris mitigata, quia frigida aurora calori febris repugnat. Hi ſunt ſermones Galeni in ordinãda diæta infirmi cum acuta ęgritudo adſit (ij apponuntur cauſa eius autoritatis) quia autem cauſos ab initio uſq; ad finem eſt periculoſa & moleſta, oportet adſuefieri huic dietæ ſubtili, ptiſanæ, micę panis aqua lotę ter uel quater cum ſaccharo. Si febriens ſitiat, aqua detur de ſaccharo, mulſa, ſuggat malagranata, uuas hyemales, mollicie cucumeris, uel citroli, ſirupum uiolatũ, uel roſatũ, & ſimilia. In ueſpere demus, drach. 2. pſyllij in aqua frigida loti, & drach. 1. ſeminis portulacę. Si autem cibum oportet dari, mica panis lota danda erit in ueſpere cum maligranatis, & hoc fit cum mitigat febris. Cuſtodiatur autẽ quãto plus poterimus, ne detur cibus cum febris augmẽtetur, niſi neceſſitate maxima cogamur. Si digeſtiones ſint ſtipticę, molliantur cum ſucco cucurbite, mãna, uiola, caſſia fiſtula, ſirupo uiolaceo, & ſimilibus. Quod ſi non ualeat, ſubpoſitura fiat de uiola, nitro, ſcamonio, licio, & ſimilibus. Et ſi hoc non ualeat, clyſtere faciamus de ſucco bliti, furfure, herba circũdantẽ arborem, ſicut hedera, uiola, malua, & ſimilibus. Et in augmento febris ſtudeamus, inanitione ſtomachi quantũ poterimus, niſi aliquid impediat, ſicut ſuſpicio defectionis uirtutis in repugnatione morbi. Tunc enim aliquãtulum recreãdi erũt, cũ diæta ſubtili, ſicut ptiſana, & mica panis lota, & demus parũ quantũ ſufficiat uirtuti ſuſtẽtandæ, & nõ plus. Si dolor capitis ſuperueniat, oleũ roſatũ cum aceto dandũ, & ſuccus portulacæ. Vngat his frons, & tẽpora. Sternutationes faciamus cũ oleo uiolaceo. Calcaneus & crura infundãtur aqua tepida, & dulci. Poſt ungantur plantę pedũ cũ oleo uiolaceo. Ligẽtur crura mollibus pannis. Cataplaſmet frons, & tẽpera de ſandalis, & roſa, hordei farina, cũ aqua roſata, tẽperata, uel ſucco cucurbitę, uel portulacę. Vigilijs infirmo ingruentibus, iungendũ eſt huic cataplaſmati ſeminis lactucæ, & papaueris, quam temperanda ſunt cum ſucco lactucæ. Si ſiccitas ſit in ore, & aſperitas in lingua, lauentur utraque cum pſyllio, & ſemine citonij, & oleo uiolato.

Si autem

©BIUM

Si autem cor tremat, pſyllium demus cum ſucco cucumeris, & ſirupo de iuiubis, uel ſirupo de uuis agreſtibus, uel acetoſo de pomis citrinis. Cataplaſmetur de ſandalis, farina hordei, & ſucco cucurbitæ, uel aqua roſata, temperatis. Quod ſuperponẽdum eſt ſtomacho exinanito. Nutriendus eſt cucurbita, portulaca, lentibus mundatis. Hæc omnia coquantur cum aceto uuarum agreſtium, & amygdaleo, & ſimilibus. Apponantur ei frondes myrti, ſalicum, & ſimilium. Hanc febrem patientes, plurimum incidunt in phreneſim: Quibus medicandum ſicut in prima particula diximus. Similiter tuſſim ſiccam, patiuntur ictericiam. Quæ ſunt medicanda ſicut diximus per ſingula ſua loca.

De tertiana febre. Cap. III.

TErtiana febris quam τριταῖον dicunt Græci, naſcitur ex chymis cholericis immutatis & putrefactis. Sed tamẽ ſi putredo ſit extra uenas uel arterias, generatur tertiana interpolata cum rigore & tremore. Quod ſi putredo intra uenas ſit uel arterias, concreatur uel tertiana continua, uel cauſos. Reprehendimus tamen à quibuſdam nobis obiicientibus. Vnde, inquiũt, tertiana uel cauſos cõueniunt, uel diſſonant: Quibus reſpondebitur. Cõueniunt, quia materia una, id eſt, cholerici humores ſunt, & intra uenas ac arterias cõcreſcunt & continue ſunt. Differunt ſecundum locũ, ubi humores non conueniunt. Incenſiones enim cauſonis in uenis cordi ſunt uicini, maxime uenis oris ſtomachi, & epatis, & pulmonis, ſpecialius quàm in aliis locis corporis. Incẽſiones tertianę continuæ in omnibus uenis totius corporis æquales ſunt. Intelliguntur autem tertianę continuę tribus modis uel de re naturali, uel de re non naturali, uel de re contra naturam. Verbi gratia, quia plurimum in æſtate naſcuntur, maxime ſi aër ſit calidior, & ſiccior, & cõplexiones regionis ſimiles ſint, & exercitia infirmorũ dum ſani fuerint, in nimio labore, ſiue fatigatione. Vel de re naturali, quæ plurimũ innaſcuntur quibus complexiones calidiſſimę, & ſiciſſimę dominãtur, maxime ſi corpore ſint macilentiores, pori rari, ętate annorũ 22. uſq; ad 36. Vel de re extra naturã, id eſt, de accidẽtibus infirmo, & ſignificationibus medico. Quia autẽ hęc febris de humoribus naſcitur cholericis acutis, neceſſe eſt ſemper ſequatur rigor nimius, quaſi pũctura ſpinæ uel acus. Acuta enim illa materia ſenſibilibus membris eſt uicina. Quę cum æſtuat & membra pungat ſenſibilia, acumine ſua punctura, & tremorem generat, cum nõ in uſu habeatur, quod fit, cum hęc materia extra pulſum & arterias ſit. Proprium autem huic febri cholericus uomitus, digeſtio tincta, maxime in tertia periode, uel in quarta. Vrina eorum rufa, uel ignea, ſubtilis. Sępe quoq; febrem acutam habent, & in epate punctura, propter choleræ & ſanguinis mixturam. Quod ſi ſit uera, duodecim tenet horis, & dimittit

©BIUM

mittit horas 36. & in periodo finitur 7. id eſt, diebus 14. quod ſi 12. exceſſerit horas, neq; die finitur 14. intelligitur non eſſe uera. Hęc ergo cum non ſit uera, & cum alia ſit mixta, tranſit prædictum terminum, & diutius durat. Aliquãdo in autumno incipiens, & in uere finiens. Quia in febribus moleſtius eſt genus putredinis. Vnde oportet cauere ne res dẽtur calidę, ne forte cholera rubea cum acumine ſuo cerebrum aſcendat, & apoſtema faciat, & inde infirmus phreneſin incurrat. Quæ febris timidior eſt & moleſtior, quia cholera rubea ex mobilitate ſua, & uelocitate cum ſuo acumine non patitur peccare infirmum, nec errare medicum. Vnde oportet medicum morbi prędi dere initiũ, ut ſi uirtus infirmi ſit idonea, humores furioſi, & mobiles, pharmacia detur de prunis, oxyfœnicia, uiola, mirobalanis citrinis, caſſiafiſtula, manna & ſimilibus. Demus hęc ſecundũ uirtutem & ætatem. Detur & ſuccus maligranati, & quædam cathartica in libro noſtro iam prędſcripta, quæ cholerę rubeę ſunt purgatiua. Cauendum tamen ne in die acceſſionis dentur, ne forte natura impediatur, in morbi repugnationibus. Detur ergo in die acceſſionis ſuccus maligranati cum ſirupo uiolato, & pſyllium cum ſirupo roſaceo. Vitetur ergo cibus in acceſſionis temporibus, nec etiam detur alquid tribus horis prędcedentibus, ſed ſuſtentetur cũ ſirupo roſato, uel uiolato, uſq; poſt abſceſſionẽ febris. Deinde detur in ueſpere ptiſana, & panis cum ſaccharo lotus. Si ſint ſtiptica, neq; cathartica ab initio eis ſicut diximus poſſint dari. Cum quędam nos impedient, utpote corruptio aëris, uel defectio uirtutis, demus in diebus dimiſſionis oxyfœniciã, manna, caſſiamfiſtulã, ſirupum uiolatum. Si autem digeſtio non humectetur, ſubpoſitura conficiatur, cum uiola, ſcammonio, nitro, licio. Similiter & clyſtere faciamus de prunis, iuiubis uiolis, furfure, hordeo mundato. Cuſtodiamus diem 7. quaſi diem acceſſionis, ut inueniat dies 7. eorum corpora mũdificata, & præparata ad obediendũ naturæ, in morbi repugnatione, neq; impediatur cibo, uel medicamine aliquo. Si autem infirmus in augmentatione febris murmuret de ſiti, & ſiccationibus labrorum, uel palati, demus pſyllium in aqua cucumeris, cum oleo uiolaceo. Similiter ſuccum maligranati. Miſceatur aqua bibenda cum ſirupo uiolato, roſato, iuleb, & ſimilibus. Ceſſante aut incenſione, & febris mitigato acumine, ſi murmuret de punctura ſtomachi, danda eſt mica panis, bis, ter lota cum ſaccharo. Nutriendus eſt autem chryſolocanna, portulaca, malua, cucurbita, & ſimilibus. Quæ omnia coquantur cum amygdaleo. Iſta tamen facienda, cum febris ceſſare incipiat. Si caput doleat, ſuper frontem & tempora, ponamus oleum roſatum cum aceto. Nares humectãdę cum oleo uiolato. Si uero capite deſiccato phreneſin inciderit, ſternutatio fiat cũ oleo uiolato uel roſato, & lacte mulieris puellam nutrientis. Capiti raſo infundamus lac, & aquam tepidam, uel papauer, & lactucę ſint cocta, uiolæ, & ſimilia. Pedes & crura ponamus in aqua tepida dulci. De-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 161 sur 404

©BIUM

inde cum oleo uiolato calcaneus,& plantę pedum ungãtur.Si uero ſeptimo die uomitus, uel digeſtio ſuperuenerit,ſponte ex actione naturę,non erunt ſtringenda,ſed dimittenda quãdiu uirtus id pati ualeat.Danda calorem ſtomachi mitigantia, & ſitim extinguentia, ſicut ſirupus maligranati, uel roſatus,uel oxyſaccharũ. Ponẽdum in aqua bibẽda ſpodium,ſandali,ſemen portulacæ,& ſimilia.Si enim egeſtio augmentetur,& de defectione uirtutis dubitemus,ad extinguẽdam feſtinemus cum ſapa myrtina,uel citonia,trochiſcis de ſpodio,& ſicut diximus in diarrhæa, uel dyſenteria.Similiter ſi ictericiam inciderit,medicabimur ſicut in ſuo capitulo diximus.Iungat autem ſiue muniat medicus,ſecundum quod ex neceſſitate cogetur.

De ſynocho. Cap. IIII.

QVia ſanguis omnibus naturaliter temperatior eſt elementis, & ſaporoſior,atq; uicinior humanę complexioni,inde & naturæ familiarior exiſtit, quẽ fecit materiã nutrimẽti totius corporis.Sed tamen ſi quantitatiue augmentetur,& qualitatiue mutetur,dimittitur à natura,neq; regitur,negãs ad ſe attinere eum, ſicut pater inobedientem ſibi filium. Remanet ergo crudus, & indigeſtus,exienśq; temperamentum,neceſſe eſt putrefiat, generat febris quæ ſynochus uocatur, & eſt continua,quia ſanguis naturaliter intra uenas eſt & arterias, quæ ſemper ſunt uię ad omnia mẽbra corporis. Galenus in libro de febribus,diuidit febrẽ putredinũ dupliciter. Altera enim eſt cum putredo intra uenas eſt,& arterias:altera uero cum extra. Dixit ergo de priore,quia cõtinua fit ex neceſſitate.Quę uero extra arterias & uenas erit,interpolata. Naſcit item de puro ſanguine febris acuta, cum intra uaſa non tamen putrefactus calefiat. Hinc febris eſt propriũ inflari, quia ſicut diximus de puro ſanguine naſcit, cuius in corde & pulmone,plurima eſt uirtus. Vnde calor inflatiuus ab antiquis iſta febris uocatur, quia cauſa eius inflationis, calor eſt pectoris,ſiue pulmonis. Differũt autẽ naſcẽs de ſanguinis putredine, & quę naſcitur de eiuſdem ebullitione, quia prioris fœtet urina, pulſus eſt diuerſus, quia cõſtringi ſe uult magis,& ſępius quàm dilatari, propter feſtinantiã naturę in expellenda fumoſa putredine. Alia huiuſmodi nulla habet accidentia. Quam ſigna præueniunt,eam futura prænuntiãtia, antequã appareat,fatigatio,grauitas membrorũ,plenitudo eorũ, rubor coloris,calor ſuperficiei corporis. Hæc autẽ ſigna ſequũtur eam, dolor capitis, incenſio ſui,& grauitas,tumor temporum,egreſſio oculorũ,paruitas ſitis,ſtupor aſſiduus,imaginatio rufa ante oculos,pulſus fortis,& uelox, urina rubicunda ſicut uermilioſa. Plurimum hanc ſequũtur uariolę. Quod cum fit ante ſtatum morbi oportet de uirtute infirmi perquiri, & ętate atq; cõplexione, tempore & aẽre, & cõſuetudine. Quę ſi cõueniant,& uirtus maxima phlebotomãdus eſt infirmus, & de ſanguine

guine quantum ſufficiat auferatur. Si aũt morbi initiũ propter nimium ſit cibum quem comederit infirmus, & adhuc in uentre ſit coadunatus, oportet ut in ſecũda die, uel in altera ſuſpendatur phlebotomia, quatenus in digerendo cibo cõfortetur natura, & à uẽtre excludat. Quod ſi nõ fiat naturaliter, faciamus nos artificialiter. Si aũt nulla horũ cõueniant ſigna, niſi uirtus ſola, ſcarificemus, & nõ phlebotomemus. Omnibus uero alijs cõgruentibus, ſola tamen uirtute diſſonante, neq; phlebotomari, neq; ſcarificari, eſt neceſſe, quia uirtus ſola ſemper morbo repugnat. Vnde ſemp eſt inueſtigãda, & obſeruãda, & cõfortanda quoq;, & pro poſſe noſtro adiuuãda. Si aũt obuietur phlebotomiæ quibuſdã ex cauſis, quas debemus dicere, caueat maxime in ſtatu, uel augmentatione, & ſi uirtus uideat congruere. In his enim duobus tẽporibus uirtuti non cõfidimus, adeò laborat in morbi repugnationibus. Oportet ergo extingui calorẽ, & acumen ſanguinis, cũ pſyllio, ſucco maligranati, ſirupo, uiolis, ſirupo de prunis. Quod ſi digeſtio obuiat, erit humectãda cũ oxyfœnicia, caſſiafiſtula, mãna, uiola, & ſimilibus. Si habẽt in pectore antiquã tuſſim, uel febri ſuperueniente paſſionẽ nouellã, demus iuiubas, uiolas, ſemẽ portulacę, & ſimilia. Nutriat cibis leuibus digeſtione in ſubſtantia laudabili, ſicut ptiſana, ſiue panis mica. Si aũt ſanguis non ſit cholericus, uel nimis acutus, uenter ab initio humectet, ſicut antea iam diximus. Si hoc non proſit, ſubpoſitura fiat, & clyſterizemus. Capiti dolore ſuperueniente, oleum apponatur roſatum cum aceto. Nares humectentur cum oleo uiolato, pedes & crura aquę imponantur tepidæ, ubi chamomila, uiola, & ſimilia ſint cocta. ligentur etiam crura mollibus pannis. Dolore non ceſſante, & catharro, uel tuſſi carente pectore, lac mulieris, uel aſininum, capiti infundamus. Laueturq; cum aqua, ubi hordeũ, uiolæ, & chamomila ſint cocta. Sternutatio fiat cum oleo uiolato. Anguſtia uero uel incenſione ſuperuenientibus, pſyllium demus, & ſuccum maligranati, & ſirupum roſatum, & ſimilia. Si mente ſtupeat, & oculos aperire non ualeat, ceſſandum eſt à ſupradicta capitis medicina, & pedes prædictę aquæ infundi ſufficiat. Nutriendus eſt malisgranatis, & pane loto. Si autem cardiacam paſſionem inciderit, cataplaſma ſtomacho debet ſuperponi, de ſandalis, farina hordei, roſa, camphora, & aqua roſata. Sanguine de naribus effluente, ſuperponantur temporibus, & fronti cataplaſmata in cardiaca dicta. Si autem neceſſe ſit in fine huius febris, extinguere quod remaneat incenſionis, demus hoc electuarium quod probauimus: Recipe ſpodij, ſandali citrini, ſeminis portulacæ, ſuccili quiricię, ana. drach. ʒ. ſeminis melonis, cucumeris, cucurbitę, mundati, añ. drach. 2. dragaganti, gũmi arabici, amyli, añ. drach. 1. camphoræ, cubebę, ana. ſcrup. 1. condiſi, drach. 6. fac puluerem, & tempera cum oleo roſato, dans drach. ʒ. multum enim ualet.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 163 sur 404

©BIUM

De febre quartana. Cap. V.

TEbris quartana de putrida naſcitur cholera nigra, quę ſi ſit intra uaſa, generatur cum rigore quartana, quæ uocatur cōtinua. Si extra uaſa, generatur interpolata. Vera tamen quartana uiginti quatuor tenet horis, intermittens quadragintaocto. Quæ ſignis tribus, ſicut & tertiana intelligitur, id eſt, re naturali & nō naturali, atq; extra naturā. De re naturali, quia plurimū patiuntur hanc qui cōplexionem habent frigidā, & ſiccam, ętate ſenes, maxime frigidi & macri, & ſicci, ſubtiles uenas habentes, & cauas. De re nō naturali, ſicut tēporibus anni, ſi ſit autumnus, & aër frigidus, & ſiccus tunc fuerit, & regiones ſimiliter. De re extra naturam, ut in initio acceſſionis cum materia incipiat putrefieri, nimius erit rigor, laborioſus corpori, frangitiuus oſſuum. Cholera enim nigra quę huius febris eſt materia, propter ſuam frigiditatem & craſſitudinem per ſenſibilia membra effluēs, grauat, fatigat ea, & frāgit. Color febrientis liuidus eſt, cutis ſicca, huic febri duricies & dolor ſplenis propria ſunt. Vrina in prima febri alba & aquoſa, in declinatione & ceſſatione, & materiæ digeſtione fit nigra: Quæ de pura naſcit cholera nigra frigida eſt, & ſicca: Et item cholera nigra quæ de incenſionibus eſt aliorum humorum, ſicut ſanguinis, choleræ rubeę & phlegmatis. Oportet ſuis proprietatibus unāquāq; diſcerni, ut medicamina ſua ordinentur ſingulis. Dico ergo: Si ſignificationes dictę de pura cholera nigra dantur intelligere, regatur infirmus cum cibis digeſtibilibus, & diureticis, ſicut ſucco ſcariolę, marathri, apij. Quę omnia coquantur & colentur, cum oxymelle aromatico, & melle roſato. Apozema detur de radicibus, cum ſirupo, de abſinthio. Purgetur'q; materia cū uomitu paulatim. Incitetur ſudor cū chamomeleo, anethileo, calamenthaleo. Non purgetur corpus in principio febris cum uirtuoſis: in declinatione febris, & apparentibus ſignis coctionis, cholerā nigram oportet purgari cum pharmacia, & clyſteri huic humori proprijs. Deinde demus trochiſcos de eupatorio, de rheumbarbaro, uel de aniſo, ſicut in quinta diximus particula cum ſirupo de ſquinānto, uel de calamentho, uel cum apozemate de radicibus. Aliquando autem in fine febris huius demus theriacam maiorem, & diacyminum. Caueamus tamen medicinam hanc in æſtate, calida regione, & iuuenili ætate. In hyeme ergo danda, & regione frigida, ętate uetula, atq; complexione frigida. Vitanda ſunt & refrigeratiua, quia crudificatur materia, & prohibetur digerenda, unde diuturni morbi fit cauſa. Quam quartanam ſi tertiana antecedat, & infirmus iuuenis exiſtat, macer, & cholericę cōplexionis, cui urina rufa ſit, uel ignea, ſitis nimia, & uigiliæ, tēpore anni, ęſtate, natura aēris calida, & ſicca, intelligitur hæc febris eſſe de incenſione cholerę rubeę. Vnde in primis medicabitur cum refrigerantibus, ſicut ſucco maligranati, & oxyſaccharo. Si ſit ſtipticus, cum prunis, manna, & uiolis, humectetur,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 164 sur 404

ſtetur & ſimilibus. Quę ſi non ſufficiāt, clyſtere eſt faciendum. Si autem materia digeri incipiat, demus catharcticū choleræ rubeæ incēſę purgatiuum ſine labore, ſicut pruna, oxyfœnicia, manna, & ſimilia. Demus malagranata, uuas, portulacam, blitim, chryſolocannam. Balneetur aqua tepida febri ceſſante, & aqua ubi cocta ſint chamomila, & melilota, uiola, & ſimilia. Toti corpori poſt balneū epithima faciamus, cum uino, uiolę & oleo. Si hanc febrem morbus ſanguinolentus præceſſerit, & complexio infirmi ſimilis ſit, uenæ quoq; plenæ ſint, urina rufa, craſſa, ſapor more dulcis, ſomnus multus, tempus uernale, intelligēdum eſt febrem de incenſione ſanguinis eſſe. Danda ergo digeſtibilia, & materiæ ſuæ calefactione excoquentia, ſicut oxyſaccharum, ptiſana de hordeo cum ſaccharo, mel uiolatum, ſuccus ſcariolę. Infirmi pedes & crura, ponantur in aqua calida, ubi chamomila, uiola, ſint cocta. Si moueatur uomitus in principio acceſſionis, cum rigor inceperit, demus malagranata. Miſceatur aqua bibenda cum oxyſaccharo. Materia digeſta & excocta, phlebotomemus de baſilica, uel de media, ut ſanguis craſſus & incenſus exeat, Similiter & pharmacia eſt danda, ſanguinis ſubtiliatiua, & ſuę incēſionis extinctiua. Si aūt hę febris 20. dies trāſierit, abſtinendū eſt infirmo de cibis omni die acceſſionis, in alio uero die parum comedat. Si hanc febrim morbi phlegmatici præceſſerūt, & infirmus ſenior fuerit, cū cōplexio frigida, & humida ſit, tempus hyemis, pulſus tardus, urina cruda, craſſa, uel alba, ſitis parua, intelligitur eſſe febris de incenſione phlegmatis. Dandus eſt in initio ſuccus ſcariolę, marathri, apij, quę omnia coquātur, & colētur. Detur aūt lib. s. cum 10. drach. mellis roſati uel uiolati. Si autem ſint ſtiptici, moueantur cum pharmacia, ſiue clyſteribus phlegmatis diſſolutiuis. Incitetur ſudor cum calido epithimate & diuretico. Abſtineant à cibis in die acceſſionis, niſi cum uirtus defecerit, neq; pati poſſit. Deinde parum comedant, uinum bibant ſubtile, & clarum, & in calore temperatum. De uolatilibus comedat, quæ carnes habeant teneras, & ad digerendū facillimas. Manducēt lotum cicer cum blito. Caueant omnia refrigeratiua. Poſt cibum accipiant diacyminum, diatrionpipereon, dianiſum. Vtilis autem uomitus cum radicibus, & frondibus, & anetho atq; oxymelle, & aqua calida. Sæpe accipiant theriacam magnam, & diacoſtum, diarheumbarum, diaſulphur, & ſimilia. Febri ceſſante iam per tres hebdomadas, nutriantur cum pullis phaſianis, perdicibus. Poſt dies autem quadraginta annualem comedant agnum. Sumant́q; medicinam ſemper diureticam & principaliū membrorum confortatiuam.

De quotidiana febri. Cap. VI.

FEbris uero quę quotidiana uocat, de putredine humorū phlegmaticorum naſcitur. Antiqui uero concordant omnem materiam phlegmaticam, cholericā, ſiue melancholicam, putreſcen-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 165 sur 404

©BIUM

tem ebullire, & inde calorem & febrem cõcreare. Idem facit & phlegma. Si enim putreſcat & ſit intra uaſa amphemerinã continuam generet, ſine rigore. Si ſit extra uaſa, fit amphemerina interpolata, 24. tenens horas, & 6. dimittẽs. Quę tribus ex ſignis intelligit, ſicut & cęteræ, id eſt, re naturali & nõ naturali, & de re quę eſt extra naturã. Re naturali, quia plurimũ naſcitur cõplexionẽ frigidã & humdiã habentibus, & ętate ſenioribus, uel pueris ex copia phlegmatis. Senioribus naturaliter, pueris uero, accidẽtaliter: De re nõ naturali, quia plurimũ in hyeme fit, & in uere, & in regione naturaliter frigidis & humidis, maxime ſi in ſua ſanitate quieuerint, uel ſuauiter uixerint. De re extra naturã, quia hãc febrẽ ſemper frigor nimius ſequet, ut totũ corpus congelet, maxime extremitates. Putreſcẽte aut phlegmate, calor paulatim ſentit aſcẽdere, & febrẽ lentã facere, ſed tamẽ diuturnã. Hęc febris ſemper famulat dolori ſtomachi, quia phlegma plurimũ in ſtomacho regnat, maxime in ore eius. Vnde & phlegmatici humores euomũtur, & infirmus ſubtiliatur, facies tumet, color plũbinus, uel liuidus eſt, os humidũ habet, nõ ſitit. Vnde oportet medicũ inueſtigare naturam phlegmatis, unde ſit iſta febris. Quoddã enim phlegma ueraciter frigidũ, & humidũ eſt, quæ ſpecies naturalis eſt, naſcẽs de colamentho ſanguinis. Quoddã frigidũ & groſſum eſt, ſed humidũ minus, ſicut acetoſum phlegma naſcens ex magnitudine frigoris, in colamẽtho ſãguinis. Vnde ſi quis uideat ęgrotantẽ, ſitim patientẽ, & ſiccũ os habentẽ, de ſalſo phlegmate intelligit eſſe. Danda ergo ſunt oxyſacharũ cũ aqua calida. In hora acceſſionis pedes & crura eorũ, ponamus in aqua calida, ubi chamomila, anethũ, uiola, ſint cocta, fricemus pedũ plantas cum ſale, & oleo uiolaceo. Si uomitus ueniat ſpontaneus, in initio morbi, leuitatẽ & ſubtilitatẽ materiæ portendit. Quod ſi non ueniat, nõ artificialiter fiat, quia morari uomitũ in principio morbi, craſſiciẽ materię, & coagulationem dent ciat, & ad digerendũ tarditatẽ. Danda oxyſaccharum cum aqua calida, quia multũ ualet in febri iſta, quia diſſoluit materiã, & ſubtiliat. Poſt danda ptiſana cũ oxyſaccharo, ut digeſtibilis uẽter fiat: uel artificialiter cum pharmacia, uel clyſteri. Si de inflatione, & gurgulatione inteſtinorum murmuret infirmus, & de ſtomachi abominationibus, materiã diſſolutã, & ſubtiliatã ad exeundũ intelligamus. Vnde natura cum leui cathartico ſiue pilulis eſt adiuuanda, in expellenda illa materia. In ſtomachi abominationibus uomitus cũ leuibus eſt incitandus. Si aũt in uirtute deficiat infirmus, ut catharticum nõ poſſit ſuſcipere, laborandũ eſt leuiter in ſubtiliãda materia. Et iſta faciẽda ſunt ſecundũ materię naturã, & membri, ubi illa regnat materia. Vt ſi ſit materia phlegmatica ſalſa, & circa epar, tunc detur medicina mũdificatiua, epati propria, quæ cũ urina ſuperfluitatẽ eius expellat: ſicut trochiſci de ſpodio, de camphora, de ſandalis, cũ oxyſaccharo. Si phlegma ſit acetoſum, dentur trochiſci de roſa, de berberi, de aniſo, cum ſcariolæ, marathri, & apij

ſucco,

©BIUM

ſucco,& cum oxymelle.Sic medicandus eſt,per unam ſeptimanã.Si autẽ febris diuturnior fiat, dandum eſt apozema de radicibus, & ſirupus de ſquinanto,& ſirupus de abſinthio.Si materia ſit in ſtomacho de phlegmate aceroſo,detur in morbi initio mellicratũ aromaticũ,uel oxymel cum aqua calida.Nutriat cum ptiſana,cum corticibus marathri,& apij,cocta & cum oxymelle.In hora acceſſionis cum iam rigere inceperit,incitetur uomitus,cum oxymelle & aqua calida, ubi anethũ,& radices ſint coctę.Pedes imponendi ſunt aquæ calidæ,ubi cocti ſint chamomila, anethum,melilotus, ſamſucus, abrotonũ,& ſimilia.Demus mel roſatũ cũ aqua calida,& materia iam digeſtione immutata,demus apozema de aloẽ, uel de hierapicra, uel abſinthio, ſiue de pilulis aureis.Quę ſi uirtus infirmi pati nequeat,dent trochiſci de eupatorio, de abſinthio,de rheũbarbaro, cũ apozemate de radicibus, & oxymelle.Incitetur uomitus in initio acceſſionis,neq; comedat, niſi febris molestatio quieſcat,ne ſubtilibus dietetur,ne uirtus infirmi deficiendo moleſtet. Apparẽte autẽ ſigno decoctionis in urina,calefaciamus, & fumigemus ſtomachum cum rebus calidis ſicut nardileo,maſticheleo,anethileo,abſintheleo,& ſimilibus.Fumigemus cum aqua calida,ubi cocta ſint chamomila,ſpica,maſtiche,abſinthium,& ſimilia.Cataplaſmata ponẽda ſunt ſuper ſtomachum calida,moderata, & odorifera. Aquã bibendã miſceamus odorifero uino,& mellicrato aromatico.Demus ſtomachum cõfortatiua ſiue cibũ ſeu potiunculam.Hæc enim febris propria eſt oris ſtomachi.

De ſudore nimio. Cap. VII.

SVdor alius eſt naturalis,alius uero nõ naturalis. Naturalis in criſi uenit laudabili,& in moderatis exercitijs,in tempore æſtatis,in quo ſudore nociua emittuntur,& non utilia. Nõ naturalis eſt,de cõſumptione carnis,quia nulla emittit alia niſi iuuantia. Sudor aut hic naturam ſuã exit in qualitate uel quãtitate. In qualitate,ſecundũ naturã emittentis materiæ,unde & mutatur in colorẽ ſicut uidemus cum fiat rufus,uel citrinus,uiridis,uel albus.Iudicatur iuuamentũ,ſiue nocumentũ,ex naturis ſuorum humorũ.Item mutatur in odore,ſicut fœtentiſſimo,uel ecõtrario.Item in ſapore,ſalſo,dulci,uel amaro,ſiue acetoſo. Itẽ in quãtitate,multa,ſeu pauca.Multa aut ex humiditatis multitudine,uel de eius liquiditate,uel pororũ largitate,ſiue expulſiuæ uirtutis fortitudine. Paruitas eius uel de humiditatis paucitate,uel de eius groſſitudine,uel de pororũ oppilatione, ſeu de contentiuę uirtutis fortitudine. Cũ aũt ſudor adeò augmẽtetur ut deficiat inde uirtus oportet reſtringatur, & infirmi corpus ungatur oleo myrtino, ſalicino,citonino,roſato. Epithima ualens in ſtringendo ſudore nimio.Rec.roſę, drach.20.ſandali, balauſtiæ,ana.drachmas.10.galliæ,drach.5. frondium, myrtę,unc.1,omnia coquãtur in duab.lib.aquæ,quouſq; in tertias rediganꝰ

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 167 sur 404

©BIUM

tur,deinde colentur,& media lib.de oleo roſato,miſceatur,& coquatur do nec aqua deficiat,& ſolum oleū remaneat. Poſt inde ungatur. Anteponan tur infirmo uaſa frigida,aqua plena,& in domo frondes myrtæ,ſalicum,& roſæ,& aliæ ſimiliter.Sirupus roſatus cū aqua frigida detur,prohibeatur ni mium exercitiū.Si incitandus ſit ſudor ex neceſſitate,ungatur infirmus cum chamomeleo,& nitro,uel chamomeleo,& pipere. Similiter facit oleum lau rinum,muſceleon,anethileon,ireleon. Si ungantur dorſum,& totum cor pus,ſudor prouocatur. Idem facit cinnamomum,calamus aromaticus,py rethrum,calamenthum,caſſia,coſtus, rheumbarbarū,carpobalſamū,ſam ſucus,qualecunq; horum inuenias ſimplex ſeu compoſitum,in oleo coctū, & inde uncto corpore,ſudor prouocatur. Fumigationes etiam adiuuant de caſtoreo,calamētho,carpobalſamo,urticę ſemine,carui. Omnibus piſtatis, & corpore fumigato,elicitur ſudor.Sed tamen nō temere ſunt agenda,niſi quis febres habuerit diuturnas,& maxime aliqua facultate ſudoris prouo candi indigeat,uirtute infirmi ſalua.

De uariolis. Cap. VIII.

VAriolę de ſanguinis putridi naſcunt corruptione,& ſunt de ac cidentibus ſynochum comitātibus. Quarū ſigna,febris eſt for titudo cephalea,rubor oculorum & faciei: Et plenitudo eorū, grauitas,dolor in gula,& in pectore tuſſis,prurigo in naribus, ſternutatio,punctura in ſuperficie corporis. Quia materia exitum quęrens, carnem pungit & cutem,ſeparās iuncturas earum ad exeundum. Quę cum uideris,certa ſigna habeas huius uēturæ paſſionis.Medicādum eſt ergo ini tio cū calidis & humidis,quę materiā diſſoluāt,& extrinſecus expellant. Ca ueatur à frigida medicina,quæ claudit humores,& congelat. Medicina ue ro cito eijciens uariolas,& ſine moleſtia,ſuccus eſt marathri,apij,cum oxy ſaccharo.Accipiant de hac confectione à nobis probata.Rec. ficus ſiccas 5. lentis mūdatę,drach.x.laccę, drach.5.dragagāti,drach.5.marathri, drach. 4.omnia coquantur in 1.lib.aquæ & s.uſq; ad 3.decoque,deinde cola,& mit te ſcrup.1.de croco,& da bibere ieiuno ante cibum,& hora dormitionis,do nec totę apparuerint,& deinde ceſſet. Aliud:Rec. roſæ,lentis mundatæ,añ. drach.4.lacte,drach.2.marathri,ſemē citoniorū,dragagāti,añ.drach.1.& s.maſtichis.drach.1.omnia coquātur,colentur,& bibere unc.3.dent cū ſac charo,demus ptiſanā,chryſolocannā,cucurbitā,betā.Epithimata omni mo do uitent,ne forte uulnera intra reuertant,& cadētes in cardiacā,morianť. Studendū in initio,ne in oculis puſtulæ naſcant, & lauemus cum lotura oli uæ oculos mūdificante. His mūdificatis,imponenda aqua roſata,cum ſuc co maligranati,uel aqua roſata,cum ſumac. Si circundando exierint,laue tur cum uiſco pſyllij,& ſaccharo. Poſt ſeptem dies oportet cuſtodiri de me dicina,

©BIUM

dicina,uel diæta ſolutionis, quia hæc paſſio propria eſt ſolutioni uentris ſuperuenienti. Quæ ſi ueniat, oportet eam ſtringi cum medicina in diarrhea dicta,uel in alijs locis huius operis. Puſtulis effluẽtibus,& deſiccari incipientibus,impleatur culcitra ubi iaceat infirmus de oryzę farina. Superponatur uulneribus,farina oryzæ,uel milij,cum croco.

De cauenda & medicinanda mortifera potione. Cap. IX.

MEdicina autẽ uniuerſalis omnibus iuuatiua uenenoſis, hęc erit. Oportet ſuſpectos cauere omnes homines unde ſuſpicioſi timent, neque famelici, neque ſitibundi ab eis accipiant aliquid quod timent, niſi quod oportet, & optime ſit qualitatis ſicut dulcis in dulcibus, acetoſa in acetoſis, ſalſa in ſalſis. Vitent ingrata,fœtentia. Dioſcorides dixit: Si quis aquam ante cibum frigidam ſufficienter biberit, bene has qualitates diſcernere poterit. Cum autem tetigerit uel cibum, uel potum, ſi euenerit arſura,uel iectigatio,ſiue ſpaſmus,ſeu tumor in digito,ſiue in ungula,mortale,& uenenoſum eſt. Similiter ſi ori euenerit, & ſaliuam effluere fecerit,& labra formicauerint, in lingua ardor fuerit,& duricies in dentibus, uenenoſum eſſe intelligetur. Quod ſi cum ad ſtomachum uenerit,anguſtiam genuerit, atq; ſudauerit,uomuerit, inflabitur,colores mutauerit,riguerit, arſura affuerit,præcordia ſtrinxerit,oculi obtenebrauerint,oportet feſtinari ut medicentur: Alioquin moriuntur. Galenus & Dioſcorides præceperunt quomodo prȩuideatur, ſi res uenenoſa timeatur. Accipiantur ergo cum nucibus ficus ſiccæ tres, quibus uenenoſa arte comeſta confutantur. Poſt comeſtionem,non minus ſubuenient: Similiter caſtaneæ cum ficubus ſiccis,& parum rutæ. Faciunt idem auellanę ante cibum,cum pauco uino comeſtę: nuces quoq; uirides cum ruta faciunt ſimiliter. Calamenthum item ualet cum uino. Dioſcorides terram ſigillatã multum dicit ualere in uenenoſorũ prohibitione. Quam ſi antea uel poſtea conſcius biberit, tamen nihil obſunt,quia euomuntur. Galenus confectionem dicit,quę à mortalibus cuſtodit cibis, quam Nicomedem regem dicit accipere ſolitũ cum ſuſpicionẽ haberet: Recipe baccarum lauri,terræ ſigillatę, ana.drach.5. fac puluerẽ, temperans cum oleo, & da drach.2. cum 3. unc. mellicrati,in ſpecie auellanæ. Hanc ſi ante uenenoſa dederis,permanens in ſtomacho,uenientia expellit cũ uomitu. Quã ſi quis negligat,& in hoc periculum incidat,oportet in uenenoſis expellendis laborare, antequam dominentur in corpore. Expellentur autem uel cum uomitu, uel digeſtionibus. Neque ſolum uomitus in his expellendis adiuuat, ſed etiã cuius qualitatis fuerint denotat, liquore,uel odore, ſiue ſapore, & in uomitu quale uenenoſum fuerit,oſtendit. Si enim unctuoſus fuerit,& abominandi odoris,intelligitur,

gitur, quia marina rana fuerit, uel lepus marinus. Si coagulatus & intelligitur ſanguis eſſe bouinus. De odore intelligitur, ſi opium fuerit, de colore, ſi ceruſſa, uel gypſum. Digeſtio maxime iuuat, in expellēda nocitiua materia. Vomitus autem incitetur, cum oleo in aqua calida, uel cum aqua calida, cum melle & oleo. Aqua de anetho idem facit. Si arſura in uentre fuerit, detur oleum roſaceum, cum aqua frigida. Certificato enim, quia ſtomachus ſit ſatis abunde mundificatus, & arſura, atque dolor ceſſauerit, demus digeſtibilia, cum clyſteri, ut mundificentur inteſtina de rebus illis uenenoſis. Deinde detur & lac poſt mundificationes certas, uel ſerum. Nutriatur cum rebus calidis, & unctuoſis, ſicut ficubus ſiccis, & nucibus auellanis, piſticis, uuis paſſis, ſeſamo. Nutriamus iuribus gallinæ, annualis agni, hœduli, piſcibus craſſis. Si inferiora uentris ardeāt, uel pungūtur, clyſterizentur, Gallina craſſa coquatur quo ad incoctione deficiat. Ius autem illud bibat. Balſamum cum lacte mulieris, multum ualet arſuræ, uel dolori uentris, ex rebus uenenoſis. Detur & theriaca maior, quia cauſam cōficiendę theriacę maioris Andromachus dixit non fuiſſe, niſi cauſam deſtruendi res uenenoſas. Quod tribus modis facit: uel deſiccatione ueneni, uel mūdificatione expulſiua de principibus membris, id eſt, corde, cerebro, epate, uel quia hæc theriaca, membra principalia in uenenoſis expellendis cōfortat. Rurſus Andromachus, Galenus, concordes dicunt, quia hæc theriaca magna ex carnibus uiperæ facta, non ſolum contra morſus uiperæ, uel ſerpentium iam factos adiuuat, uel contra uenena ebibita, ſed etiam prius accepta ab his adhuc de accipiendis defendat.

De morſu uiperæ. Cap. X.

QVem uipera momorderit, in initio in albedinē mutatur color, & tumeſcit locus morſuræ nimium apparens, quaſi incenſio ignis. Patiens deficit, ſtupeſcit, ſudat, frigeſcit, ſtrangiria, tortura uētris, uomitus cholericus ſubſequūtur, & niſi ſuccurramus, ueneno cor incenditur, & inde periclitantur. Incipiendum eſt à medicina, ut loca morſuræ ſtatim ſtrictius ligentur, ne uenenum uenas perforet, ad membra principalia: poſt ore ſuggantur. Suggens ſit ſatur, & os eius cum uino & oleo lauetur. Locus tactus, cum ſpongia calida, ſuffumigetur, niſi ſcarificetur, ut uenenum egrediatur. Vtilis autem eſt inciſio loci illius, ſi in loco ſit qui incidi poſſit, ſicut in digitis, & ſimilibus locis. Detur & de theriaca maiori, ut ſanguinem diſſoluat, & coagulari prohibeat, quia uenenum ſanguinem cordis coagulat, ſicut & coagulatur lac, ſed calore theriacæ diſſoluitur, & cor in expellendo confortatur, ſicut & ignis in expulſione fumi. Quod ſi theriacam non inueneris, da hoc quod ſumus dicturi. Succum de frondibus mali, cum uino cocto mixtis, uel aqua ubi ſtercus agni

Venenum ſanguinem coagulat

©BIUM

cus agninum coctum ſit, uel drach. 1. & s. detur de turbith cum lacte pecudis & ſucci de frondibus myrti, & ſucci ſamſuci, ana. lib. s. gentianę, drach. 5. co ſti, drach. 1. & s. omnia coquantur ad mediã, & dentur bibenda, uel detur ce rebrũ gallinę cum uino, & ſemen cauliũ. Manducet cepas, porros, & allia, & ſimilia. Item iuuat gallinę pullus, fiſſus per mediũ, & loco inde ſuffumiga to. Similiter ſcylla in aceto cocta, & frondes maligranati piſtatę, & ſuperpo ſitę. Item ficus, & allia piſtata, iuuãt. Confectionẽ hanc Galenus iuuare con firmat: Rec. ſagapini, piperis, aſę, opopanacis, ana. drach. 2. galbani, ſulphu ris, ana. drach. 1. tempera cum uino, & ſuperpone.

De morſu ſcorpionum. Cap. XI.

QVem ſcorpio momorderit, dolorem maximũ patitur, quaſi pun ctura acus, aliquando calet, aliquando frigeſcit, aliquando dolor augmentatur, aliquando non. Rigorem & frigiditatẽ, patiuntur, in corporis extremitatibus. Tumet in illis locis. Aliquando frigidæ ſudat. Medicandũ igitur eſt cum theriaca maiore, qua ungẽdus erit ille locus. De tur ariſtolochię rotũdę, drach. 1. & s. cum uino. Baccę lauri ſimiliter. Butyrũ bouinum, & mel bibatur. Cancros piſtatos demus bibendos, cum lacte aſi nino. Myrta cũ uino & agaricus idem facit. Radix croci hortulani, uel fron des eius, bibere cum uino dentur. Quidã medici dixerunt: dum radicẽ hanc infirmus in manibus tenuerit, nullũ dolorẽ ſentit. Cõfectio quam Diapãtus fecit, ualet ad morſum ſcorpionis, & aranęę: Rec. ariſtolochię, drach. 6. pipe ris, drach. 3. opij, drach. 1. & s. pyrethri, drach. 5. tẽpera cum uino, & fac in modũ fabæ, & da duas bibendas. Aliud: Recipe calamẽthi agreſtis, & dome ſtici, piperis, myrtę, rutę, põdus ęquale, tẽpera cũ melle, & da bibere drach. 1. Aliud: Rec. rutæ, ſeminis erucæ, pyrethri, ſtoracis, ſulphuris, ana. drach. 9. caſtorei, drach. 3. Fac puluerem, temperãs cum ſanguine teſtudinis, & da bi bere. Aliud mitigãs dolorem de morſu reptilium, quod Diapantus dicit ſe probaſſe: Recipe caſtorei, piperis albi, myrrhæ, opij, ana. drach. 3. tempera cum uino, & da in modum fabæ in uino. Sic enim fecit Galenus. Diapantus uero alio modo: Rec. mandragoræ, piperis albi, caſtorei, opij, ana. drach. 2. tempera ſicut diximus, cum uino. Oportet dentur allia piſtata, cum uino co medenda. Bibat uinũ forte, in balneo aſſueſcat ſudare. Auellanæ iuuant co meſtę, uel facto inde cataplaſmate. Galenus dixit frondes lauri coctas in ui no piſtatas ualere, facto inde cataplaſmate. Dioſcor. dixit baſilicam ſimiliter ualere. Sulphur, & ruta piſtata, & ſuperimpoſita, ualet. Maluæ ſemen & lini ſemen ualet ſimiliter, ſanſucus, id eſt, maiorana piſtata cũ aceto & ſale, idem facit. Quidam medicorum dicunt, ſi caſtoreum accipias, & alliũ, & piſtes, & cum oleo temperes, & cataplaſma facias, iuuat.

De morſu

©BIUM

De morſu apum & ueſparum. Cap. XII.

Vos apes pupugerint & ueſpę, uenenum enim habent acutũ, patiuntur incenſionem & dolorem nimium, fiuntq; ibi ueſiculæ nigræ. Vnde oportet ſuperponi alcannam cum hordei farina, & aceto tẽperata. Lac ficuum ualet uel nuces piſtatæ cum aceto, & frondes baſilicon, & betæ piſtatę, & ſuper impoſitę. Quidã medici dicunt, frondes maluę piſtatas, & ſuper impoſitas, ualere. Item ſi cum ſucco maluæ quis ungatur, non mordetur à ueſpis, uel apibus. Item muſca manibus fricata, & morſuræ ſuperpoſita, iuuat.

De morſu rabidi canis. Cap. XIII.

Canis naturaliter frigidus eſt & ſiccus, cui nigra dominatur cholera. Vnde ex ſui abundantia immutata, & putrefacta, toti corpori, dominans, ita corrupta, neceſſe eſt rabidos faciat, & maxime in autumno & uere. Signa cognoſcẽdi canem rabidũ, quia alij canes eũ fugiũt, & ſemper profugus eſt, & ſoliuagus & nutat quaſi ebrioſus, ore aperto. Lingua dependente, ſaliua nimia de ore ſemper currit, oculi ſunt inuerſi, & rubicundi, auriculæ retractę, cauda inter coxas. Oculi aperti, & tamen ad lapidẽ, ſiue ad quodlibet aliud obiectum, offenditur, & cuilibet rei uiſæ repugnat, etiam umbrę ſuæ latrat. Quem cum canes uideant, fugiunt, timentes eum, latrantes ſuper ipſum. Certum autem hoc eſt ſignum, ut bucella panis accepta ungatur ſanguine in morſura morſi exeũte, & proijciat canibus, quam ſi refutauerint, intelligimus canis eſſe rabidi. Si nõ, econtra. Accidẽtia patiũtur inde ſomnia terribilia ſunt, in ſomni expergefactione ſunt timoroſi, ſine cauſa iraſcuntur, ſtupidi, & continue circũſpicientes, inſpici ab aliquo non patientes. Qui cum incidant paſſionem, timent aquã, quaſi canes latrant, & rauci ſunt, timentes cum aquam inſpiciãt, ut trementes cadant. Quibus niſi ſuccurratur medicando, moriuntur. Incipiamus ergo medicari, ante horum accidentium apparitionem. Aperiantur uulnera cum igni, uel ferro fortiter, ut cum ſanguine uenenum effluat. Apponatur & ſanguiſuga quæ uenenum eijciat. Detur & acuta medicina, quæ uulnera apperiat, ſicut allium, ſinapi, ſal, acetum, cepæ, calamenthũ, ſimplicia, uel compoſita, cum aceto uel melle ſunt temperãda, pòſt ſuperponenda. Quod faciendũ eſt in prę occupando mala ſigna. Si autem appareant, oportet dari medicinam choleræ nigrę purgatiuam, & nutriatur cum diæta ſubtili, & ad digerendum facili. Demus theriacam, & medicinam in qua cancri ponantur fluminei. Dioſcorides dixit: Cineris eorum accipiantur, drach. ʒ. & gentianę, drach. 2. & bibantur cum uino. Galenus his adiungit olibanũ, & hoc modo cõponit: Recipe cancri incenſi, drach. 5. gentianę, drach. ʒ. terrę ſigillatę, drach. 6, fac puluerẽ, da bibere cum aqua ubi cancri ſint cocti, drach. ʒ.

Aliud

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 172 sur 404

©BIUM

Aliud ualens ſimiliter: Recipe cancri incenſi, drach. 15. myrrhę. drach. 5. croci, drach. 2. gentianæ, drach. 1. & s. piperis albi 10. grana, uini quantū ſufficit, da drach. 1. & s. cum uino. Aliud Galeni: Recipe baſilicon, ariſtolochiæ longæ, ana. drach. 7, gentianæ, drach. 8. piperis, opopanacis, drach. 1. mel quod ſufficit, da drach. 1. & s. cum aqua calida, dentur & nuces ad māducandum. Nuces etiam piſtatæ cum ſale, & uulneri ſuperpoſitæ, ualēt. Si aquam timeant, oportet machinari, quomodo detur neſciēti. Fiat ergo canalis qua gulæ appoſita, occulte aquā infundat. Quidam medici dicūt: lecur canis aſſatum datum comedere, iuuat, contra tumorē aquę. Item iuuat aqua ubi ferrarij ſua extinguunt inſtrumenta, inſcijs allata. Medicina morſus canis rabidi, ſiue aliorum iuuatiua erit iſta. Lycium, opopanax, cepæ, ſal, ruta, nuces, frumentum, frondes ficus, menta, orobū, ſimplicia ſeu compoſita, cum aceto, uel cum melle, & ſuperpoſita, ualent. Morſibus etiam humanis proſunt oſſa uituli incenſa, & cum melle temperata, & ſuperpoſita.

De labore & dolore. Cap. XIIII.

LAborem patiuntur corpora, uel ex nimio motu, uel ex humoribus intrinſecus ſe mouentibus. Fit autem quatuor modis: Primus dicitur grauis, ſecūdus calefactorius, tertius tēſiuus, quartus doloroſus. Grauis eſt, cū corpus humoribus redundet craſſis, pertinētibus frigiditati & humiditati. Qui ex nimio diſſoluūtur motu, & digeſtus ſubtilis efficit ſanguis uel aquoſus. Deinde uaſa implent, & grauantur. Quod fit, cū uirtus naturalis defecta ſit, neq; pati eum poſſit. Tēſiuus eſt quaſi primus, ſed tamen uirtus naturalis fortis eſt. Quā humores illi admouendum inſequūtur. Vnde tenſio ſequetur. Horū duorū medicina cū exinanitione fiat, ſicut phlebotomia, pharmacia, epithimate, oleis temperatis, ſicut ireleo, ſambuceleo, anethileo, & hæc fiant in balneis cum fricationibus temperatis. Aliæ duę ſpecies, id eſt, doloroſus, & calefactorius, ex humoribus ſunt acutis, igneis, in corpore adunatis. Ex quorum nimio motu, fluidi efficiuntur, & calor cum dolore inde generatur, & aliquando febris ephemera inde efficitur. Si enim materiæ putreſcant, calefactorius labor concreatur, & inde febris oritur. Si autem ebulliant, neque putreſcant, doloroſus gignitur. Vnde dolor in tota ſuperficie corporis, quaſi dolor uulneris & punctura, quaſi acu facta. Vnde mediri oportet cum epithimate & oleo roſaceo in balneo aquæ dulcis temperato: infundatur aqua tepida quæ duo facit proficua. Vel enim acutas fumoſitates, & pungentes cum ſudore expellit, uel corpori humectationem tribuit, quia quod à calore naturali diſſoluitur, corpori reſtauratur. Doloris autem mutatio ſubita, ex complexione eſt calida uel frigida, uel ex iunctura ſeparata. Vnde cauſa eius eſt inueſtigāda, ſi ſit exterior. Item perquiratur ſi plenū ſit corpus ex quiete, uel ex ciborum

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 173 sur 404

©BIUM

multitudine,uel purgationis negligentia,iam cõſueta. Quibus certificatis, purgabitur cum phlebotomia & pharmacia. Poſtredeundũ ad medicinã repugnatiuã,cum ſecuritate & ſine timore. Si aũt nullum horũ appareat,calefactio,& fumigatio ſunt facienda,tẽperatura,& repugnatiua,doloremq; mitigãtia,cũ rebus calidis & humidis tẽperata, ſicut anethileo,chamomeleo, ireleo,& ſimilibus. Aliquando dolor ſit extrinſecus,neq; tamen ſentit infirmus,ſicut ſi male poſita dormiẽs tenuerit mẽbra dolentia,uel ſubito torſerit ea,uel fuerint infrigidata. Et ſi calefactio profuerit,teneatur. Sin autẽ ad purgationẽ redeat,cum pharmacia & phlebotomia,ne forte plenitudo corporis ſit cauſa,non à uulgo intellecta,ſicut ſi cibus in qualitate,uel quãtitate,extra temperamentũ accipiatur, neq; tamẽ paulatim coadunata à quolibet intelligũtur,uel ne cõcluſio pororũ ſit cauſa,ab eiuſdẽ generata. Vel quædam mẽbra ſint inciſa,quorũ nutriuis cibus rediens ad corpus, nõ ſentit. Galen. dicit: Cui ſubito in ſanitate ſua dolor ſubitus & fortiſſimus ſuperuenerit, ut ilico ad iacendum cogat, oportet ipſa die prima,feſtinetur phlebotomia,ne uirtus deficiat,& auferri non poſſit ſanguis quantũ ſufficiat.

De apoſtematibus. Cap. XV.

OMnia apoſtemata naſcuntur de humoribus ad mẽbra in quibus ſunt effluẽtibus. Quę uel de cauſa ſunt exteriori,ſiue interiori. Exteriori,ſicut percuſſione,uulnere,contractione,fractura,ſaltu,ſubmerſione. Qualecunq; horũ acciderit,mouentur humores illius mẽbri. Quod cum debile & defectũ inuenerit,adunãtur ibi. Cauſa interior de abũdantia humorũ eſt,& corruptionibus eorũ,& præparatione membrorũ recipientiũ. Materia aũt faciẽs apoſtemata,de alicuius quatuor humorũ eſt eſſentia,uel de uẽtoſitate aliqua. Ex ſanguine naſcens,phlegmone uocat. Cuius ſignificatio eſt rubor, calor,tumor,humectatio. Quod de cholera naſcitur rubea, appellatur eriſepila, color eius citrini & rufi eſt medius: in tactu durũ,pulſus nimius & pũgitiuus. De phlegmate naſcẽs apoſtema,eſt molle,albũ,ſine dolore. De cholera nigra ſcirrhos dicitur,eſtq; durũ apoſtema,nõ ſenſibile, colore liuidũ, uel uiride, ſine dolore, uel pulſatione. Sed cũ magis moretur,cancer efficitur. Volentes autẽ medicari apoſtema, uideamus ſi de ſanguine naſcitur, & tunc tandẽ phlebotomemus, & de ſanguine tollatur,quantũ uirtus patiat. Pòſt demus,unde feruor ſanguinis extinguatur,ſicut oxyfœniciã,manna,caſſiãfiſtulam,pruna,iuiubas,& ſimilia. Purgato toto corpore,ad infirmũ membrũ redeatur,cum rebus morbo repugnãtibus,ſicut ſandalis rubeis,bolo,myrta,opio & ſimilibus. In ſtatu apoſtematis,cauſa diſſolutiua miſceatur his,ſicut lyciũ,crocus,endiuia,& ſimilia. Dioſcor. Vitellum oui cum oleo roſato, & pauco croco,myrrha,poſitũ ſuper apoſtema de craſſo ſanguine,diſſoluit,& ſimiliter uitellum idem cum

oleo

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 174 sur 404

©BIUM

oleo uiolato ſuper calidum apoſtema poſitū, mitigat, & ad digerendū acce lerat, diſſoluens nondū collecta. In apoſtemate de cholera rubea incipiendū ad purgandā ipſam choleram, & ad membrū infirmū cum repugnatiuis re deundū poſtea, ſicut ſolatro, coriādro, ſemperuiua, portulaca, pſyllio, hyo ſcyamo, lactuca, endiuia, & ſimilia. Nutriamus cucurbita, lentibus, portula ca, blito, & ſimilibus. In apoſtemate phlegmatico, dandū phlegmatis pur gatorium, & poſt membrū defectū medicandū. Ponamus ibi ſpongiā, aqua tepida, & aceto infuſam. Si ſpongia inueniri nequeat, lana eſt ſuperponen da. Aliquādo aquę calidę nitrū oportet ſuperponere. Apoſtemati de chole ra nigra nondū cancere effecto, medicina eſt apponenda, ſed cancer incura bile malum eſt. Medicina choleræ niſi purgatiua erit, & ſi apoſtema quod piam ſaniem colligat, cū hoc cataplaſmate aperiamus, id eſt, ſcariola piſtata, & cum oleo roſaceo cocta: Quę ſuper apoſtema erunt ponenda, & ſimiliter caules cum butyro bouino. Vnguentū dialthea, & publicū, ualens humecta tioni duri apoſtematis, aperiens ſine moleſtatione: Rec. ſemen lini, fœnugrę ci, maluæ, ana. lib. s. olei lib. 3. lithargyri, drach. 3. fac ut coquātur leni foco. Aliud ualēs apoſtemati ſine capite: Rec. ſemen lini, fœnugręci, ſtercoris pa lumbini, añ. drach. 9. ſeſami cōbuſti, drach. 30. fac ſeſamū piſtari quaſi me dullam, deinde cum ipſo alias ſpecies tempera. Si plus uelis mollificare, de oleo ſeſamino pone. Aliud in apertione apoſtematis: Recipe ficus ſiccas in aqua coctas & parū nitri, atq; olei. Dialthea Ioan. Damaſc. ualet mūdificādo calido apoſtemati: Recipe pſyllij, drach. 30. hyoſcyami, drach. 16. myrrhæ, drach. 45. fœnugræci, ſemen lini, ana. drach. 30. maluæ ſeminis, 10. drach. omnia ponantur in aqua calida. Deinde accipe ſpumas eorū, & tēpera cum oleo, & lytargyro, ut ſufficiat. Aliud ualēs apoſtemati ubicūq; in corpore ſit, & maxime in ſplenis craſſitudine, uel epatis: Recipe amoniaci, unc. 4. aceti lib. 1. dimitte in ſimul die 1. & poſt piſta in mortario, efficiatur ſicut medulla, deinde accipe croci, drach. 3. olei roſati, unc. 4. ceræ, unc. 1. coque ad focum ſuauem, quoad diſſoluantur, & in mortario tempera.

De uerrucis. *Cap.* XVI.

VErrucę ſunt caro egreſſa, dura, & ſpiſſa, per totum corpus nata. Sed tamen maxime in pedibus, & manibus, quas expellit natu ra in corporis exteriora. Sunt autē de phlegmate, & cholera ni gra. Quę ergo mollis eſt & ſine dolore, intelligit eſſe de phleg mate. Dura, & ſpiſſa, perpenditur eſſe de cholera nigra. Oportet ergo cum medicari uoluerimus, primū à purgandis illis chymis unde fuerint, incipia mus, poſt deforis ponamus medicinam illorū deſiccatiuā. Quæ ſi nō ualeat, apponēda ſunt calida, unde incendantur, & corrūpantur. Deſiccatiua, ſicut oleū myrtinū, roſaceū, ramorū uitis cinis cum aceto tēperatus, acacia cum

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 175 sur 404

©BIUM

oleo roſato,facit ſimiliter. Nigella,ſtercus ouinũ,uel caprinũ cum uino temperata,ualet. Dioſcorides dicit: Lac ficuũ cum pinguedine porci temperato,& deſuper ponito. Incenſiua uero,ęruginis æris,drach. 8. colocynthæ, drach.10.nitri,drach.9.ſalis amoniaci,drach.1.aluminis,auripigmenti,aã. drach.12.fellis taurini,drach.9.calcis uiuæ,drach.15. tẽpera cum lixiuio, & deſuper pone. Aliud,Rec. ſandarachę,auripigmẽti,ſpumę marinę,pondus ęquale,tẽpera cũ ſucco lupini.Si non ſufficiant, incide cum ferro. Dioſcor. Cicer ſanat uerrucas, ſi ſecundũ unamquãq; uerrucã granũ accipias,& adunes in fruſtulũ panni ligãs,& hoc in Calendis mẽſis infirmus retro proijciat.

De elephantiaſi. Cap. XVII.

LEpra eſt paſſio naſcens de cholera nigra incenſa, & putrefacta apparens in ſuperficie corporis,& naſcens de quatuor humoribus,ſed tamen incenſis,& corruptis,& in cholerã nigram mutatis.Eſt autem quadrifaria,uel enim de corruptione eſt ſanguinis,& uocat alopecia.Alia de cholera rubea,& dicitur leonina. Alia de cholera nigra,& dicitur ἐλεφαντίασις. Quarta de phlegmate prouenit.De corruptione ſanguinis,rubet, putrida eſt,tumet, & ſanguis & ſanies,inde effluũt. De cholera rubea citrina eſt, pectus ſiccum,fiſſura manuum,& pedum,contractio,& macilentia.Cuius calor ſi augmentatur magis quàm ſiccitas,articuli ſeparant,& cadunt. Si de cholera ſit nigra,color erit niger,& putreſcit, groſſeſcit,graueſcit ſenſus,groſſeſcũt ſupercilia, fiduntur manus, & pedes, contrahũtur digiti.Si de phlegmate,humeſcit corpus,glandes naſcũtur, color albus eſt,oculorũ fluxus. Oportet aũt nos cũ medicari inceperimus,incipiamus à purgandis illis corruptis humoribus. Galenus dicit:diuturnum morbũ medicaturi,incipiant à mũdificanda ſua materia,& à corpore expellenda. Quæ ſi de corruptione ſanguinis,phlebotomemus de media uena, quod faciendũ erit, cum materia inter uaſa ſit. Si enim eſt extra uenas phlebotomia eſt cauenda, cum multũ huic noceat.Intelligetur eſſe extra uenas, de corruptione figurę infirmi, & putredine, & puſtulis in facie, & toto corpore.Vnde dimittenda phlebotomia,& accipienda pharmacia.Nutriamus cum ſubtili dięta,nõ cõuertibili,neq; corruptibili. Galenus de melancholia: Loquar,inquit, de melancholica quæ diu expertus ſum.Si quis purgare uoluerit hanc materiã,& mũdificare inde corpus,à fortiſſima purgatione incipiat, & ita forſan materiã ne augmentetur, prohibeat.Et ſi fuerit cancer,inde oportet noſſe nos ſi medicina noſtra corpori proficiat,& calorem melioret,morbusq; declinet,infirmus cõfortet.Medicina quæ hęc faciat utamur & cum magnis medicaminibus adiuuemus.Sicut hieralogodion,apozemate de epithymo,theodoriton maiore, hiera hermis,ſirupo de epithymo.In intermiſſione, & cũ nõ ſit tẽpus,catharticũ dare, demus theriacã maiorem factam

©BIUM

factam cum pinguedine,& carne uiperæ. Galenus: Nunquam, inquit, uidi in uita hominem hac infirmitate omnino ſanatum, niſi qui uinum biberint in quod uipera ceciderit,& ibidem cõputruerit. Hunc enim uidi excoriari, & cute expoliari, cum uinum illud ebiberit. Vnde certus factus ſum teſtimonio aperto, quod dixerant antiqui de carne, & pinguedine uiperæ eius iuuamenti magnitudine, in hac & in omni dura paſſione. Purgato autem corpore ſupradicto medicamine, demus ſelithæ theriacã, & ſimilia corpus cuſtodientia, & putredinem mundificantia. Præcipiamus balneetur, ſed tamen aquis dulcibus. Item iuuat incenſio, & dietæ obſeruatio, cibi paruitas. Interrogatus enim Galenus, quę ſumma medicina habeat: reſpõdit: Abſtinẽtia.

De morphea. Cap. XVIII.

MOrphea eſt corruptio ſanguinis, unde nutritur cutis corporis, ſiue macula inter cutaneæ carnis. Cuius cauſa uniuerſalis defectio eſt digeſtiuæ uirtutis. Quę cum defecerit, ſanguinem corrumpit; quĩ ad cutem ueniens eam nutrit. Si autẽ phlegmatica ſit eius qualitas, alba fit morphea. Si de cholera nigra, erit morphea. Eſt autẽ morphea triplex, uel enim liuidi coloris, naſcẽs de materia cholerica, & ſanguinea, uel nigra naſcẽs de ſanguine melancholico, uel alba, & eſt de phlegmate ſalſo. In quibus tribus generibus nõ ſanguis eſt minuendus, ſed oportet forti medicamine purgeť, ſicut theodorito, hierapicra, hieralogodion, & ſimilibus. Vomitus detur ſemel in menſe, & abſtineatur à cibis malos chymos habẽtibus, & dure digeſtibilibus. Sępe balneetur. Galenus morpheam medicari præcepit, poſt mundificationẽ corporis. Vngatur autem corpus cum calce, & anacardo, & thapſia, aloë, lithargyro, acacia, ſulphure, elleboro albo, ſimplicibus, ſeu cõpoſitis, & cum aceto tẽperatis. Item Galenus dicit: apij ſyluatici ſuccus, ualet cum lacte ficuum mixtus, & ſulphur, & dragagantũ, idem faciũt. Sanguis leporinus ualet, cipariśq; radix cum aceto ſimiliter. Bibant autem de hoc antidoto: Recipe mirobalani, chebuli, citrini, ana. drach. 15. pulueris hierapicrę, drach. 18. ſiſeleos, drach. 15. fumi terrę, drach. 30. ſene, drach. 20. agarici, turbith, ana. drach. 30. thapſiæ, drach. 10. acori, drach. 8. fac puluerem, addens mel quod ſufficit, da drach. 2. uel 3. Alij iungunt huic drach. 15. ellebori nigri. Aliud: Rec. chebuli. drach. 30. epithymi, drach. 20. maſtichis, drach. 12. ameos, drach. 10. calamenthi, drach. 10. hierapicrę, drach. 20. colocynthę, drach. 10. nigellæ, drach. 5. ſinapis, drach. 5. thapſiæ, drach. 7. fac puluerem, addẽs mel quod ſufficit, da drach. 5. tribus diebus cõtinuis, & tribus intermiſſis. Vnguentũ ualens morpheę omni colore: Rec. thapſiæ, condiſi, ſinapis, nigellæ, ſemen radicis, pyrethri, rubeæ, ana. drach. 3, coſti, colocynthæ, ellebori nigri, capparis radicis, rutę, aluminis, ſtaphiſagrię, nitri, añ. drach. 1, & s. euphorbij, ſcãmonij, ſalis amoniaci, ſandarachę, ameos, añ. ſcrup. 2, fac puluerẽ, tẽperans cũ aceto, & ungať eo.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 177 sur 404

©BIUM

De impetigine Cap. XIX.

IMpetigo duobus eſt modis, uel enim æquale eſt cum ſuperficie corporis, & de cholera niſi ſit, & de fece ſanguinis, aliquando cum prurigine. Vel ſuperficie tenus combuſta: Cuius color, cicerinus, uel rubori contiguus, & eſt furfurea, fiſſa, & prurigi noſa, naſcens de materia melancholica, nimis incenſa. Prima ſpecies, medicabitur cum phlebotomia, & pharmacia, humores incenſos mundificantibus. Secunda, cum medicina choleræ nigræ purgatiua. Balneum in uſu habeat aquæ dulcis. Lauetur cũ furfure, & farina fabæ. Vngatur oleo frumẽti, acetoſo, pomi citrini carui, piſtata, ſulphure, cũ aceto, cinere, cũ fœmineo lacte, gummi prunorũ, farina ciceris, cum lacte ficuum, elleboro nigro, cum aceto, acaciæ, drach. 7. gummi arabici, drach. ʒ. cum aceto. Poſt lauetur cum dulci aqua, & ungatur oleo roſato.

De ſcabie & prurigine. Cap. XX.

SAepe natura humores malos expellit ad ſuperficiem corporis, ut mundificet interiora. Quod ſi ſint ſubtiles, & nimium liquidi, ſoluunt de cute cũ ſudore & fumo. Si craſſi, permanẽt ſub cute. Si mediocriter craſſi, prurigine gignũt, groſſi ſcabiẽ faciũt. Scabies ſicca, & non ſanioſa cum prurigine, & punctura, & fiſſura, de cholericis chymis incenſis eſſe ſignificatur. Vulneroſa, & craſſa in ſuperficie corporis, neq; prurigine forti, & cum ſcalpatur cutis excoriatur, ſicut alba ſquama, ſignat ſalſum & incenſum phlegma, & plurimũ hæc innaſcuntur ſenioribus, propter collectionem ſalſi phlegmatis, & defectionem cutis. Scabies humida, & ſanioſa, & cum delectatione pruriginoſa, ſanguinem incenſum cum cholera, rubea eſſe demonſtrat. Si ſanies ſit craſſa, maiorem abundantiam ſanguis ſignat. Si ſubtilis aquoſa & citrina, cholera abundantem oſtendit. Cum ergo ſcabies de ſanguine & cholera rubea cõperiatur eſſe, phlebotomet de media uena. Si autẽ aliquid nobis obuiet in munitione, purgemus cũ cathartico de caſſiafiſtula, & ſucco fumi terræ, & mirobolanis citrinis, & ſimilibus. Frequententur balnea in quibus ſudetur. Non tangantur corpora epithimatibus: Viſcoſitate enim ſua prohibent diſſolutionem humorũ, & poros claudunt. Sed tamen parum olei roſacei eſt adhibendum. Si ſcabies ſit ex chymis phlegmaticis, purgemus phlegma cum cathartico de epithymo, ſiue de agarico, & ſimilibus. Aſſidue fiat balneum in quo ſudent. Deinde ungantur de apij ſucco, uel calamenthi. Purgatis autem corporibus ad exteriora unguenta redeamus. Vnde ſecundum Galenum: Litargyrum cum oleo ualet. Cinis cauſium cum petroleo ſimiliter. Dioſcorides dicit: Carui cum aceto ualere. Sulphur cum lentiſceleo multum ualet ſcabiei & impetigini, unguium & inguium maculorũ. Sulphur cum aceto ſimiliter facit,

©BIUM

facit. Similiter nitrum cum melle, & ſulphure, iuuat. Sal quoque cum oleo & aceto, ſi ut ſudent accedāt foco, mitigat dolorem, & iuuat ſcabiem, & impetiginem. Galenus: Aqua ſulphurea, uel marina, uel cum ſale cocta, uel cum frondibus olearum, iuuat ueteres puſtulas, ſcabiem & pruriginem, & ſimilia. Frondes quoq; oleæ, coctę cum aqua & aceto. Similiter & frondes cannæ. Vnguentum ualens ſcabiei & prurigini de calore: Recipe lithargyri, drach. 10. ceruſſæ, cadmię argenteę, ana. drach. 3. chelidoniæ, ſigiæ, argenti uiui, aā. drach. 2. olei roſacei & aceti, quod ſufficiat. Aliud deſiccans puſtulas & uulnera de calore: Recipe acacię, gummi arabici, ana. drach. 2. lithargyri, cadmię argenteę, ana. drach. 1. & s. tempera cum aqua roſata.

De carbunculis. Cap. XXII.

CArbūculi de ſanguinea craſſo naſcūtur, & corrupto. Vnde de foris eſt ſuperponenda res diſſolutiua, cū tantū corpus interius mundificet. Deſuper ponendū eſt frumentū maſticatū, ut maturētur ſiue diſſoluantur. Galenus granum aquę infuſum non ualere dicit. Maſticatum autem prodeſſe, propter infuſionem ſaliuę. Valent & ficus non maturę, piſtate cum cera. Dioſcorides: naſturtium cum oleo piſtatum & ſale, ualet. Vuæ paſſæ cum ſale piſtatę, ſimiliter fermentum cum oleo & ſale, ualet: Maturat enim & rumpit. Farina ſubtilis tēperata cum oleo & melle, & parū cymini ſimiliter. Si autem ſaniem habuerit, farina hordei uel orobi cum butyro, & ſale, & caulibus omnibus piſtatis ſaniem eijcit. Nitrum cum terebenthina, carbunculum aperit & ſaniem trahit.

De uulneribus in corpore. Cap. XVII.

VVlnera in corpore ex ſanguinis naſcuntur corruptione, maxime rubicūda, & moleſta, febres generantia. Quorum color rubicundus, & citrinus. Si ſanguis choleræ rubeæ ſit ammixtus, uulnera ſicca, & puſtuloſa naſcuntur. Si cum cholera rubea fuerint uulnera uaricoſa: Sicut phlegmate, erunt humida, & alba, & ſpumoſa. Si ergo uulnera de ſanguine ſint, phlebotomemus, & uſque ad defectionem minuatur ſanguis, niſi aliquid obuiauerit. Mundificetur etiam corpus cum cathartico, & ſubtilibus dięte tur frigidis & humidis. Deinde ad unguenta exteriora redeamus. Vnguentum ualens uulneribus calidis: Recipe ceruſſæ litargyri, cadmiæ, argenteæ, ana. drachmas 8. ceræ albæ, olei roſacei, ana. lib. 3. fiat unguētum. Aliud: Recipe lithargyri, ceruſſę, chelidonię, cadmię argenteę, ana. drach. 8, olei roſacei, drach. 5. aceti, albuminis oui, ana. drach. 8. uiſci pſyllij, drach. 15. fac unguentū. Aliud ualens humidis mulieribus: Rec. lithargyri, drach. 10. argēti uiui, lapidis fuſci, aā. drach. 5. chelidonię, dra. 1. & s. olei & aceti quod ſufficit. Aliud deſiccās uulnera, & puſtulas.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 179 sur 404

©BIUM

Recipe boli,drach.2.terrę ſigillatę,drach.1.croci,camphoræ,ana.drach.ſ. tempera cum aceto,& aqua roſata.Aliud ualens uulneribus crurum: Recipe nigellam coctam in aqua, & poſt deſiccata, fiat puluis,quæ cum oleo roſato tempera,& crura cum aceto laua,& unge. Item ualet litargyrum cum oleo roſato,& ſemen erucæ cum melle temperatū idem facit. Similiter ſucco apij,cera,& oleo roſato,cum aceto & aqua unguentum fiat.

De ſcrophulis. Cap. XXIII.

SCrophulę ſunt dura apoſtemata in molli carne naſcentia, quæ ſunt medicāda unguentis emollientibus,ſicut illud quod duodecim cauſis conficitur,& mollitiua ſunt ſuperponenda,putredinis carnis corroſiua:Deinde alia medicamina deſiccatiua,& claudentia. Dioſcorides dicit:iris cocta & cataplaſmata ualet, quia humectat. Similiter ficus nō maturæ & coctę, iris cum ariſtolochia & dialthea mixta,ualet ad mollificandum ſcrophulas. Farina lupini cum aqua temperata,idem facit. Elacterij radix piſtata cum ramis,ualet: Capparis cocta & piſtata,ualet. Nitrum & fermentum, emolliunt. Confectio ualēs apoſtemati in collo,& ſcrophulis.Recipe ariſtolochię.unc.croci,drach.1.& ſ. tempera cum aqua,& deſuper pone. Aliud, Recipe æruginis æris,drach.5. amoniaci,drachmas 3. ſarcocollę,drach.1. & ſ.fac puluerem,temperans cum melle,& cum lycinio impone. Cineris uitis,picis,ana, drach.10.olei quod ſuffi cit,fac unguentum.

De puſtulis. Cap. XXIIII.

PVſtulę naſcētes ex deſudatione ſunt quatuor modis:Sūt enim quędam calidiſſimæ, quas aqua frigida adiuuat,cum de cholera naſcantur ignea. Quędam ſunt de cholera,ſed tamen craſſa, quas balneum iuuat in aqua calida. Aliæ inter duas has mediocres.Quarta ſpecies,de cholera naſcitur nigra,quæ peſſima eſt, & ad ſanandum dura. In curādis tribus generibus,cholera rubea purgetur,in quarto, nigra.Balneū patiens in uſu habeat. Vngatur ſucco ſolatri, cum coriandro mixti,uel ſandali,uel croco,uel fronde hyoſcyami cum melle. Medulla melonum cum ſucco apij,in balneo poſt ſudorem,ualet.Frondes oliuę piſtatæ, & in aqua coctę,ualent.Hę deſudationes plurimū naſcunt in æſtate,& tunc naſcūtur,cum calor abūdat nimius. Cauſa eorū eſt,ſuperfluitas exiens cum ſudore,ſemper adunans ſe ſuper cutem,& coagulans.Quod fit ex negligentia balnei,& mundificandę cutis.Si autem augmententur,& uetereſcant,in ſaniem deueniūt.Vnde feſtinandū,ad purgandam choleram de corpore ruberam. Vngatur deforis medullis,& corticibus melonis,de ſucco ſolatri,aſſiduis balneis utātur, Similiter roſa & myrta cocta,& in balneū poſita,ualent.

De ruptura

©BIUM

De ruptura & diſiunctione. Cap. XXV.

SI aliquãdo membra ſeparationem iuncturæ patiuntur in oſſibus, oportet medicũ feſtinare ut ſeparatio ſolidetur, & ſanorũ iunctura in ſolidandis cõſideretur, & ne iterũ ſeiungantur, præuideat: quod fiat cum ligaminibus oſſa circũdantibus. Quæ tamen ligamina bene ſunt cõſideranda, quia fortia, ne exeant cuſtodiũt oſſa. Sed tamen ligamina tumorẽ generant in circuitu & puſtulas. Mollia neutrum horũ faciunt, ſed non bene iunctũrã cuſtodiũt, maxime in ſomno, & membrorũ motu. Ligamenta ergo facienda ſunt mediocria, ut infirmus utrũq; ſupradictũ euadat. Soluãtur aũt poſt diem tertiũ, uel antea, ut ille locus quieſcat, poſtq; ligẽtur, ne forte diu ligata cum non membrũ aſſueuerit antea, diſſoluenda per poros exire prohibeãt. Vnde prurigo orta infirmũ ſcalpere ſeu mouere membrum illud cogat. Solutũ membrũ aqua calida eſt balneandũ, ut poros aperiat & ſuperflua emittat. Cũ aũt diſſolueris in die ſeptimo, & in mẽbro neq; tumorem uideris, neq; puſtulas, ſed minus erit q̃ in ſanitate fuerit, ponenda ſunt ſolidãtia & carnẽ reducẽtia. Galen. Prius, inquit, incipiendũ à medicanda fractura, & ſeparatione iũcturę in oſſibus, minuẽdo ſuperfluitates corporis per phlebotomiã & pharmaciã. Diætemus autem infirmum cum ſubtilibus & paucis, dum certificemur tumorem, ſiue puſtulas, uel quęlibet alia de temperantia non ſuperuentura propter loci debilitatem, & materiam abundantem. Poſtea redeundũ ad rem ſolidatiuã, & membri augmentatiuã, id eſt, multam quantitatẽ cibi craſſi. Cibo enim ſubtili, non ſolent oſſa ſolidari. Separatio autẽ concatenationis, lauetur cum aqua calida, & reponatur ſicut fuerat, ligetur q̃ ſicut & fractura. Deinde ſuperponendum de hac cõfectione ualente ad fracturam, & ſeparationẽ iuncturæ: Rec. ſumac, ſeminis myrtæ, ana. drach. 10. myrrhę, aloẽs, añ. drach. 6. enulę, drach. 10. tempera cum aqua, & unge. Aliud: Recipe myrrhæ, drach. 7. chamomilę, drach. 8. ſandali rubei, drach. 5. thuris, drach. 10. boli, terrę ſigillatę, drach. 20. enulę, drach. 10. ireos, 15. Dioſcor. Farina hordei, & malua cũ oleo tẽperata, ualet. Aliud: Recipe ladani, drach. 15. aloës, drach. 9. croci, drach. 5. boli, drach. 15. gallę, drach. 5. roſę, nucis, cypreſſi, drach. 5. tẽpera cum oleo, & unge. Aliud: Rec. aloẽs, myrrhæ, acaciæ, maluæ, thuris, ana, drach. 5. maſtichis, drach. 1. & s. pulueris molendini, quãtum omnes alię ſpecies fuerint, tempera cum ouo, unge neruos, & uenas circũdantes fracturas, cum unguentis emollientibus de cera, medullis bouinis, pinguedine uulturis, pinguedine renum pecudis, & oleo roſato, & ſimilibus.

De ſanguine fluenti ex inciſione. Cap. XXXI.

IN fluxu ſanguinis de inciſione gladij, ſiue cultelli, ſagittę uel ſimilium: Primum in ſanguine ſtringendo erit ſtudendum, ſuperponendo digitum, & tenendo panniculum, donec ſanguis congeletur in

©BIUM

tur in uena, unde exierat. Deinde ſuperponenda eſt medicina, ſanguinis reſtrictiua. Quæ duobus fit modis: Vel enim ſtringit, & non carnem reducit, ſicut farina frumenti, terbēthina, gypſum, & ſimilia. Vel ſtringit, & carnem facit, ſicut thus, aloē, albumen oui, pili leporis. Galenus hanc cōfectionem dicit tribus modis debere eſſe, uel enim ut æquale ſit pondus aloēs & thuris, & corticis puluis ſelectus eſt apponendus, qui duris corporibus eſt utilis. Si ſtiptica enim his ſunt neceſſaria, uel ut thus duplum quàm aloë ponatur, & thus unctuoſum, & gummoſum eligatur. Quæ confectio utilis eſt mollibus corporibus, quæ multis rebus indigent cōfortatiuis. Tertius modus, ut de thure plus ponatur quàm aloē, non tamen duplum, hoc conuenit mediocribus corporibus. Albumen oui apponatur, ut in ſimilitudinē mellis inuiſcetur. De pilis leporis quantum oporteat. Hæ medicina eſſentię uenæ ſuperponatur, unde ſanguis effluit. Et poſtea multa quātitas toti uulneri ſuperponenda, atq; liganda, cū pannis lineis ter uel quater inuolutis, & ſtrictura contra uenæ fiat initia. Ligamenta omni die ſoluantur tertia. Si autem medicina ſuper uulnus nimis fuerit uiſcoſa, & ideo uulneris ſtrictiua, nec tamen auferas, quia forſitan inde ui ablata, locum iam fermè ſolidatum aperiat. Appone ergo de eadem multam quantitatem, ut emolliat illam deſiccationem. Emollitam paulatim ſubtrahas, ſed tamen dum ſubtraxeris, digitum uenæ effluenti ſuperpone, ne ſanguis exeat. Quod ſi nec hoc potueris, liganda uena erit. Sic enim præcipit Galen. Puluis Ioannis Damaſceni ſtringens, & deſiccans ſanguinem uulneris: Recipe aloēs, unc. 1. thuris, corticis balauſtiæ, ana. unc. 2. ſanguinis draconis, ſarcocollę, ana. drach. 12. ramorum erucæ, drach. 8. Tempera cum albumine oui, & pilos adpone leporis. Aliud ſtringens & ſolidās uulnera de gladio uel cultello facta: Recipe ſarcocollę, unc. ʒ. ſanguinis draconis, balauſtiæ corticis, libani, ana. unc. ſ. Aliud: Rec. aloēs, myrrhæ, amoniaci, ſarcocollæ, ana. unc. 1. erucæ, ſacchari, ana. unc. ʒ. fac puluerem, & imple uulnera, deinde pannos ſuperponendos infunde ſaliua. Aliud: Recipe ſarcocollæ, libani, dragaganti, ſanguinis draconis, gummi, pondus æquale. Fac puluerē, & imple uulnera inde. Si autē uulnera crepuerint, & ſanguis effluxerit, albumen oui, oleum roſatū, roſam, maluē, accipe lentes. Quæ omnia piſta, & tempera, infundensq; bombycinū ſuperpone.

De albedine unguium & groſſitie. Cap. XXVII.

ALiquando in unguibus albedo, & craſſities naſcuntur, & inde caro digitorū quaſi uulneroſa efficitur. Medicādi ſunt ſemine lini, cera, melle, unguētum ſuperponatur. Aliud: Sandaracha cum aceto idem facit. Dioſcor. Alumen temperatū cū aqua, ualet albedini, & craſſitudini, & uulneratis unguibus. Item feces aceti incen

ſæ cum

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 182 sur 404

©BIUM

ſæ cum rhamno, idem faciũt. Medullæ oſſuum oliuę cum pinguedine, & farina mixtæ, ualent ſimiliter. Superfluę carni in ungulis, & tumori, ſiue apoſtemati, circũdantibus, galla piſtata, & cum melle temperata ualent. Lentes cum aqua faciũt ſimiliter. Stercus columbinũ coctũ cum farina hordei, & cataplaſmate inde facto, ualet. Aſa cũ lacte tithymali ſimiliter prodeſt. Citrinitati unguiũ ſemen erucæ temperatũ cũ taurino felle, ualet. Alumen cum pinguedine anatis iuuat. Feces uini incenſę, malos ungues faciũt cadere.

De incendio ignis. Cap. XXVIII.

QVocunq; modo ignis corpori inciderit, oportet rebus frigidis refrigerari, ne ad ueſicas perueniat, cum fronde myrtę incẽſæ, cũ cera, & oleo roſato, uel gũmi arabico cũ albumine oui, uel cinnabaro cũ aceto, ſiue bolo cũ aceto, & aqua roſato, uel ſucco ſcariolæ, farina hordei, & albumine oui, oleo roſato: Vel cum acacia, ſtercore agnino cum oleo roſato & cera. Hęc enim ualent. Malua piſtata cũ oleo roſaceo, ſimiliter facit. Quod ſi ueſicauerint, ſuccus portulacę, uel frondes myrtę, ſiue carbones ferrariorũ, cimolea, omnia cõpoſita, ſiue ſimplicia, cum oleo roſaceo & cera mixta, ualent. Alumen cũ oleo roſato facit idem, lotura oliuę ſalſa, iuuat.

De uulnere propter ocreas. Cap. XXIX.

ALiquando in pede, uel crure, naſcũtur de anguſtia ocrearũ uulnera. Quæ ſi ſint cũ tumore, pulmonẽ ueruecis ſuperpone, uel agni annualis, ſiue uulpis. Si aũt uulnera ſint ſine tumore, galla incenſa, balauſtia, cortices maligranati, ſumac, acacia, quæ libet horum puluerata, ſuperponantur.

De fiſſura manuum & pedum. Cap. XXX.

ALiquãdo ſanguis mittens corpus cum cholera craſſa, uel rubea, acuta miſcetur. Sed tamen nigra ex grauitate & craſſitudine ſua deſcẽdit ad inferiora & findit pedes. Cholera uero rubea ex ſubtilitate & leuitate ſua, findit manus. Vnde purgandi ſunt humores corpori dominãtes, & poſtea redeundũ ad lóca unguenda cũ oleo uiolaceo, uel cera & medulla bouina cum oleo ſeſamino. Et oleũ fœnugræci cũ cera mixtũ, ualet fiſſurę pedũ de frigiditate aẽris. Cõfectio ualet fiſſurę manuũ & pedum: Rec. medullę bouinę, pinguedinis gallinę, añ. unc. s. dragaganti, ceræ, myrrhę, ana, unc. s. olei ſiricini, unc. 1. unguentũ fiat. Aliud: Rec. baccę lauri, ariſtochię longæ, medullæ bouinę, pondus æquale. Aliud ualentiſſimũ fiſſurę. Recipe piculæ, & ſeſamelos pondus æquale. Cãcri fluminei, cum ſeſameleo incenſi, faciunt ſimiliter. Cepæ coctę & cum oleo roſato mixtæ & piſtatæ, ad idem ualent. Conchulæ marinę incenſę cum oleo roſato, multũ ualent.

Septem primorum librorum Conſtantini Africani finis.

Conſtantini

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 183 sur 404

©BIUM

Johan. Oflancii, filii

CONSTANTINI AFRICANI MEDICI, LIBER, CVI AVTOR IPSE TITULUM FECIT, AUREUS, QUALEM IURE MERETUR, CUM PROPTER BREUEM OMNIUM MORBORŪ DESCRIPTIONEM, TUM MAGNAM REMEDIORUM UIM.

De dolore capitis.

SI DOLOR capitis sit ex causa in essentia capitis existente, sicut humore, apostemate, uel uulnere, quod cognoscitur quia dolor est continuus: Vide utrū sit humor, aut cholera, uel sanguis, uel phlegma, uel cholera nigra. Nā si sit apostema, uel uulnus à parte cognoscitur. Si igitur sit ex cholera, ex calore scitur, & uigilijs, siti, citrinitate oculorū, ardore nariū, uomitu, abominatione, syncopi, urina crocea uel aurea est & quandoq; alba. Si calor caput petierit, quod & malum signū est, purga eum cū laxatiuo ita facto: Rec. mirobalani citrini mūdati, unc. 2. uiolę, unc. s. pruna numero 10. tamarindi, unc. 1. & s. Coquātur uiolę cum prunis diu, & manibus fricatis in colatura feruēti existente, mitte mirobolanos citrinos & tamarindos, quibus per noctem & diem dimissis, post manibus fricata colentur & cum unc. 2. sirupi acetosi, bibatur ipsam colaturam. Si sirupus tibi non fuerit, mitte tantūdem mellis, uiolacei, uel dabis tripheram istam, cum scrupulo uno anisi: Rec. mirobalani citrini mūdati, librā 1. & s. chebuli mundati, unc. 5. indi, unc. 1. & s. bellirici emblici, singulorum, ana. drach. 6. anisi, seminis fœniculi, ana. drach. s. tamarindi, cassię fistulæ, ana. unc. 5. mannæ, drach. 2. mellis & sirupi uiolis quantū sufficit. Si deest sirupus, tempera cum melle, semper addens tantum sacchari, quantū est pulueris. Superpone capiti cataplasmata de sandalis albis & rubeis, pondere, drach. 2. rosę, unc. 1. farinę hordei, unc. 1. & s. tēpera cum aqua rosata, uel cum succo solatri, uel lentis aquę, fac fomentū in pedibus, cum aqua in qua cocta sint malua, hordeū, uiola, uel myrtus. Vngantur plantę cum lacte asinino, & oleo rosato, uel lacte, & aceto. Si sint infirmo uigilię, fronti appone lac muliebre cum aliquanto opio, & oleo uiolaceo, & oleo acerbarum oliuarum. In cruribus uentosæ apponantur. Si autem dolor sit ex sanguine, de cephalica minue sanguinē, in brachio, uel manu dextera de uena quę est inter pollicem & indicem, deinde purgabis, & curā facies supradicto modo. Scias autē quia si sanguis fuerit causa, uenæ sunt plenę, & maxime circa faciem, oculi tument, & rubent, facies quasi humida est, & infusa, lingua tumet, & dulcis est saporis, pulsus plenus, graue corpus, & quasi ex labore fatigatū, urina est rubea & spissa. Item si dolor sit ex cholera nigra, uel phlegmate dolor erit grauis, & intolerabilis,

caput

©BIUM

caput frigidũ,excepto quod de phlegmate caput & lingua tumet, pallidus eſt color, ſitis nulla, pulſus plenus, & latus & tardus, urina alba & clara, & uenter conſtipatus. In melancholia ſimiliter eſt uenter ſtrictus, & urina ſimilis,ſed color plũbeus,& pulſus tardus & uacuus. In his ſoluatur uenter cum pilulis cochijs,uel cũ picra iſta:Recipe cinnamomi,ſpicæ,caſſiæ ligneę, ſquinanti,baccare,croci,maſtichis ęquale pondus, aloës duplum & dimidium. Vngatur frons cum muſcelino,uel oleo laurino:ſi nõ dormiũt,da eis de tertio in tertiũ diem 9. uel 15. pilulas de paulino. Fomententur pedes cũ aqua in qua cocta ſint laurus,menta,ſyſimbriũ,malua, chamomila, calamenthũ, proſunt per interualla diateſſeron, eſdra,mithridaticũ theriaca, adrianũ,& ſimilia. Si uero dolor ſit ex ſtomacho,curam adhibe ſtomacho,cum uomitu conuenienti, ſi ſit ex cholera rubea, uel cum oxymelle, uel cum uomitu de thapſia. Si ſit ex phlegmate,& tempus,& ætas,& conſuetudo,in his conueniunt,uel ex phlegmate,& cholera nigra,purgetur picra ſuperiori,uel cum theodoriton de nuce muſcata,uel cum pilulis alijs,uel cum conchijs.

De *inflammatione cerebri.* Cap. II.

ESt & alia paſſio quę uocatur inflãmatio cerebri,in qua pori aperiuntur ultra modũ. Hæc paſſio peſſima eſt, ita ut intra ſeptem dies homines occidat. Si tamen hos euaſerint, liberabuntur. Huius paſſionis hæc ſunt ſigna, tumor cũ inflatione,tẽpora ſolito altiora,auditus obtuſus,uenæ erectæ,& pulſantes,febris dolor,nũc maior,nũc minor, rubor in uultu, oculi propellũtur ſicut in ſtrangulatis, facies tumet,& totũ caput,interdũ dorſum & collum,ita ut ex ipſo tumore crepet cutis,& aliquãdo fiant ueſicę quaſi ab igne. Ii mox phlebotomenẽ de cephalica,& multus ſanguis extrahaẽ,deinde ſi uires permiſerint,uenæ incidãtur ſecus nares,uel ſub lingua & uena quę eſt ſecus pollicem pedum. Capiti imponatur uinum, & oleum roſeũ. Raſo igitur capite, cataplaſmabis cum pane,uel farina in aqua cum oleo cocta, aut lini ſemine ſimiliter cocto,uenter leniter ſoluatur, & quia in hac paſſione uox prę dolore perditur, curentur ſicut in agina legitur. Iuuant ad hoc quoq; diuretica. Si dolor ſit ex conſtipatione pororũ,ungatur cum oleo chamomilę,uel rutaceo,uel laurino. Si dolor ex percuſſura,uel ruina fuerit, & inflammatio, & tumor extra non appareat,periculoſus eſt. Mox igitur phlebotomentur,& clyſterizentur,deinde fomentetur caput cum ſpongijs, uel cum lana in oleo calido infuſa. Iuuãt & ea quæ inflammationi prodeſſe diximus.

De *uertigine & ſcotomia.* Cap. III.

HAe paſſiones ex groſſa uẽtoſitate cõtingunt, uel ex groſſis & frigidis ſunt humoribus in prora cerebri dominantibus, aut in uenis cerebri, circũdantibus coadunatis aũt in ſtomacho. Sumatur

P ergo

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 185 sur 404

©BIUM

ergo picra,uel theodoriton,uel ſtomachicon Ioan.Damaſc. Abſtineãt à uino,lẽtibus,opio,lactucis,leguminibus,lacte caprino,uel ouino, & ab omnibus quæ generãtur groſſos humores.Si autẽ ſit ex groſſo ſanguine, cephalica minuat.Deinde catharticum ſumatur,de aloë,& de agarico,uel de miro balanis. Si autem ſit hęc paſſio in ſtomacho,ſumatur hieram cum ſirupo de abſinthio.Si uero ſit hęc paſſio ex colligatione cerebri,cũ alijs membris, ambæ arterię incidantur,qui ſunt poſt auriculas.

De epilepſia,& apoplexia. Cap. IIII.

HAe duę paſſiones non differunt,niſi quia apoplexia eſt fortior. Cauſa uero earũ una & eadẽ eſt,ſcilicet groſſus ſanguinis, uel groſſum & uiſcoſum phlegma cũ groſſa uẽtoſitate.Si ſanguis eſt,incidat uena.Deinde dabis hierapicra theodoriton,hieralogodion.Si ualẽtiorem ad hæc,diathapſia,uel pilulę,fœtidę,uel de euphorbio.Per interuallum da theriacã,uel diateſſaron,uel mithridaticũ,cum oxymelle ſcillitico.Vngatur caput cum hoc unguẽto:Recipe caſtorei,unc.2.pyrethri,olei laurini,ſtaphiſagrię,euphorbij,ana.unc.1.& s.nitri,ſinapis,piperis,añ.unc.1.olei,& cerę quod ſufficit.Gargariſmus. R.pyrethri,ſinapis,piperis longi,ſtaphiſagrię,calamenthi,zingiberis,ana.unc.1.&s.tẽpera cum melle,fac gargariſmum,da cum oxymelle in modum auellanę.

De debilitate membri,id eſt,paralyſi. Cap. V.

HAnc paſſionẽ Gręci dcunt παράλυσιν. Et fit quandoq; in toto corpore,quandoq; in parte, fereq; ex glutinoſis fit humoribus, euacuẽtur cum hieralogodion. Da drach.2. huius potionis cũ uno ſcrupulo ſcãmonij.In 3.uero die,da drach.3. In alio 3.die da drach.4,& hoc cum oxymelle ſcillitico, proſunt etiã ad hęc pilulæ de euphorbio ſępius datę. Lauentur cũ aqua ſalſa marina,& ungantur cũ unguẽto,in epilepſia ſcripto,uel cum ſinapi ita facto. Ficus mutãtur in uino albo,ac calido, die ac nocte.Deinde ficus terantur,& puluis ſinapis mutatur paulatim.Si uidetur indurari,addatur de uino,in quo infuſæ ſunt ficus. Huic etiam cõuenit potio benedicta.Eadem conueniunt ſpaſmo facto ex repletione.

De tetano. Cap. VI.

IN tetano maiore,ueſicam maiorẽ,oleo tepido plenam,ceruici ſuperpone.Da ei pilulas has:Rec.opopanacis,caſtorei,aſę,ſagapini,zingiberis,piperis,opij,ana.unc.1. cum uino tempera.Da tetanicis unam.Vngatur ex oleo rutaceo.Prodeſt quoque ſolum caſtoreũ cum melle tẽperatum,& bibitũ.Si autẽ hæc paſſio cõtingat ex inanitione,cataplaſmẽtur cũ fœnugræci puluere,lini ſemine, uel pſyllij,& farina hordei cum melle,& abundãti oleo uiolato,& oleo in quo decocta eſt radix maluæ;Superponatur in ceruice, & ſub alis,& ſub utriſq; muſculis,ma-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 186 sur 404

lis maxillarum,& ſuper nucam, uſq; ad lumbos. Ventoſę ponantur cum ſca rifacione circa collũ, & ſpinam,& pectore,& in prędordijs. Deinde ponan tur in fronte cataplaſmata,facta cum oleo in quo cocta eſt malua,fœnugræ cum,ſemen lini,& hordeũ, & hęc fiant per duos dies. Capiti lac aſininũ,uel bouinum,uel mulieris puellam nutrientis mulgeatur. Lauetur quoq; caput cum aqua in qua coctæ ſunt uiolæ,maluæ, hordeum,roſæ,& ſtercus caprinum,& poſt ungatur cum oleo uiolato,& cũ medulla,& cum axũgia. Dięta ſit humida,in aqua dulci lauentur,olerata uidelicet.

Tremoris,uel parlayſis cura.

HIs prodeſt theodoriton, hierapicra, & maxime pilulę, de her modactylis,olera calida,& diſſolutiua,prędedẽtibus balneis ſal ſis & diſſolutiuis,& nitroſis, prodeſt & diahermis,& diatrion pipereon,& dianacardum.

De *lethargia.* Cap. VII.

HAec paſſio ex frigidis eſt humoribus in puppi cerebri exiſtenti bus. His autẽ conueniunt calida & ſicca. Conuenientius autẽ eſt omnibus theodoriton anacardon,uel caſtoreũ tẽperatũ cũ melle, & quotidie ſumãtur pilulę cochię,uel hę: Rec. agarici,colocynthæ,turbith, aloẽs,ana. drach. ſ. maſtichis,zingiberis,aniſi,caſſię,cinnamomi,ſpicæ, ga riophylli,añ. drach. i. & s. fac pilulę,& da drach. ȝ. cũ calida. Vngat puppis cerebri,purgatione prędedẽte: Rec. euphorbij, pyrethri,ſinapis,aſphodilli, caſtorei,piperis longi, æquali põdere, tẽpera cũ ſucco rutę,ita quod ſuccus ſit, ſepties tantum: olei uero medietas, coque uſq; ad cõſumptionem ſucci. Vtantur adriano, ſine opio, uel diatrionpipereon. Quotidie inſuffletur in nares puluis caſtorei, quod ſolum huic paſſioni ſufficit bibendo,& inſufflan do in nares. Ponantur uentoſę in occipitio ſine ſcarificatione.

De *phreneſi.* Cap. VII.

HAnc paſſionem uniuerſaliter curabis,ſi uirtus & ætas & tẽpus per miſerint cum phlebotomia de cephalica uena,capite raſo. Si uigilię adſunt,hæc apponantur: Recipe caſtorei,hyoſcyami,ſeminis lactu cę,ſingulorum pondus i. opij,tertia pars, omnia temperẽtur cum lacte mu lieris,& oleo tepefacto, uel cum diacodion,& cum panno ponatur per to tum caput. Si calor eſt acutus,infuſus pãnus ſubtiliſſimus ſit & uetus in oleo roſato,uel uiolato, aceto,ſucco ſolatri,lacte mulieris,quod ſæpe fiat.

Scarificentur circa crura. Si autẽ fuerit ſtipticus,fac clyſtere cum aqua in qua coquantur furfur, cum ſucco bletę, oleo uiolato,aut accipiat apozema prunorum, tamarindi,uiolę,caſſięfiſtulæ.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 187 sur 404

©BIUM

De ophthalmia. Cap. IX.

SI patiuntur oculi ex ſanguine, ſanguinẽ de uena capitis minue. Deinde purgabis cũ triphera præſcripta, uel quod melius eſt, hoc cathartico: Rec. mirobalani, citrini mundati, unc. 2. indi, unc. s. terãtur minutatim, deinde aqua feruens pondere unius libręſuperfundatur mane, atq; die ac nocte, cooperto uaſe. Mane calefactis manibusq; fricatis, & cum panno colatis, colaturã bibatur, ieiunetq; uſq; ad ſextam horam diei. Aliud pręcioſius omnibus: Rec. mirobalani citrini mundati, unc. 4. chebuli mũdati, unc. 2. terãtur & temperentur cum ſirupo iſto: Recipe ſaccharilib. 2. ſucci fœniculi lib. 1. aquę roſeæ lib. s. fac ſirupũ. Purgato capite, mittatur in oculis & mane & ſero lac mulieris, aqua roſata, albumen oui, uel lac mulieris cum aliquanto croco cocto. Succus rutę cum puluere cymini, & albumine oui, ſanguinem ab oculo penitus excludit. Hęc proſunt oculis, ex ſanguine uel cholera rubea infirmitantibus. Si uero ex cholera nigra, uel phlegmate, purgentur cum hierapicra, ponantur in oculo hoc: Acetum forte, mittatur in ęreo uaſe, feruens cum fruſtis aliquantulis mirobalanorum citrinorum. Quo dimiſſo donec uas uiride fiat, eiecto aceto uiride accipiatur, & ſiccetur & miſceatur cũ puluere, ſimiliter & zingibere, & in oculo mittatur. De uiridi tamen ſint 4. partes, & de illis duabus una. Si autem intrinſecus ſit defectus, mitte in oculo quotidie iſtud: Maligranati dulcis, & acetoſi ſuccus, cũ tantundẽ mellis deſpumati in ſole ponat diebus 20. quotidieq; moueatur, uſque dum in mellis ſpiſſitudinem redigatur. Deinde cum penna in oculum mittatur. Sed unde melius ſit, addatur his fel piſcium, uel uolatiliũ ex carne uiuentiũ. Aliud, Accipe agreſtam, & ſuccum rhamni, & ſuccum fœniculi, & mitte eos in calamos, & cooperiãtur cum paſta, & in furno mittantur. Deinde fracto calamo, quod intus reperitur, in oculo mittatur mixtũ cum tertia parte antimonij, uel fac pilulas, de his omnibus ſuperioribus, cum lycio, & ſucco fœniculi tẽperatis. Diſſolue unam & duas cum albumine oui, uel lacte fœmineo, & in oculum mitte. Si pannus ſit in oculo, ſanatur appoſito hoc puluere: Limatura æris tẽperata ſepties cũ aceto, & ſepties exiccata ad ſolẽ, immiſceatur cũ tantundẽ pulueris cochlearũ incenſarum, mittaturq; in oculo cũ albumine oui. Aliud: Stercus corui, uel uaccę nigrę, puluis cochlearũ incenſarũ, limatura ęris ſuperiori modo præparata, lycij, piperis longi, corticis ouorũ, aloẽs, myrrhę, piperis albi, ęquali pondere, tẽpera cũ ſucco rhamni, uel cũ lacte mulieris, fac pilulas mittẽdas in oculo.

De diminutione auditus. Cap. X.

SI auditus minuatur aure non patiente, & contingat ex apoplexia, uel acutiſſima febre, impoſſibile eſt ut curetur. Si autẽ aliter contingit, monſtratur quod ſit ex paſſione cerebri, uel neruorũ eius. Si tamen

©BIUM

Si tamen ex plenitudine cõtingunt, purga illud cũ picra, uel cũ cochijs pilulis ponat in aures muſcellinũ, cũ groſſo, quod fluit de anguillis dum aſſantur, uel illud cum oleo de nucleis perſicorũ facto. Fumigetur auris cũ fumo aquę in qua cocta ſunt frondes lauri, menta, abſinthiũ, melilotus, nepita, fœniculũ. Si ſonus ſit in aure, purgato capite cũ picra, & theodoron, mitte in aurẽ oleũ uiolatũ, uel roſatũ, in quo cocta ſint aniſum, cyminũ, caſtoreũ, coletur, & calidũ mittat. Si dolorẽ patiunt, & hoc ex calore, mittat in eis oleũ roſatũ, cũ lacte mulieris, & albumine oui, & ut ſtatim dolor ceſſauerit addat aliquãtululum opij. Si autẽ ex frigore patiunt, inijce oleum calidũ, rutaceũ, uel laurinum, in quo cocta ſunt, aniſum, caſtoreũ, ſpica, & ſimilia, uel iſtud: Rec. croci, caſtorei, myrrhę lytij, aloës, tẽpera cum melle, reſoluat'q; cũ oleo uiolato, mittatur in aurẽ calidum, auriſq; cum lana oppiletur. Idem facit ruta, cum cymino, & lacte mulieris. Si aũt dolor ſit maximus, lytiũ cum opio, & lacte mulieris, uel opium, & caſtoreũ, cum ſapa. Si autẽ putredo ſit in aure, mitte in aurem acetum, in quo cocta ſunt crocus, alumen, & myrrha.

De angina. *Cap.* XI.

IN angina primo ſuccurre cũ phlebotomia de uena cephalica, deinde clyſterizent, poſtea gargarizent ptiſanã, uel aquã furfuris, in qua cocta ſunt ficus, liquiricia, & hyſopus, appone circa collum pultes, prius inuncto eo de butyro. Da ei diahirũdinis, quod proprium eſt huius paſſionis. Da ei caninum ſtercus, cum ptiſana, uel inungat extra cũ melle. Cochleæ tritę, & collo appoſitæ ſuper omnia proſunt, illę maxime, quę in ſalicibus, uel in alijs arboribus inueniuntur.

De paßione oris. *Cap.* XII.

SI enim fractus eſt os, uel calorẽ habeat, diamoron prodeſt: R. ſucci mororũ acerborũ partes 2. mellis, 1. coquãtur ad cõſuptionem ſucci, & teneantur in ore. Aliud utile: Rec. ſucci mororum agreſtium acerbarũ, lib. 2. balauſtię, liquiricię, ana. unc. 1. & s. coquantur ad medietatem. Deinde colatis, adde melle, & calidum gargarizent.

De dolore dentium. *Cap.* XIII.

SI dens doleat, & ſit integer, accipiat ęger theodorũ cum ſcãmonio. Deinde teneat in ore uinũ, in quo cocta ſunt myrtus, balauſtia, ponatur in dentẽ galbanũ, cum myrrha & opio. Si propter frigus doleat, gargarizẽt uinũ, in quo cocta ſunt balauſtia, roſa, myrtus, pyrethrũ, hyoſcyamus, & ſemina ceparũ. Si uero dens moueat gargarizato aceto, & uino, in quibus ſupradicta ſunt cocta bis, excepto pyrethro & ſeminibus ceparum, pone hũc puluerẽ ſuper dentes: Rec. maſtichis, balauſtię, boli, ſanguinis draconis, ęquale pondus, gallarũ præparatarũ tan-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 189 sur 404

©BIUM

tundem. Gallæ mittantur in aceto feruenti die ac nocte, deinde aſſentur, & de prædictis accipiatur pondus æquale mitte ſuper gingiuas.

De nigredine dentium. Cap. XIIII.

PVluis clarificans nigros dentes, & odorem ori præſtans, dentes confortans. Rec. gallarum prædicto modo præparatarum balaustiæ, aluminis, nitri, corticis maligranati, cornu ceruini incenſi, piperis albi, galię, cyperi, añ. drach. 2. fac puluerē, & fricabis dētes.

De tuſsi. Cap. XV.

TVſſis ſi ſit ex humoribus calidis, qđ oſtenditur ex calore, ſiti, urina, pulſu mobili, macie, & maxime quia qđ expuitur, eſt ſubtile, & habēt faſtidiū. Dabis diapapaueris in antidotario ſcripti, cum ſirupo de liquiricia, uel cum ptiſana. Si autē fuerit ex frigiditate, dabis diabutyrū, uel diapipereon, uel hoc quod melius eſt omnibus. Rec. ireos, ameos, ana. unc. 2. praſſij, pulegij, calamenthi, ficus, ſcillæ, hyſopi, nuclei pinearum, ana. unc. 1. & s. fœnugræci, unc. s. Contundantur, & in aqua die ac nocte, infuſa coquātur ſufficienter, & colentur. Deinde iterum coquantur, cum tantundē mellis, uſq; ad cōſumptionem aquę. Deinde iterū temperētur cum puluere, qui recipit liquiritię, unc. 2. ſucci liquiritię, dragaganti, gummi arabici, amyli, ana. unc. 1. aniſi, ſeminis fœniculi, ireos, ameos, ana. unc. s. Seminis citroli, cucumeris, cucurbitæ, ana. drach. 3. Da mane & ſero, cum uino, aut ptiſana.

De hæmophthoycis. Cap. XVI.

HIs primitus ſanguinē minue. Deinde dabis hoc: Rec. libani, unc. 2. amyli, drach. 4. ſymphyti, drach. 8. dragagāti, boli, ana. drach. 7. ſanguinis draconis, opij. ana. drach. 2. roſę. drach. 3. tempera cū diacodion, uel mellicrato, in quo coctus eſt hyſopus, iris, & liquiritia, uel cum ſirupo myrtino, & ſucco arnogloſſæ.

De empyicis. Cap. XVII.

EMpyicus ſi febrim patiatur, & maxime ſi precedēte ſanguine, empyica apparent, malum eſt, & peius, niſi cito ſanies excludatur, in phthiſim enim cōuertitur. Cum igitur purgetur, ſumāt uel diapapaueris, uel electuariū iſtud: Recipe. fœnugræci, liquiritiæ, ſeminis lini aſſati, amygdali, praſſij, ana. unc. 1. dragaganti, gūmi, ana. unc. 1. & s. pyrethri, corticis radicis lauri, ana. unc. s. mel. Da mane & ſero cum ptiſana cocta, & cum liquiritia, uel cum melicrato, in quo cocta ſunt hyſopus, iris, & liquiritia. Cataplaſmentur cum farina hordei, & ficubus, & radicibus euiſci.

De phthiſi

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 190 sur 404

©BIUM

De phthisi. Cap. XVIII.

PHthisis est uulnus in pulmone, uel cōsumptio substātialis humiditatis, & corpus nutrientis, quę si sit cum febre, & maxime typica, pessimū signum est. Est igitur pessima si de rheumate oritur. Si febrem habeant, sumant trochiscos de spodio cum ptisana. Dięta frigida utantur, sirupo de liquiricia, uel de iuiubis. Sumant hoc electuarium illis ualde aptum: Rec. seminis cucumeris, melonis, cucurbitę, añ. unc. 1. lactucæ, uiolæ, liquiritię, & succi eius, seminis papaueris albi, & amyli, dragagāti, añ. unc. 2. dragagantū infunde in aqua, in qua coquat, unc. 1. psillij. Aqua uero sit librarū pondere 3. uel 4. Deinde mollificato dragagan to, & bene trito, addantur cętera, & pistētur & tēperentur cum sirupo cocto cum aqua ubi cocta sunt liquiritia, & dragagātum, & psylliū. Mane & uespere sumatur in modū nucis cum ptisana prędicta. Si non habes sirupū, tempe rentur cum melle, cocto cum aqua, in qua cocta sunt liquiritia, dragagantū, psyllium, & hoc in duplici uase. Bolum tritum, & sępe cum liquiritia datum, uehemēter prodest, maxime etiam cum succo arnoglossæ. Caue ne ueniant ad solutionem. Quod si uenerint, dabis hunc puluerē: Rec. boli, carabæ, seminis myrtę assi, coralli, amyli, spodij, hęmatitis, ana. unc. 1. gummi arabici, succi liquiriciæ, añ. unc. 1. & s. cācri incēsi, seminis portulacę, ana. unc. 2. tempera cum succo arnoglossę, uel diacodion, trochisci sint, drach. 1. & s. Quod si phthisicus nondum ad febrem uenerit, nec cum rheumate sit, curat, sumpto diapapauere quotidie cum ptisana suprascripta.

De asmate. Cap. XIX.

ASmaticus si sine febre sit, & nō ex rheumate potest curari, cū diasulphure & oxymelle scillitico. Aliud leuius: Succus scillę cū tantundem mellis ad spissitudinē cū oxymelle scyllitico sumptus, sanat asmaticos. Aliud: Scillę assę, enulę, sulphuris, añ. unc. 1. auripigmēti, drach. 1. tēpera cum oxymelle scillitico, & da in modū castaneę cū calida. Si aūt hæc passio sit cum febre, periculosa est: dabis tamen diapapaueris cum ptisana.

De pleuresi. Cap. XX.

SI dolor ascēderit usq; ad iugulum phlebotomētur: Si uero ad hypochondriā descēderit da suaue lāxatiuum, cum manna & casiafistula, & uiola, & da ptisanam in qua cocta sit, polipodiū, & seminis urticæ. Loco doloroso appone uentosas, uel uitreum aqua calida plenū, uel appone spongiā etiam loco dolenti, infusam in aqua in qua cocta est uiola, hordeū, & radix maluæ. Quotidie, mane, meridie & uespere sumāt hęc: Rec. liquiritię & succi eius, amyli, dragaganti, gummi arabici, seminis citroli, melonis, cucurbitæ, æquali pondere, temperentur cum sirupo uiolato, uel cum melle uiolato, uel non temperētur. Sed puluis detur cum ptisana, pondere, drach. 2.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 191 sur 404

©BIUM

De cardiaca. Cap. XXI.

Cardiaca si sit cū melācholica mixta, quod scitur ex tristitia, suspicione, planctu, & somnis, & morosis, purgabis ęgrū cum sero caprino, in quo 2. unc. mirobalanorū citrinorū mundatorum, & 1. unc. epithymi, sunt missæ die ac nocte. Deinde dabis ei amarā muscatā. Si autē sit melancholica & sine calore, da ei hoc: R. galangę, spicę, cinnamomi, zingiberis, zedoarij, liquiricię, styracis, rosę, uiolę, gariophylli, birātię, añ. unc. 1. eboris, unc. ʒ. ossis de corde cerui, ana. drach. 1. muſci, anisi, croci, ana. drach. 1. ligni aloës, unc. 4. rheū, unc. 2. sandali utriusq; ana. drach. 1. Da mane, meridie & sero, in modū auellanæ, cū uino, uel hoc: Rec. cinnamomi, croci, mastichis, myrrhę, dragaganti, añ. s. olibani, unc. 1. Si aūt passio sit cū calore, da diarhodon, in quo mittat muſci, drach. s. cū siru po de ligno aloës.

De dolore stomachi. Cap. XXII.

Si dolor sit in stomacho ex frigidis humoribus, uel ex grossa uentositate, quod scitur urina, expulsu, & frigiditate extremitatū, & sitis ablatione, da picrā cum parua scāmonij portiūcula, uel dabis multā de ea quantitatē quotidie sine scāmonio. Dabis philoniū, persicū, decoquātur in uino albo, cyminū, anisum, carpobalsamū. Da ei diacyminū, uel diatrionpipereon, quę propria sunt in hac passione. Si autē passio sit cū calore, uel propter cholerā, purgabis eum cum mirobalanorū citrinorū cortice, apozemate ita facto. Rec. mirobalani citrini, unc. 2. absinthij, drach. s. capilli ueneris drach. 4. iuiubę numero 20. ponantur in aqua die, ac nocte: deinde cum manibus fricata, colentur, & colatura bibatur. Da ei quotidie tripherā nostrā.

De defectione appetitus. Cap. XXIII.

Si appetitus deficiat ex simplici calore, solus sirupus rosaceus sufficit, uel diarhodon. Si aūt sit cū cholera, purgabis cholerā, uel per uomitū si cōfert, & tēpus sit aptū, & hoc sit ei in usu. Vomitus ita fiat: Seminis atriplicis, unc. 1. & s. contunde, & in panno raro pone, & in aqua calida frica. Humor uero lacteus qui exprimitur, colligatur, & cū sirupo acetoso potetur mensura quatuor digitorum. Si nō est sirupus acetosus, fiat oxymelle. Si aūt appetitus deficiat ex uiscoso phlegmate: similiter da uomitū cum oxymelle, in quo distemperetur, drach. 1. elacterij. Dabis ei deinde diacitoniten in antidoto nostro scriptum, uel diamastichen, uel diagalangam, uel dianisum: prodest quoq; fastidio, quocūq; modo fit, si accipiatur quotidie diarhodon, mixtum cum diacitoniten, & melle rosaceo, cum triphera nostra.

De mala digestione. Cap. XXIIII.

Si digestio sit debilis ex causa caloris, quod de signis præcedētibus scitur, da ei diaporica frigida, cū diarhodon mixtū. Si inde materia cholerica sit in stomacho, purgabis. Da ei sirupum absinthiū cum diaromate, & diarhodon. Si autem sit propter phlegma purgato phlegmate, da ei diaporicam calidam cum diacitoniten.

De colica

©BIUM

De colica paßione. Cap. XXV.

COlicam ſanabis ita: Si ex humore ſit frigido, uel ex groſſa uentoſitate, cum picra, uel pilulis cochijs. Deinde dabis philonium cum uino in quo cyminũ, aniſum, & ruta ſint cocta, da ei diacyminum. Caueant legumina, fructus, caſeum, & omnia uentoſa, da ei diacalamenthum, uel tripheram magnam.

De tortura uentris. Cap. XXVI.

TOrturam uentris, quocunq; modo ſit, ſanat puluis iſte, qui recipit acori, carpobalſami, ęquale pondus, da drach. ʒ. cum calida. Diateſſeron quoq; ualde apertum & probatum eſt. Aliud: Recipe acori, caſtorei, carpobalſami, carui, baccarum lauri, æquale pondus, da drach. 1. & s. cum calida.

De dyſenteria. Cap. XXVII.

DYſenteria quocũq; modo fit, curat trochiſcis diacoralli, uel trochiſcis de balauſtia, uel da diamyrtinũ, cũ ſirupo myrtino, uel quod melius eſt cum diacodion, uel quod melius eſt omnibus confectibus contra ſolutionẽ cum ſucco arnogloſſæ. Electuarium ſtringens ſanguinem ſuperius, uel inferius exeuntem: Rec. gariophylli, macis, coralli, ſeminis papaueris, añ. drach. 5. cinnamomi, croci, boli, hyoſcyami, ana. drach. 4. dragaganti, ſanguinis draconis, acatię, opij, cardami in aceto infuſi & aſſi, ana. drach. 2. ſpodij, amomi, ſeminis maluę, ſeminis quinquenniuę, aſſorum, ana. drach. ʒ. camphorę, ſcrup. 1. tempera cum diacodion. Da in modum nucis cum aqua pluuiali, uel ſucco quinquẽniuæ.

De lyenteria. Cap. XXVIII.

LYenteria eſt, cum cibus quo modo accipitur, ita emittitur inferius, & hoc fit uel culpa digeſtiuę, uel culpa cõtentiuę, uel utriuſq;, uel propter phlegma acetoſum, uel propter uulnus in ſtomacho. Si ſit ex defectione digeſtiuę, quod ſcit ſi cibus 4. uel 5. horis in ſtomacho moretur, deinde crudus egrediatur, minue cibum, & da ſubtiliata & leuia, ſicut farra aſſa prius, deinde cocta, cũ aqua myrtillorũ, uel cũ aqua meſpillorũ, & pirorũ ſtipticorũ, uel quod melius eſt, cũ aqua ſumac. Da ei ſirupũ ita factũ: Rec. ſucci citoniorũ, meſpilorũ, pirorũ ſtipticorum, & myrtillorũ, agreſtis paſtinacæ, uel aceti, ęquale pondus, coquãtur ad tertiã, deinde excoquãtur ſaccharo, uel cum melle deſpumato, in duplici uaſe. Da cũ puluere iſto: Recipe boli, ſanguinis draconis, coralli, macis, ſumac, balauſtiæ, ſpodij, añ. unc. 1. ligni aloës, maſtichis, ſpicę, gariophylli, añ. drach. 1. Si aũt lienteria ſit ex defectione uirtutis cõtentiuę quod ſcitur ſi ſtatim cibus ut accipiatur, emittatur, omnino immutatus, nec ſecundum colorem, nec ſecundũ odorem, & da diacodion, cum præſcripto ſirupo, uel cum aqua myrtillorum coctum. Da ei uitella ouorum in aceto coctorum, deinde aſſatorum. Da ei hoc quod eſt contra dolorem uentris & ſolutionem, & tuſſim.

Recipe

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 193 sur 404

©BIUM

Rec. caſtorei,ſtoracis,opij,hyoſcyami,croci.balauſtię,ęquale pondus,tempera cum ſucco arnogloſſæ,fac pilulas in modū orobi,da 5.uel 7.cum prędictis ſirupis,uel cum ſucco quinquenniuæ.Si uero ſit lienteria propter phlegma acetoſum,uel uiſcoſum,quod ſcitur quod habebit pondus,ructus acetoſos,& cum his quę egerūtur,phlegma obuolutū apparet,da eis diacodion, uel diamyrtinū, & tripherā de ferrugine,quicquid bibit,uel manducet totū ſit mixtum uel coctum cum aqua in qua ferrum extinguitur. Si autē ſit propter uulnera in ſtomacho, quod percipitur ſtatim cū cibus accipit, dolor fit enim in ſtomacho, da ei trochiſcos de ſpodio, uel puluere,qui recipit boli, coralli,gūmi arabici, ana.drach.6. acacię,ſanguinis draconis,añ.drach.2. Da drach.1.& s.cū ſirupis prędictis, uel cum ſucco quinquenniuę, pone em plaſtrum ſuper uentrē iſtud:fermentū in aceto ſolutū,coquatur ad ignem, donec inſpiſſetur.Deinde ſparge inſuper puluerē boli,coralli,maſtichis,ſanguinis draconis,& balauſtię,& uentri ſuperpone.

De uomitu. Cap. XXIX.

VOmitus quocūq; modo ſit,reprimit iſtud: R.aniſi,drach.2.maſtichis,drach.1.zingiberis,drach.s.da drach.3.& s.cū ſucco coriandrorū,& ſucco uuæ acerbæ,uel cū aqua roſata. Diaphorica prodeſt ei. Apponat in ſtomacho cataplaſma factū de ſandalis, farina hordei, & aqua roſata, uel cū ſucco ſolatri. Aliud optimū ad omnem ſubuerſionē ſtomachi:Rec.ſucci granatorū acetoſorū, unc.3. ſucci mentæ, unc.1.ſucci uuę acerbę,unc.1.ſacchari,uel mellis lib.1.& s.coque ſufficiēter, in modum electuarij.Da in modum caſtaneæ cum ſirupo myrtino.

De ſingultu. Cap. XXX.

SIngultus ſi ſit ex inanitione,quod ſcitur interrogatione infirmi,ſicut ſi precedat uomitus,uel magnus ſolūmodo, & fluxus ſanguis nimius,uel acuta febris cum febre,maxime periculoſus eſt.Huic tamen danda eſt aqua roſata cum pſyllio, uel ſuccus ſolatri cum pſyllio, aut ſuccus portulacæ, uel cucumeris paleſtini, uel citroli cū pſyllio,uel oleo uiolato. Si autē ſit de plenitudine, ſicut ſi contingat in eo qui utitur multo cibo & potu, & quieto ſomno, & qui negligentiā mundificationis uel purgationis uentris habet, da illi uomitū cum aqua calida & oxymelle: da ei cymini, aniſi,apij,ameos,ęquale pondus,caſtorei tantundem.da ei drach.1.cum ſucco mentę,uel cum uino optimo.

De lumbricis. Cap. XXXI.

LVmbricos occidūt abſinthium,abrotonū,lupini farina,& omnia amara.Antidotum ad hoc ualens:Rec.diagridij,colocynthę,ariſtolochiæ rotundæ,& longæ,& baccarum lauri,olei laurini,ana.

unc.1.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 194 sur 404

©BIUM

unc.1.nitri,ſalis amoniaci,git,gẽtianę,nigellę,canabis ſeminis,cornu cerui ni,añ.drach.2.mellis,& lactis tithymali quantum ſufficit,Da drach.ʒ. cum decoctione foliorũ perſici. Da hierapicrã, uel theodoton. Antidotũ aliud ad occidendos lumbricos,& ſerpentes: Rec. lupini farinę,olei laurini,fellis taurini,pone in umbilico.

De hæmorrhoidibus. Cap. XXXII.

HAemorrhoides niſi ſanguinẽ emittatur,incidatur uena brachij, po natur uentoſa,caudæ in extremo,ſcilicet intra nates,ponantur ſan guiſugæ ſuper hęmorrhoides.Vtiliſſimũ eſt ad has triphera cũ fer rugine,& noſtra triphera cum aqua in qua extinguitur ferrũ candẽs,puluis plũbi ſuper aſpergat,cũ ferrugine,& puluis aloẽs. Si dolor ſit nimius, cata plaſmabis locũ cũ uitello oui aſſo, tẽperato cũ oleo roſaceo, uel uiolaceo,& aliquãto uino albo,uel panis mũdi micã tritam, & coctã in aqua,ſuperpone mixtã cum uitello aſſo,& oleo roſaceo uel uiolaceo,& aliquãto uino. Aliud: Si ſit pruritus in ano, cimoleam appones cum lithargyro, & oleo roſaceo. Si fiſſurę ſint in ano,uel in uentre, appone linteoli cõbuſti cinerẽ, amylo di ſtemperato cum ſucco foliorũ oliuæ,hoc etiam prodeſt fiſſuris,& putredini ueteri.Si uero hęmorrhoides ſint interius,da ſępe tripherã noſtrã. Si autem ſunt foras,appone hęc,ſtercus pulli, mel,ſaponẽ,cepas maiores,id eſt,ſcillas tere & adpone. Aliud ad omnes ficus ſanandos: Sulphuris,drach.ʒ.piperis grana 27.tere & coque cũ 2.lib. uini ad medietatẽ, & da quotidie calicẽ 1.

De paßione epatis. Cap. XXX III.

SI patiatur epar ex calore,quod ſignat color citrinus faciei,ſitis, urina crocea,pulſus ſpiſſus,dolor lateris dextri, & ſimilia. Pri mitus incidatur epatica uena,uel baſilica epatis. Deinde ſuma tur triaſandali,uel diarhodi cũ ſirupo roſaceo,uel quod melius eſt cum ſucco ſolatri, uel ſucco ſcariolæ, uel quod melius eſt, ſumat trochi ſcos de cãphora,uel de roſis cum ſupradictis. Si autem oppilatio ſit in epate, & tamẽ cum calore,quod oſtendit tumor faciei, & maxime inferiorũ palpe brarũ, & grauitas lateris dextri, & urina ſpiſſa, ſi ſit ſanguis in ea, uel ignea, nõ adeò ſpiſſa,ſed nimis clara:ſi ſit cholera in ea, minuito ſanguine, purget uẽter inferius cũ clyſtere, & cũ mirobalanis, mũdatis citrinis,pondere,unc. 2.& tamarindis,unc.2.uiolis, unc.1.prunis,20. pruna cũ uiolis coquãtur in aqua,uſq; dum aqua ad hoc eueniat,ut ſit quaſi lib.1.colet, & in ipſa colatu ra calefacta mittãtur mirobalani, citrini mũdi,& tamarindi, unc.2. uiolarũ unc.1. prunæ, 20. in eaq; maneatur die ac nocte. Mane calefacta aqua & mirobalanis cum manibus fricatis & colatis,ipſa aqua bibatur. Ieiunetq; uſ que ad competentem horam patiens. Si autem oppilatio ſit epatis, de frigi do humore,quod oſtendit liuor faciei, & maxime labrorum, ablatio ſitis,

albedo

©BIUM

albedo urinę,grauitas in coxis,pigritia,& ſimilia:da picram cum mirobalanis citrinis,& apozemate radicis,& ſeminis fœniculi,& da ſerum caprinū, cū apozemate de mirobalanis,ſuperiori modo præparatis. Deinde da dialacca,uel quod melius eſt diarheum barbarū,uel trochiſcos de berberis,cum apozemate radicis,& ſeminis fœniculi,apij,petroſelini,ſpicę,ſquinanti, accipe calcitheos,lib.2.& folia ſalicis,& nucis,& ſaliuæ,unc.2.& piperis,zingiberis,aā.unc.1.zedoarij,garyophilli,ana.drach.2.terantur,& perfectiſſime cribrentur,& tēperentur cum tantundem mellis cocti,quantū & uini,& coquātur rudi olla,& in omni cibo utātur. Caueatur cœnā,& groſſos cibos.

De icteritia. Cap. XXXIIII.

ICteritia ſi ſit cū calore, da catharcticū de mirobalanis, & cum oxyſaccharo,da ſirupum de fumulo,cum triaſandalis,uel trochiſcis de ſandalis,& cum ſucco ſolatri da uomitum. Quæq; ſuperius ſunt dicta ad euacuandā cholerā. Si non ſit cum calore, & hic percipitur,quia color eſt cum nigredine mixtus, da picrā cum triphera noſtra,mixtam cum ſcammonio. Da unc.2.ſucci cyclaminis,uel pillulę recipiētes aloēs,colocynthæ, abſinthij,ſcāmonij, mirobalani citrini,ęquale cum ſucco abſinthij temperatas.

De hydropiſi. Cap. XXXV.

HYdropiſis ſi ſit ſine febre,& non longiſſimi temporis, ſanari poteſt. Si ſit cum febre periculoſa eſt,purgatur cū ſero priori modo dicto. Vtantur diarhodon cum ſolatri ſucco. Cibus eius ſit ſolatrum coctū,& crudū,& ſubtiles cibi cum oxyſaccharo,trochiſci de camphora. Si autem non ſit de calore,uel ſit cum pauco,da diacoſtum cum ſirupo ſcillæ,ut dialacca, uel hydrogogum,cum ſirupo ſcillitico.

De paßione ſplenis. Cap. XXXVI.

SPlen ſi induratur,& ſit cum calore,impoſſibile ut ſanetur. Maxime ſi duricies iuncta ſit cum epate, & tuſſis exiſtat. Si autem nec calor ſit multus,nec duricies maxima,ſufficiuntur trochiſci,uel de berberis,uel diacoſtū,uel diarhodon mixta cum aqua in qua extinguitur ferrū candens. In qua aqua ſit radix caparis,radix tamaricis, capilli ueneris, & abſinthiū. Cum picra purgetur. Minuatur uena epatica in brachio,uel in manu. Si autem non habent calorem,dato laxatiuo, da diacoſtum cū prędicta aqua,& oxymelle ſcillitico, ponatur ſuper ſplenem emplaſtrum factum de fermēto,& amoniaco,& myrrha,& aceto,poſitis prius ſanguiſugis,& poſt uentoſis. Item hoc fiat poſtquam ſæpe data fuerit picra,uel aliud ſimile laxatiuum.

De nephreticis

©BIUM

De nephreticis. Cap. XXXVII.

TApis ſi ſitin renibus,uel ueſica,da ei laxatiuũ de picra uel benedicta,uel pilulis iſtis: Recipe turbith,hermodactilis,añ.unc.2. rheumbarbari,zingiberis,cymini,grana ſolis,gariophylli,coſti,ana. ſolidum 1.ſcammonij, unc.1.& s. ſtecados,roſæ,xyloaloës,ſolidos 2.fac pilulæ cum ſirupo, uel ſucco fœniculi,da 7. Aliud melius quod recipit grana ſolis, petræ lucubi, ana.drach.2.gariophylli,ſaxifragę, piperis longi & nigri, zingiberis,opij, cinnamomi, croci,aniſi, xyloaloës, ſpicę,calami aromatici,ſtecados,ana.drach.1.& s.ſacchari,unc.2. rheũbarbari,unc.1. Accipe hoc ſingulis diebus denarios 2. Addatur denarius unus ſcammonij,& fac pilulas cũ ſucco fœniculi,dabiſq; mane cum uino. Daq; ei per interualla anodinũ,hoc eſt mitigatiuũ mox dolorẽ tollit:Recipe piperis albi,hyoſcyami,añ. drach.20.croci, opij,añ.drach.10.euphorbij,piperis, apij,cucumeris,lapatij,ana.drach.7.ſeminis coriandri,drach.3. amygdalæ amarę, unc.1.Si non ſunt amygdalę,pone pineas,uel ſemen citroli,cucumeris,cucurbitę. Da mane & ſero in modũ auellanę cum calida. Alij ponũt euphorbiũ,& pyrethrũ,ana.drach.1. Da ei quotidie aquam ad bibendũ cum uino,uel ſirupũ de radicibus cum melle:Rec.citroli,cucumeris, cucurbitę, ſeminis apij,& petroſelini,ana.drach.2. coquantur in 6. libris aquæ uſq; ad tertiam. Cola & da bibere cum ſirupo de radicibus,uel cũ ſirupo ſcyllę cum melle facto,& cum antidoto prædicto.

De tumore ueſicæ uel renum. Cap. XXXIIII.

TVmore,uel uulnere in ueſica,uel renibus exiſtente,febres fiunt acerrimæ,& inſomnietas,alienatio,& nõ poſſunt mingere.Hi phlebotomentur initio de talo. Lanæ infuſæ in oleo, in quo coquãtur ruta,anethũ, & radix uiſci, lumbis & uentri inuoluant. Clyſterizẽtur cum ſuaui clyſtere,diſſolutis in eo adipe,anſerino,uel gallinacio. Vngãtur cũ oleo in quo cocta ſint,hyſopus, myrta,crocus,& cũ lana tegantur.Hoc etiam per clyſtere iniectũ,tollit ſtatim dolorẽ,mitigat febrem, & pręſtat ſomnũ,in aqua calida deponantur. Si aũt habeãt calorẽ,ungãtur ex apozemate ſeminis lini, & fœnugręci mixtis cum eis hyſopoceroto,& caſtoreo.Bibatur apozema hoc, cum puluere ſeminis lini, cucumeris,dragagãti,hyoſcyami, papaueris albi,añ.drach.2. amyli,drach.4.Apozema: Recipe nuclei pini numero 20.cucumeris ſeminis, drach.1.amygdalis 40. amyli,drach.3.nardi,drach.1.apij,drach.2. coque in uino uſq; ad medium, deinde bibat quotidie.

De ſanguine exeunte per uirgam. Cap. XXXIX.

SI ſanguis per uirgam exierit,an de uena ueſicę,uel renũ,uel membrorum à renibus, uel ueſica remotorum ueniat,ſic denotabis.Si urina exeat prius deinde ſanguis:ſignũ eſt, quia de renibus,uel de

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 197 sur 404

©BIUM

remotis ueniat locis. Si autem ſanguis precedat, ſcias uenam in ueſicam eſſe fractã. Si autẽ ſit mixta, ſcias quia in lumbis eſt fiſſura. Primo muniatur epati ca uena, ſi de longinquis partibus uenit. Si uero de ueſica, uel renibus, incida tur uena ſuper cauillã in interiori parte, uel exteriori. Deinde ne coagulet ſanguis, dabis hunc puluerem, qui liquefacit ſanguinem: Recipe ſemen ma rathri, ſemen radicis apij, abſinthij, dauci, nucis, melonis, frondiũ, rhamni, fac puluerem. Da cum lacte aſinino, uel cum apozemate, de radicibus, & ci cere. Da poſt athanaſiã cum ſucco plantaginis, & ea quæ diximus prodeſſe hęmophthoycis. Cũ aut extiterit, dabis puluerẽ: Rec. carpobalſami, polij, pyretrhi, ſpongiæ, pulegij, ſeminis maluę, ozymi, id eſt, ſeminis baſilicon. De his da cochleare unum cum uino. Renes & pecten ſi doleatur, ungãtur ex balſamo, & oleo laurino. Si apoſtema ſit in ueſica, pecten & ſubtus pecten eſt dolens. Diſſuria oritur, ueſica proijciet membranas quæ ulcerantur, ex ulcere, & maior dolor erit, quàm ſi ueſica ſit uulnerata. Si autem dolor ſit in renibus, dolor eſt circa lumbos, & retro, & quaſi pondus ſuſtinent, & poſt ali quando cũ urina & ſanguine mingit, & aliquãdo urinam tenere nequeunt. Veretro autem ulcerato pus, & ſanguis ſine urina redditur. Si tumor ſit in renibus, uel pectine, da drach. 2. ſeminis lini, amyli, drach. 1. cum calida, uel melicrato. Si dolor ſit circa ilia, & horripilationes, ac febres, apoſtema in re nibus eſt. Si autem circa inguina & pecten eſt dolor maximus, apoſtema eſt in ueſica, & fit dyſſuria. Ex renibus non fluunt niſi ſaxa, ſed rupto apoſtema te, ſanguis emittit, & multi moriũtur. His prodeſt lithoſpermatis, cucume ris, dragagãti, ana. drach. 4. amyli, drach. 1. ſpicæ, drach. 1. apij, drach. 5. co que in aqua & da bibere. Si ſanguis egrediatur de locis ſupradictis, da alumi nis, drach. 1. draggãti, drach. 2. gũmi, drach. 5. ſoluantur in ſapa, & dabis bi bere drach. 1. Aliud uulneribus renũ, & ueſicæ, & ueretri: Rec. lini ſeminis, cucumeris, dragagãti, hyoſcyami, papaueris albi, añ. drach. 2. amyli, drach. 4. fac trochiſcos cum ſucco plãtaginis. His prodeſt diaolibanum, ſuccus po ligonij, dragagantum quoque infuſum in uino, & tritum cum ſtipticis ſi rupis, ſicut myrtino, adhibito tandem puluerís radicis ſimphyti. Frumen tum crudum, manducent. Prodeſt eis trochiſcus de ſandalis albis, & de ro ſis, cum oxyfœnicijs.

De diabete.

HAec paſſio curatur dans his ſeminibus portulacæ, ſeminis agni caſti, & lactucę,, ſeminis rutę, ſeminis arnogloſſæ, añ. drach. 2. balauſtiæ, drac. 1. glandium, drach. 2. da quotidie, drach. 2. bi bere cum uino albo acerbo. Idem faciunt ruta, & hyoſcyamus, ſimiliter data. Diæta ſit fracta & humida, uel fracta & ſicca. In renibus fra ctura & humida appone, ſicut ſtrignum, hyoſcyamum, lactucas & ſimilia.

De infla-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 198 sur 404

©BIUM

De inflatione uuluæ uel uirgæ. Cap. XL.

VIua, uel uirga ſi ſit inflata curãtur cũ lithargyro, plumbo uſto, ceruſſa & oleo roſato, & aliquãto aceto. Si autẽ ſint uulnera putrida, adhibe chartas cõbuſtas, anethũ uſtum, cucurbitas uſtas, cum oleo roſato & aceto temperatas. Recẽtibus & ſiccis uulneribus ſufficiat ſolum aloẽ appoſitum. Si uulnera ſint ualde humida, cortex pini. Si uero profunda, iunge thus ei, uel corticẽ cypreſſi cõbuſtum & temperatum cum ſucco plantaginis. Aliud, Rec. croci, myrrhę, lithargyri, ceruſſę, tẽpera cum albo ouí, & aqua roſata. Hęc eadẽ proſunt uulneribus uuluæ, & teſticulorũ. Si apoſtema ſit in teſticulis, fiant illa quę dicemus in ſequẽtibus.

De menſtruis. Cap. XLI.

MEnſtrua ceſſant propter infirmitatẽ membrorũ, aut culpa uuluę, & organorũ eius. Si ſit culpa alicuius mẽbri, ſicut epatis, cura in eo adhibeat, deinde in uulua, ſi neceſſe ſit. Aliquãdo quoq; ſanguis per mẽſtrua egreſſurus, per mẽſtrua nõ egredit. Vnde inquirẽdũ eſt. Aliquãdo prę nimia materia, & nimia abſtinẽtia, quia paucus eſt ſanguis, nihil eſt qđ natura emittat per mẽſtrua. Verũ primitus de uena euacuat ſanguis, quæ eſt ſupra nodũ pedis, & hoc ſi aliquantulũ, habẽt menſtruorũ decima die poſt aduentũ menſtruorũ, tamen uel nõ parũ ſanguinis turbatur, ad hæc nihil ualet amplius, nec magis adiuuat, q̃ datum laxatiuũ, ſcilicet theodoriton noſtrum cum ſcãmonio. Sumãt diamargariton, uel diamirtis. Iuuat & maxime iſtud, quod fit cum margaritis. Iuuat & hoc: Rec. epithymi, euphorbij, piperis, dauci, petroſilini, añ. drach. 2. Aliud: Rec. ſalis amoniaci, drach. 1. piperis lõgi uel albi, añ. unc. 1. euphorbij, unc. s. mellis da quãtum auellanę, cum apozemate faſelorũ, & ciceris. Hoc enim apozema ualde ualet, hierapicra ſimiliter ad hoc nimis ualet. Aliud probatum: Rec. diptamni, myrrhę, amoniacis, ſerapini, mellis. Da in modum auellanæ maioris, cum hoc apozemate. Rec. herbę ariſtolochię longę, gentianę, baccarũ lauri, rheũpotici, ana. drach. 2. ſtecados, ſeminis petroſilni, ſauinę, calamenthi, praſij, chamędreos, polij, ana. drach. 1. dauci, ſquinanti, aniſi, marathri, apij, ana. drach. s. ciceris, unc. 1. coque in aqua & bibe, unc. 4. Aliud uiolenter adducens menſtrua. Rec. aloẽs, calcis uiuę, ſandarachæ, euphorbij, ana. drach. 1, tẽperabis cum oleo lini, ſuperpone cum fuſte centaureã. Cẽtaurea cum malobatro, & gith, tẽperata cum ſucco cẽtaureę nimis prodeſt. Opopanax quoq; cũ gith, & lolio, & ſucco cyclaminis, mire prodeſt ſuppoſitũ. Similiter hoc agit elacterium.

De multitudine menſtruorum. Cap. XLII.

SI multa ſint mẽſtrua, primitus de uena epatica phlebotomabis. Deinde dabis athanaſiã, cum ſucco plantaginis, uel iſtud: Rec. coralli, dragagãti, ana. drach. 4. thuris, drach. 1. acacię, boli, ana. drach. 3. gũmi

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 199 sur 404

©BIUM

arabici,maſtichis,ana.drach.1.tempera cum ſucco arnogloſſæ, da drach.1. cum eodē ſucco.Sedeat in aqua in qua cocta ſint gallæ, balauſtię,cortices caſtaneæ,myrtus,glandes.Ventoſa mamillis apponatur. His fiat fomentum cum aceto,& uino in quo cocta ſunt,galla,balauſtię,cortices caſtaneę, myrtus,glandes.Poſtquam exierint de fomento, inijciatur ſuper eam puluis boli,corallis,maſtichis.

De conceptione. Cap. XLIII.

MVlier concipere uolens, uideat ne matrix nimis ſit humeroſa, nec nimis ſicca, uel feruida,uel nimis frigida,ſeruato ordine menſtrualis purgationis,nec abūdans uarijs liquoribus,nec albis, nec ſanguineis, nec plurimis, uel paruis, ſitq; facilis mulier digeſtiōis, nec tamē aſſidua ſit purgatio, & ſeruet corpus in tēperie. Tēpus aptū eſt ad concipiendū mox adueniēte, uel declināte purgatione, cum corpus nō eſt plenū cibis,neq; deficiens. Vno tamen cibo nec ultra modū nutritiuum.Incipiēte igitur purgatione in primis eſt apta cōceptio. Cōmuniter, & in uiro,& in muliere corporis temperātia adiuuat. Pingues enim minus apte ad cōcipiendū,eo quod pudēda non conueniunt,& parū ſeminis relinquūtur. Nec ualde tenues ſunt apte. Si igitur aliqua non impregnetur propter malos humores purget. Nihil adhoc utilius, q̄ theodoriton noſtrum, hieraq; picra, & diamargaritis. Hoc aūt dabis cum cognoueris menſtrua in proximo uenire.Si aūt non cōceperit propter frigiditatē matricis, quod ſcitur quoniā menſtrua ſunt retenta,dięta ſint frigida,pinguis humor eſt matricis,ſtupor ſecundū matricē, lūbos,& crura, ablatio cōcupiſcentiæ ueneris, huic cōueniunt labor,& calida foēmta,& fumi de thymiatibus,& aromatibus.Nihil aūt utilius quàm caſtoreū ſi ei datur,& redolētia ſemina,ut cyminum,aniſum,pulegiū,thymū. Et antidotū iſtud: R.epithymū,euphorbiū, piper, petroſelinū,daucū, ęqualiter fac puluerē,da drach.2. uel.1. hic uentres educit,matricē calefacit,& mēſtrua prouocat.Sedeat in ſella,& recipiat fumū aquę,in qua cocta ſunt arthemiſia,ruta,cyperū,acorū, & ſemina redolentia. Cataplaſmet pecten ex eiſdē & umbilicus. Ori uuluę apponatur id, quod fit de myrrha,ruta,galbano,caſtoreo, prius tamen fomētabis cū aqua marina,poſt fomentū.Si aūt ſterilitas ex nimio calore ſit,quod ſignat paucitas menſtruorū cum dolore exiſtēs, & ulceratione pudendorū, & calore totius corporis,da quę mediocriter humectāt, & infrigident,ut lactucas,maluas,blitū,portulacas,atriplices.Si uero proprer humiditatē nō cōcipiant,ſignat,quia humectant in coitu,mēſtrua ſunt tenuiora,& multa.His ſicca fiat dięta,ſuperiora mēbra laborēt,& fricētur. Vomitū ſumāt,ſiccis cibis utantur,os matricis cum ſtipticis fortetur, cum apozemate lentiſci,& myrti,roſę,balauſtiæ,cimaris rubi,& gallę.Matrice autē ſicciore exiſtente, contraria fiant,ſicut balnea,unguenta,cibi humidi, uinum tēperatum,& paucum. Si

autem

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 200 sur 404

©BIUM

autem ex pinguibus humoribus nō fit cōceptio, purgētur cum theodorito noſtro,& picra. Dabis quoq; ſuperius contrariū antidotū,in quo mittitur euphorbium,piper, & ſimilia. Cum autem emendatio facta fuerit, menſtruis bene exeuntibns,cōmiſceātur,ceſſante purgatione. Quod ſi uētoſitas cōceptionē prohibeat,his ſignis ſcitur: Inflationē habent circa matricē,his ergo primo cibus minuat. Dabis quoq; aniſum,cyminū,rutā,anethum, fœniculi ſemē,& ſimilia. Si aūt ex concluſione matricis fiat,aperiatur cū calidis,ſicut cum apozemate in quo decoquit malua, ſemen lini,fœnugræcū, butyrū, oleum,& mel, & ſimilia, uel fortioribus ut artemiſia, calamentho, pulegio, chamomila. In uulua mittantur terebēthina, uel myrrha, nitrū,ficus,caſſia, elacteriū,& picula. Si autē os matricis ſit apertū,diēta ſit ſtiptica, fomēta,ſicut cortices granatorū,lentiſci,radix rubi,mirtus,& gallę. Si uero torquet matrix,curetur cum mollitiuis. Summū omnium medicaminum ad impregnādum iſtud eſt: Rec. kebuli,mūdati,cicutę,aā. unc.1. caſſię ligneę, unc.s. roſę,maſtichis,pyretri, croci,ana.unc.4.caridis,drach.2.& s. cardamomi, unc.s.ſambuci,unc.2. Tres unc.huius puluerīs,tēperētur cū ʒ.unc.mellis. Quarta pars huius puluerīs, miſceat cū aluminis, unc.quadrāte,& pyretri, unc.quadrante,& euphorbij,unc. quadr. De his accipe unc.s, & de quarto in quartū diem ad balneū fumigiū faciat, de 6.parte, id eſt,de uno quadrāte & s.uel de una drach.& rediēs domū,ſumat unaquaq; die cōfectionē prędictā cū melle tēperatā,in modū auellanę,& paruę caſtaneę,cū uino calido,& tūc ſuppone in uulua,fruſtrū lanę in melle intinctū,uel cū pauco pyretro,uel cū pyretro & muſcelino,uſq; ad horā coēundi. ꝓdeſt quoq; triphera magna.

De partu duro. *Cap.* XLIIII.

AD partū durum,da drach.1.diptāni cum aqua fœnugræci. Nidus hirūdinis cum aqua lotus,& colatus,ac bibit,& fœnugræcū cum melle ꝓdeſt. Diamargaritū bibitū mire iuuat. Sarapinū cū aqua ciceris,uel phaſeolis bibitū,& cum muſcelino,ꝓbatū eſt. Secūdina ſi nō exierit,ſternutatio fiat cū ellebero albo & nigro. Da apozema ſauinæ, phaſeoli, & ciceris enim & fœnugręci cū drach.1.galbani,fumiget cū myrrha,galbano,uel cum oculis ſalſorū piſcium,uel cum ſtercore canino,uel catino.

De iſchiaticis podagricis,& artheticis. *Cap.* XLV.

HIs omnibus una & eadē cura conuenit,niſi quod iſchiæ prodeſt phlebotomia ſi fiat ſupra cauillam,intus & extra. Iſchiæ quoq; ꝓdeſt ſuper omnia blanca,diaerinis,excepto ſi de calido humore fiat,quod tactu cognoſceret. Cui ſi ſic fuerit,dabis diamānis, uel purgabis cum mirobalanorū citrinorum apozemate, & cum drach.2. turbith,& drach.1.huiuſmodi,quod ita fac: Corticis mirobalanis,citrini 2. unc.abſinthij,unc.1.uiolę uiridiū,unc.s.ponātur in aqua feruēte, pōdere li. 1.& s.& maneat die ac nocte,in uaſe cooperto. Mane calefactis,& cum manibus fricatis, & colatis, adde puluerē turbith, & huiuſmodi exbibatur, &

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 201 sur 404

©BIUM

non comedat patiẽs,uſq; ad nonã. Si aũt de frigidis ſit humoribus,quod fæ pius cõtingit,da blancã cum ſcãmonio,uel theodoriton,uel hierã picrã,uel qd melius eſt pilulę de hermodactylis. Potio mirifice proficiẽs podagricis, & hydropicis,& artheticis.R.hermodactylis unc.4.cymini,ſcrup.8.zingi beris,ſcrup 8.aniſi,ſcrup.2.da drach.1.Mittant in oleo,in quo coquat caro uulpina.Vngantur ex agrippa. Benedicta quoq; potio uehemẽter prodeſt. Diamannis pro gutta calida omni mẽbrorum:R. hermod.mãnę,uiolę,añ. drach.10.diagridij,caſſiæfiſt.ana.drach.5. Mirobalani citrini, kebuli,indi, bellirici,emblici,cuſcutę,añ.drach.3. marathri,ſcariolæ,cinnam.gariophyl li,ſpicę,añ.drach.2.mel quantũ ſufficit, uel ſirupi quantũ ſufficit:mel poſtq; fuerit diſpumatũ, coquat cũ tantundẽ aquæ,in qua cocta ſunt pruna, uiola, & fumulus:puluis tamẽ priuſquã tẽperetur,fricet cũ oleo roſ. põdere un.1. Stercus ciconię cũ adipe porcino mixto curat podagricos,& ſi 40.annis hoc paſſi fuerit,ſi imponat. Si cũ inflatiõe dolor fuerit, farinã fabę cocta in aqua & adipe porcino,uel radix uiola cocta cũ aceto ꝓdeſt. Si aũt dolor ſit intole rabilis,appone opij,põdus 1.croci duplũ uel triplũ:tere cũ lacte uaccino,uel caprino,aut mixta mica panis,& oleo roſato,unge,deſup ponẽs,maluas,uel betã, uel lactucã, uel opiũ, & crocũ cum lacte tritũ, adiũcto ceroto & oleo.

De morphea. Cap. XLVI.

MOrphea alia alba,alia nigra,alia ſanabilis,alia non. Inſanabilis eſt illa,quę cũ cutis pungitur,nõ ſanguinẽ,ſed aquã emittit.Sanabi lis uero ſi ſanguinẽ emittat.Nigra uero curatur,accepto laxatiuo ſcilicet hierarufini,hierapicra,uel theodoriton. Vngat cutis cũ ſapore cõfe cto cum nitri puluere tribus diebus cõtinuis ad ſolem,uel ad ignẽ.In quarto die laueț & fricetur cũ ſulphure & cũ aceto,uel inungat cum nitro ita prępa rato.Mittat intra in pãno,& obruatur ſub carbonibus per noctẽ totã.Mane ſoluatur cum aceto, & moueat in modũ unguẽti,& ungatur tertio,poſt la uetur.Similiter in alba,prędicta laxatiua dentur. Antidotum ad omnẽ mor pheam.Rec.indi,kebuli,epithymi,ana.drach.10.turbith,agarici,ſene,poli podij,ana.drach.7. bellirici,emblici, colocynthæ, ſeminis fumuli, ellebori nigri,zingiberis,ana.drach.4.ſcãmonij, ſalis gẽmę, calami aromatici, caſ ſiæ,ameos, naſturtij ſeminis, marathri,piperis longi,aniſi, cinnamomi,añ. drach.2.aloẽs, drach.5. Da 3.drach.cũ calida, & hoc bibatur decies quinis dieb. p uices ſingulas intermiſſis,poſt hęc unge ex hoc.R. cõdiſi,ellebori ni gri corticis radicis,uel ſeminis,radicis caparis,uel ſeminis tapſiæ,añ.drach. 6 nigellę,ſinapis,amygdalę marat.ana.drach.4. aniſi,ameos,pyretri,ſemi nis caulis,ireos,uitreoli, ſtaphiſagriæ,ſulphuris,ammoniaci,coſti,euphor bij,ſcãmonij,ana.drach.2.puluerizent,& ungant ſingulis diebus cũ ſucco cauliũ,uel cũ aceto tẽperato puluere.Idẽ facit ſulphur,aloẽ,elleborũ albũ,& calx cũ aceto tẽperata. Similiter ſinapata facta de ſeminibus radicis tritis cũ aceto, Similiter puluis lupini idẽ facit aſpſus ſup morpheã inunctã ex melle.

De lepra

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 202 sur 404

©BIUM

De lepra. Cap. XLVII.

LEpra difficilis eſt ad curādum, & hoc ideo quia cū cognoſcitur, diu eſt quod corpus inuaſit. In initio enim & nimis poſt initium nō poteſt cognoſci. Hanc aūt purgabis cum noſtro hiera logodion: R. colocynthę, drach. 5. ſcillę, agarici, ſcāmonij, ellebori albi, & nigri, ana. drach. s. epithymi, camędreos, bdellij, aloēs, ana. drach. 4. ameos, hyperici folij, polij, caſſię, piperis trium granum, croci, cinnamomi, myrrhę, opopanacis, petroſelini, ariſtolochię longę, ſucci abſinthij, euphorbij, ſpicæ, amoniaci, zingiberis, ana. drach. 2. gētianę, ſtecados, añ. drach. 1. & s. da cū ſcāmonio: hiera & rufini cū ſcāmonio, multū ualet leproſis. Vnguentū ad hoc utile nimis: Apprehēſis tribus nigris ſerpētibus, & capitibus & caudis, ad mēſuram 4. digitorū abiectis, media eorū in olla noua intende, poſtea addat ſapo albus, & oleū & in mortario tādiu agitētur, donec ſpiſſentur ut mel. Expletis autē tribus diebus ad balneū ducatur & lauet. Si autē adhuc aliquid infirmitatis uel animi deeſt patiēti, incide caput teſtudinis, & ſanguinē eius collige & ex eo loca dolētia unge cū penna. Deinde fac foueam, & eum tege & pannis cooperi, intusq; accēde ignem de uitibus, & ingrediatur patiēs, ter in die, & exiens cooperiatur, nouo pāno, & hoc faciat biduo, & quotiens exierit & de fouea, ungatur unguento hoc. Rec. adipis porcini, uel caprini, adipis urſini, ana. unc. 5. igne ſolutorum, ſaluiæ, ſatureiæ, rutæ, roſmarini, abſinthij, ana. manipulum, 1. puluerem herbarum omnium, in frixorio ad ignē, cum oleo & ſupradictis adipibus, fortiter agitando cōmiſce, & cum bene mixta fuerint, cola per linteum, & pòſt adhibe puluerem myrrhę, thuris, maſtichis, aloēs, ſanguinis draconis, dragagāti, añ. drach. 2. uel 3.

De puſtulis faciei. Cap. XLVIII.

PVſtulæ faciei ſi ſunt rubeę, de ſanguine ſunt cum cholera rubea mixto, hos igitur qui patiunt, purgabis prius per phlebotomiā. de uena cephalica, deinde purga hoc antidoto: R. Mirobalani, kebuli mundati, indi, & citrini mundati, ſandali, albi uiolę, ana. drach. 2. rheumbarbari, galiæ, bellirici, emblici, cuſcutæ, ſquinanti, dragagāti, maſtichis, ſene, turbith, agarici, ligni aloēs, ſpicę, caſſię ligneę, ſalis gēmę, lazuli petrę, ſeminis marathri, añ. drach. 1. cinnamomi, gariophylli, añ. drach. s. tempera cum melle, da cum ſcammonio prodeſt cancro oris, & pedis, & foco, qui naſcitur in aliquo mēbro, hoc ſumpto fac unguentū: Recipe ceruſſę, lithargyri, ana. 3. drach. plumbi uſti, drach. 2. tempera cum oleo roſaceo, & aliquanto aceto. Si aliquantulum ſunt puſtulæ humidiores, adde drach. 1. boli, & miſce cum oleo roſato, uel ſucco ſolatri. Si autem ſunt pruriginoſe, adde drach. s. argenti uiui, pone in occipitio uentoſas ſæpe. Abſtineant à uino forti, allijs, aut acutis cibis, & herbis. Aliud ad ueſicas quæ ſunt in facie, & in alijs membris, & crepaturis maxime ſi ſint de calore: Recipe ſucci radicis marathri, ſucci betæ, ſucci ſolatri, ſucci herbę uenti, ana,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 203 sur 404

©BIUM

unc.1.aloës,unc.5.uitella ouorũ 2.uel 3.tẽpera ut liquidũ ſit, cmu pẽna inun gatur ter in die,uſq; in diẽ tertium, poſtea laua cum ſpongia, & iterũ unge.

De impetigine. *Cap.* XLIX.

IMpetigo,& ſerpigo,& herpes cum laxatiuo curant,ſcilicet hiera rufini,& maxime cũ ſirupo de fumulo,& pauca ſcãmonio,& cũ ſero caprino.Inungãtur poſtea cũ oleo de ligno quod uocat cornu,uel de oleo iuniperi,uel de hoc:Rec.ceruſſę,lithargyri,nitri,tartari,ęqua li põdere,aceti tertia parte,ſubacta cũ aceto,ungant ad ignẽ.Aliud probatum ad omnẽ herpetẽ,& impetiginẽ.Oleũ lentiſci,piculã,ſerapinũ,& auri pigmentum.

De ſcrofulis. *Cap.* L.

SCrofulę ſanãtur ſine ferro,prius accepto laxatiuo,cum potione quę dicitur gratia dei,cum ſcãmonio,& nõ ſemel ſed ſępe.Deinde ſuperpone apoſtolicon, uel uſiam, uel iſtud qd recipit picis utriuſq;,ſalis amoniacis,maſtichis.Potio ad ſcrofulas.Rec. cinnamomi,ſpicis,gariophylli,thuris,zingiberis,galangę,rheũbarbari, ana. drach.1.ſcammonij, ſcrup.2.& s, euphorbij, duas partes uncię,cum aloës 3.parte unc.Da ſepties diuiſim. Aliud: Rec.turbith,ſcãmonij,cinnamomi, gariophylli,ſpicę,ana.drach.1.euphorbij,quantum cætera. Ad idem pone radicem nucis,& poſtea farinam fabæ,tandem & ſanguiſugas.

De lubrico fœtu. *Cap.* LI.

CAuſa huius paſſionis, aut eſt intrinſecus, aut extrinſecus. Si ſit intrinſecus curabit cuſtoditis quibus cauſis efficit. Si autẽ ſit extrinſecus,& fit propter humiditatẽ coadunatã in ore uuluæ, & lubricat ob hoc,& emittitur fœtus foras.Inquire ergo,an totũ corpus ſit humoribus plenũ.Quod ſi eſt euacuet cũ his quę purgãt phlegma, ut eſt hiera,turbith,& colocyntha,& cętera.Idẽ cõpoſitionis dent pilulas, de hierapicra,& hieralogodion.Galen.Prius tamẽ dabis apozema de radicibus cum ſambuceleon,& amygdaleon ut materia ſubtilietur. Dabis & hoc:Re.fœuugręci, tribulonis,ana.manipulũ unũ,ſeminis apij,marathri, ana.drach.10,ameos, drach.5.coque in 4.lib.aquę,ad tertiã,& dabis pilulę de ſarapino tribus uicibus,ana.drach.1.& s.diamargariton.drach.1.& s.theriacã magnã. Clyſtere deſiccans humiditatẽ præfatã, ualet quoq; ad uiſcoſitatẽ uuluę, & mũdat eam.R.colocynthã unũ pomũ rccẽs. Cauet,& eiectis,q̃ in eo ſunt impleat exireleon,& cooperiat cũ paſta foramẽ,& cũ eadẽ quã abſtuliſti parte, & in carbones poſita,bis uel ter bulliat,deinde colet,& clyſterizet.Fiat & clyſtere cũ ſambuco aromatizato,& poſtea cum ſucco myrtę, & aqua in qua cocta ſunt gallę,& balauſtia,& gahon. Aliud:Recipe balſami,drach.2. theriacæ,drach.1.& s.opopanacis,drach.s. zedoaris,betonicę,ana. drach.2.caſtorei,drach.2. & s.temperentur cum balſamo,& theriaca. Da in modum auellanæ, tenendum in uulua,& de eadem da drach.1. & s. potui 5. diebus continuis.Hoc enim cõfortat fœtum & abortũ prohibet,adiuuat etiam ad concipiendum.

©BIUM

concipiendum. Si uero ſit abortus ex uentoſitate, dabis hunc puluerē: Rec. apij, marathi, aniſi, ameos, origani, calamenthi, cyperi, mentę, zedoaris, cymini. Da drach. 1. & s. cū uino odorifero. Da diambrā, ſyndedicon. Puluis: Rec. apij, cymini aſſi, pondus 1. zingiberis, galangæ, pondus s. caſtoreum, quadrans, ſacchari quantum de omnibus. Da drach. 3. cum odorifero uino. Elacteriū: Recipe zedoaris, deronicæ, cardamomi, caricarum, gariophylli, ameos, apij, zingiberis, galangę, ana. drach. 3. cymini, drach. 6. caſtoreum, drach. s. Da drach. 1. & s. Quod ſi abortus ex multitudine menſtruorū, dabis carabem, terram cyprinā, ſpicam, cyperū, æquali pondere. Da drach. 1. & s. cum uino ſtiptico & odorifero.

De apoſtematibus. *Cap.* LII.

APoſtemata quocunq; modo fiant, aut ſunt ſanguinea, aut cholerica, aut phlegmatica, aut melancholica. Si aūt ſunt ſanguinea, oſtēdit, rubor, tumor, calor, & humectatio, primo ſanguis detrahatur, ſi uirtus, & cętera cōueniunt. Deinde ſumāt aquā, in qua prius pruna fuerint decocta, & colata, & ubi, unc. 2. uel 3. tamarindi fuerint diſſolutę, & ſi neceſſe eſt miſceat eis aliquantulū ſcāmonij, uel da diaprunis, cū ſcāmonio, uel tripherā noſtrā cū diaprunis, & cum ſcāmonio. Ponantur frigida circa apoſtemata nō ſuper, ſicut ſolatrū cum oleo roſato, uel lens cum aqua ſcariolę, uel ſandali rubei farina hordei, roſę, cum aqua roſata, uel cum ſolatri ſucco, & hoc in initio, uel augmēto. In ſtatu appone maturatiua, ſicut uitellū oui cū myrra, & croco, & oleo roſato, uel uiolas, uel pultes factas de farina hordei cū oleo coctas. Eadē fiant in apoſtemate de cholera rubea, orto, excepto quod purgetur cholera rubea cū prunis, & tamarindis, ſicut dixi, admixtis. 2. unc. mirobalani citrini mūdati. Si aūt ſit de frigida materia, purgetur cum picra, uel theodoton. Deinde maturatiua appone, ſcilicet fermentum cum oleo, ſale, & melle, pone farinam cum oleo & melle, ſal cum terebenthina. Puluerem orobi cum butyro & ſale.

De uulneribus. *Cap.* LIII.

VLnera, alia plana, alia caua, alia quę nō ſunt niſi fixura tantū. In fixura tantū nihil aliud cōuenit, niſi puluis apponat roſę, uel myrta, uel utrūq;, & faſcia circundet, uideat tamē ne infra uulneris labra ſit puluis, uel aliquid. In ea ſimiliter de qua ſola cutis eſt amputata, ſtiptica inducant, ut galla, cortex granatorū, lithargyrū, teſtę oſtreorū uſtę, radix lilij, cū oleo roſaceo. Vulnera uero caua tantū, & nō fiſtuloſa, quę humida ſunt & ſordida, deſiccatiuis egēt, & tamen tēperatis, ut libano, thus, farina hordei, fabę, orobi, iris, ariſtolochia, lithargyrū, & ſimilia. Vnguentū ad hoc ualēs: Rec. libani, amyli, aloēs, ana. unc. 1. Si aūt ſicca ſunt, deſiccatiua humectētur cum oleo & cera, ita ut maius pondus de his prædicto uulneri adijciatur

Interdum

©BIUM

Interdū hoc medicamen adhibeatur, quod ultra modū deſiccat, & carnem ſoluit, ſicubi qui uidetur ulcus humidū, putetur eſſe ſordidū ex imbecillitate unguēti. Vnde ſi uulnus cōcauatius hoc appoſito uideatur, & rimę labiorū ſint duriores & altiores, locus quoq; ſit rubeus & inflāmatus, & mordicationem in eo ſentiat ęgrotus, utere minus deſiccatiuis, utere unguētum iſtud: Rec. ceruſſæ, lithargyri, ana. drach. 2. cerę, olei roſacei, ana. lib. 1. Puluis ad plagā deſiccandā & celerius ſanandā, & malam carnē manducandam: Recipe myrrham, thus, maſtiche, colophoniam, picem, auripigmentum, aloën, bolum, gallam, gypſum, ariſtochiam rotundā. Aliud minus deſiccans optimum: Rec. thus, picem utramq; ſeuum, ceram. Alius puluis uulneribus pallidis uel calidis. Rec. lithargyrū, drach. 2. ceruſſę, drach. 5. cerę albę, drach. 7. olei roſati, unc. 2. Vnguentū quod prodeſt uulneribus, cancro, & his de quibus ſanguis fluit, incenſioni & cōtuſioni, & malis carbūculis, qui peſtilentia dicuntur, & eis quę ſunt ex mala materia. Rec. adipis uetuſtiſſimi, lib. 2. olei ueteris, lib. 5. calcātos, unc. 4. Adeps tūdatur, & ſuper ignem mittatur. Oleum cum calcāto in mortario tundatur, ſicut medulla, ductaq; ad ignem moueantur donec ſufficiat.

De ſcabie. Cap. LIIII.

SCabies ſi ſit de incēſiuis humoribus, purgetur per phlebotomiā & per egeſtionem, cum eis quæ ſuperius diximus choleram rubeam purgare, ſicut ſirupo de fumuli ſucco & colatro ubi unc. 2. mirobalanorū citrinorū corticis ſint miſſę. Deinde fac unguentū proficiens ſcabiei de calore: Rec. piculę, unc. 1. lithargyri, ceruſſę, añ, drach. 6. argēti uiui, drach. 2. olei, & aceti quantū ſufficit. Si autē ſcabies ſit ex frigidis humoribus, ſufficit ſulphur cum oleo lentiſcino, uel ſulphur cū oleo & aceto & pauco argento uiuo. Argentum uiuum non ultra exagium unum ſit.

De ſanguinis fluxu ex uulnere. Cap. LV.

SI ſanguis de uulnere fluat, prodeſt hæc medicina, quæ triplicīter fit: Rec. thus, aloën, & albumen oui. Horū autē ęquale pondus, & thuris cortices ponendi, & hoc duris corporibus eſt apponendum: aut thus duplū quàm aloën, poni debet. Thus uero unctuoſum eligatur, quod delicatis eſt utile, aut de thure, pluſquā aloē, ſed non duplum immittatur, quod cōuenit mediocribus, tempera cum albumine oui, & cum pilulis leporis pone.

De punctura & inciſione neruorum. Cap. LVI.

NEruus ſi pungatur, dolores, & inflationes nimiæ fiunt. Foramen igitur apertū ſeruetur, ubi pus egrediatur, cū oleo igitur tenui & clariſſimo fomētetur, non cum ſtiptico. Prodeſt ad hoc terebenthina. Molles tamē carnes habētibus, cera cū euphorbio, ſenioribus tamen

addatur

©BIUM

addatur parũ olei. Orta uero inflatione, & neruo putrido effecto, utere cataplasmate cũ farina hordei, uel fabę coctę in aceto, & melle, ceroti, unc. 3. cere, drach. 4. euphorbij, unc. 1. Expedit & hoc unguentũ quod dicitur basilicon, admixto ei nitro, uel calce uiua, uel euphorbio, uel sulphure, uel in 1. lib. stercoris colũbini, mitte singulas specierũ prędictarũ. Hoc facit ad punctură, & incisionẽ neruorũ. Si uero neruus sit discoopertus, hęc enim imponantur, quia dolorẽ generatur. Si uero neruis, & cutis sint collisa, & caro sit desuper uulnerata, cataplasmetur ex farina fabę, in oxymelle cocta. Si aũt nimius sit dolor, pix liquida cataplasmati adhibeatur. Si uero neruus lęsa cute sit illęsus, cum oleo calido fomentetur.

De combustione ignis. *Cap.* LVII.

VNctio ad combustionem: Recipe alumen & acetum, ana linitur, statim soluit dolorem. Fimus columbinus cum aceto idem facit.

De tumore linguæ. *Cap.* LVIII.

TVmor lingue non nisi ex sanguine solitus est nasci, quãuis raro ex phlegmate nascatur. Is qui fit ex sanguine, nascit ex rubore, dolore, calore, & febre, & plenitudine uenarũ, & maxime faciei. Huic primitus ex phlebotomio occurre. Deinde purgabis cũ pilulis cochijs, adiunctis mirobalanis citrinis, & scammonio, uel mensurã aliorum, uel picra cum triphera nostra, & sufficienti scãmonio. Deinde gargarizent quod scripsi in uulnere oris. Si autem sit ex phlegmate, da solum picram cum scãmonio, prodest si solatri succus in ore teneatur.

De pustulis oris. *Cap.* LIX.

OS aliquando patitur pustulas, uulnera & calores, quæ si ex alijs sint humoribus, cognoscitur ex calore, rubore, & dolore, & aliquãdo ex nigredine, quod pessimũ est signum & periculosum. Incidatur uena cephalica in manu, uel in brachio: deinde sumpto laxatiuo, cholerã rubeã purgãte, sicut in primo & in secũdo quaternione sępe mõstrauimus. Galen. accipiatur apozema in ore tenendũ, quod sit ita: Succus morarũ acerbarum, & succus coctanorũ, & succus uuæ passę, & succus pomorũ acerborũ, uinum coctum. Cum aliquanta coquantur liquiricia, & aliquanto alumine, calidũ teneatur in ore, ter in die. Aliud ad uniuersa faucium uulnera nigra & alba: Rec. balaustię, corticis granatorum ęquale pondus, aluminis, mastichis 4. pars, fac puluerem, & desuper sparge. Aliud uulneribus faucium oris, & anginę. Succi corticis. lib. 3. uini cocti, lib. 2. mellis, lib. 1. & s. myrrhæ, drach. 4. litij, aluminis, cinnamomi, ana. drach. 2. fac puluerem, & liga in panno. Deponatur in caldario, & coquatur ad spissitudinem mellis, & gargarizetur, uel ungatur. Si autẽ uulnera sint ex salso phlegmate, quod uidetur, quia dolor non est acutus, & ex calore faciei, purgantur cum picra, & sicut supra gargarizent, uel ungantur.

De tumore,

©BIUM

De tumore uuæ. *Cap.* LX.

SI uero uua tumeat,& ob hoc cadat,& ſit ex calidis humoribus, quod ſcit rubore,calore,ſiccitate,& ardore oris,& tumore uenarum. Primo ſanguis de cephalica minuatur: deinde cholera rubea purgetur: deinde gargarizetur uinum coctum, in quo cocta ſint gallę,balauſtię, & roſę, ſed uinum ſit coctum cum ſucco coctanorum,& ſit mixtum ęquali pondere. Aliud caſui uuę: Recipe corticis nucum ſucci,uini cocti ęquali pondere, mellis tertiam partem,aceti ſextā. coque ad ſpiſſitudinem, & gargarizetur. Idem facit gargariſſmus factus cum aceto, in quo cocti ſunt myrtus,glans,balauſtiæ,galliæ,& cortex granatorū. Si autem ſit ex phlegmate,quod percipitur,quia dolor eſt lenis,& grauis,curſus phlegmatis purgetur,& deinde gargarizetur, ut ſuprà.

De ileo. *Cap.* LXI.

DOlor ilei aūt ex acutis humoribus,uel fracturis. Si eſt ex fracturis, fac illa quæ diximus in colica. Iuuat ad hoc picra uel iſtud: Recipe mirobalani citrini,indi,cinnamomi,gariophylli,cardamomi,dictanni,ſenę,caſſię,macis,ameos,apij,marathri,ſeminis aniſi drach. 6. maſtichis,drach. 2.epithymi,drach.7. ſcāmonij, drach. 10.turbith,drach.16.ſpicę,calamenthi,ana.drach.3. ſacchari,drach.8. mellis quantum ſufficit. Prodeſt ad hoc diateſſeron, diacyminum, da ei pilulas iſtas:Recipe ſemen apij,aniſi,fœniculi,añ.drach.2. ſpicę,carpobalſami, añ. drach.1.& s.piperis albi & longi, zingiberis,pyrethri, ana. drach.s. maſtichis,roſæ,ſalis gemmę,,ana.drach.1.& s.cymini,drach.3. mellis quantum ſufficit. Accipiatur cum ſcammonio,pro uirtute infirmi,& ętate.Si autem ileus eſt ex apoſtemate,& nil emittitur per inferiorē partem,ſed ſtercus per uomitum emittitur,& urina ſpiſſa eſt,& rubea mortem pronūtiat, maxime ſi pauca ſit. Si uero ex calidis & acutis humoribus,uel apoſtemate calido ſit, prius minue baſilicam,in manu,uel in brachio, ſi apoſtema eſt. Si autē non fuerit ex apoſtemate,da ei hoc catharticum:Rec. ſucci ſolatri cocti & colati, uel ſcariolæ,lib.1.& s.Mittatur in eo caſſię fiſtulę,medullæ,unc.s.mirobalani citrini corticis,unc.2.mannę,drach.4.cōficies ſic:Cortices mirobalanorum maneant, in aqua die ac nocte, exceptis manna, & caſſia, quæ non niſi mane debent in ea diſſolui,& colari. Tandē mittatur in ipſa aqua picra & triphera menſura unius nucis,mane fumatur & bibatur.

De uentoſitate. *Cap.* LXII.

HAec paſſio oritur calore naturali,tepido exiſtēte: nam uētoſitas, nec ex nimio calore,nec ex nimio frigore oritur. His prodeſt caſtoreum,cum apozemate bibitur, diaſpermaton, diacyminum,

ſeminis

©BIUM

ſeminis apij, petroſelini, aniſi, fœniculi ſeminis. Puluis ad hoc ualẽs: Rec. carui, aniſi, zingiberis, cinnamomi, gariophylli, ſeminis fœniculi, zedoaris, ana. drach. 2. cymini medietatẽ. Vtere hoc puluere cum eis quæ mãducas. Abſtine à legumine, fructibus, rapis, aceto, caſeo, & ab omnibus uentoſis & groſſis cibis.

De catharticis.

QVæ ſolutionẽ prouocant multa ſunt, & alia acuta, alia minus acuta, alia quę prouocant cholerã rubeã, alia phegma, alia choleram nigram. Cholera rubea, uel hij qui leues ſunt ad purgandũ, poſſunt purgari cũ tamarindis, prunis, aloẽ, mirobalanis citrinis, uiola, caſſiafiſtula, manna, & ſimilibus. Phlegma autẽ purgetur cum agarico, turbith, cocognidio, hermodactylis, ſene, ſcammonio, euphorbio, & ſimilibus. Melancholica autẽ cum his purgãda, epitheto, petra lazuli, mirobalanis, indis, bellicis, emblicis. Si quis tamen ſcãmonio, uel aliquo abominabili laxatiuo non poteſt uti, ſumat hoc quod nimis aptũ eſt, colico dolori, inflationẽ, & ructationẽ ſtomachi confortat. Accipe unc. 3. polipodij, mũdi loti, & tritici, & piſtẽtur, ſuccus autem eorum in aqua hordei cocti cum diureticis rebus, mittatur, mẽſura, unc. 3. uel 4. utere cũ iure gallinę, eſula pondere 3. uel 4. drachmarũ, Cõdiſi ſimiliter facit, cum micis panis, ſed diu ſeruet. Aliud, mitte intra gallũ, cũ polipodio, & coque. Aliud charius omnibus, elleborũ albũ, immittat in aqua ubi infuſus eſt hordeũ, & hoc die ac nocte, deinde da gallo ad comedẽdũ, & maxime ueteri, poſtea occiſus coquat, cũ porris, & cũ multa aqua, & cõgelata aqua, detur ad bibendũ, hæc nobilibus & delicatis detur. Antidotũ prodeſt delicatis, & maxime phlegmaticis, & nõ digerẽtibus. Rec. piperis nigri, & longi, zingiberis, ana. drach. 3. gariophylli, drach. 2. mirobalani citrini, indi, pondus duplum ſene unc. 1. Si non habes ſene, mitte duplum eſulę. Mel da in modũ caſtaneæ paruę cum uino. Electuariũ diacitoniten omnibus ſanis cõueniens, & omnibus tẽporibus. Rec. mala citonia. Coquantur, cum mala aqua donec ſolui ceperint, deinde terantur, & coquantur cum partibus tribus mellis deſpumati, deinde cocta exiſtentia, condiant cum puluere horũ gariophylli, ſpicę, ligni aloẽs, cinnamomi, maſtichis, galãgę, zingiberis, añ. drach. 2. De his dabis cũ careno uno ſcãmonij, uel uno s. cum uino. Si ſolutio ultra modum frigida de potione laxatiua, da ei hoc Rec. ameos, opij, croci, myrrhæ, thuris, ana. drach. s. uel ubi magis ſtringatur duplica pondus opij, & temperetur cum ſucco arnogloſſę, dans 5. uel 7. pilulas, cum diacodion, uel da conchulã marinã uſtã, drach. 2. cũ diacodion.

De ſynocha febre. Cap. LXIII.

SYnocha febris ex multitudine ſanguinis oritur, cum ſanguis quantitatem, & qualitatẽ ſuę naturę ſupergrediens, ab ea quaſi derelictus, putrefit, ex cuius putredine febris ſynocha naſcit, id eſt, con-

R tinua,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 209 sur 404

©BIUM

tinua. Hoc autē duobus modis eſt, alia ex putredine ſanguinis naſcitur, alia uero de nō putrefacto ſanguine oriť. Quādo ex nō putrefacto ſanguine, hęc ſigna habet, urina rubea eſt & nō putrida, nullā habēs hypoſtaſim, nec fœtorem, clara. Vultus ęgri inflatus, uenę plenę, oculi quaſi ſanguinei, pulſus plenus, ſapor oris dulcis, homo piloſus, craſſus, niger, rubeus tępore ueris, dieta calida, & humida. Si uero de putredine fiat, urina eius turbida, ſpumoſa, rubicūdiſſima, pulſus plenus, ſapor oris dulcis, pulſus maior in cōſtrictione, quàm in dilatatione, & oculi tumidi, nullā habent requiē, anguſtia, ſitis non magna, cutis quaſi humida, grauitas totius corporis. Hoc & omni die melioratur, aliquādo autem peioratur quotidie, aliquando eodē modo uſq; in finem manet. In primis ſanguis detrahatur de uena mediana, aut epatica, dextri brachij, ſecūdum uirtutē, ſi tępus, & ætas, & uirtus permiſerint. Deinde ſuper latus dextrū impone epithima, de ſucco ſolatri, farina hordei prius aſſati, & puluere roſæ, aut ſandali rubei & albi, cāphorę, & aqua roſata. Mane & ſero fomentabis pedes & crura in aqua calida, in qua cocta ſunt uiolæ, roſæ, lactucę, maluæ, papauer, & hordeū, poſt fomentum, ungantur plātæ, pedum, ex oleo roſaceo. Si nō dormiūt, pannus infundatur in oleo roſaceo, & aceto, & capiti, & temporibus imponatur. Vel hoc: Rec. pſyllij, unc. 1. opij, drach. 2. trito opio, adhibe pſyllium, & moueatur cum piſtillo, deinde mitte tantundē aceti, quod tribus digitis ſuperemineat, & moue donec coaguleť. Iterum ſecūdo moueatur cum aceto ut coaguletur, adiuncto pauco oleo roſato, uel uiolato, cum panno aqua infuſo, & cataplaſmate ei inducto, fronti imponatur. Hoc ſępius fac. Si ſitis aderit, detur aqua cucurbitę, cū pſyllio, uel mane accipiat de elacterio prunorū, cum ſirupo acetoſo, & aqua frigida, aut ex oxyfœnitijs, aut ſucco ſolatri, aut ptiſana. Cibus eorum ſit mica panis lota, in aqua frigida, ter uel quater de condita cum ſaccharo pruna, mala ſiriaca, uuę medię maturę, mala granata, piſces aſpratiles in aceto cocti. Hoc tantū in aurora & extremitate diei comedatur. Si uenter eſt cōſtrictus, ſoluatur, cum electuario, & ſcammonea.

De ſynochis. *Cap.* LXIIII.

SYnochi ex ſanguine, & cholera naſcūtur, ergo phlebotomari debeť, prima uel ſecūda die aut multū in tertia. Si maſculus, de dextro brachio: Si fœmina, de ſiniſtra, & ſi uenter eſt cōſtrictus, clyſterizabis ita: Cātabrę, & maluę cum oleo, & aqua coquanť, & colatis per linteū utātur. Si deſiderauerint balneare, permittanť & utātur fomēto ſuperiori. Cibētur ſucco ptiſanę, & molli farræ, malis matianis, uel ſiriacis, & pane in aqua. Potionē roſatā quam in tertiana ſcribemus, ſub lingua teneatur, & ſuccum eius liquefactū trāſglutiatur. Vngamus frontē oleo roſato, epithima precordijs imponamus: Rec. olibani, maſtichis, ana. unc. 1. croci hortulani, unc. s. uitella ouorū aſſatorū, prout uideatur, cum oleo roſaceo

©BIUM

ſaceo,& modico aceto, confice & utere. Item oleū roſatū cum ſucco portulacę,aut cucurbitę,aut berberis,prę cordijs inungimus. Detur ſuccus oryzę,uel alicę. A uino omnino abſtineant,mulſa tamen mellis attici detur.

De cauſone. Cap. LXV.

CAuſonem acutiſſima febrē ex cholera rubea, quę non differt à tertiana acuta, quæ intra uaſa eſt, niſi quia acutior eſt, & breuior. Sitis cōtinua,lingua ſicca,in quibuſdā nigra,urina ignea, pulſus uelociſſimus,uigilię,& ſyncopis. Purgētur cum catharti co,& non cum phlegmatico,cū tamarindis,prunis,& caſſiafiſtula. Sed quia calor in cauſone acutior eſt, eo quod fit in ſynocha, laudo hoc dari debere: Rec. tamarindi,unc.5.mittātur in aqua melonis paleſtini die ac nocte, deinpe manibus fricati colentur,& bibantur. Si deeſt aqua illa,mittatur,in aqua prunorū rubeorū nigrorū,uel in aqua ſolatri. Si ſitim habuerint,bibāt pſyllium,ter lotū in aqua,utantur ſucco mali granati,& cucumero paleſtino. Si patiantur ardorē & cardianā, da cum ſupradictis ſuccis,uel aqua,trochiſcū de cāphora,uel de ſandalis. Apponātur in ſtomacho cataplaſmata de ſandalis rubeis,roſis,farina hordei,& aqua roſata,uel ſuccus ſemperuiuę,& portulacę,olei roſacei, ſolatri,ana.unc.1. aceti,unc.s. farinæ hordei,unc.2. roſæ, unc.s.ſandali,drach.5. Aliud: Cum aqua roſata detur pſyllyū,ſi ſitim habēt maximā,& intolerabilē,detur aqua cucurbitę cum ſucco pſyllij,uel cum ſirupo uiolato,uel roſaceo,uel cum pſyllio,uel ſine eo. Si habent tremorē in corde,accipiāt aquā tamarindi,cū pſyllio cocto cū ſaccharo. Si tuſſim nō habēt, uel ſolutionē,da eis quod utilius eſt. Rec. pruna ſicca,mittant die ac nocte,in aqua calida,& fricentur manibus. Si uenter ſit ſolutus naturaliter,uel artificialiter,& febris non minuatur,mortalis eſt.

De tertiana febre. Cap. LXVI.

TErtiana febris,alia continua,alia non cōtinua. Continua in hoc differt à cauſone,quia calor eius unoquoq; die tertio, in eadem hora qua incepit,accepit,& in 12.finitur, & calor eius quāuis uideat deſcēdiſſe,tamen manet,licet nō fortis exiſtens,uſq; in diē tertiū. In tertio uero die ad eandē horā incipit aſcēdere,& manet in feruore uſq; ad 12.horā. Hęc curatur ſicut cauſon. Si uero nō ſit cōtinua,cū uomitu curatur facili: Rec. ſeminis atriplicis, unc.1.& s. Tritum in raro panno miſſum,& in aqua calida mollificatur,fricetur in cipho. Lac uero quod egrediē, ſumatur cum ſirupo acetoſo,uel ſemē infundatur in aqua, in qua coctæ ſint radices cucumeris agreſtis,uel cum oxymelle,uel ſi tēpus eſt cōtrarium,purgetur cum aqua in qua nocte & die poſitæ ſunt unc.2.mirobalani citrini,& unc.2.tamarindi,ſi difficilis ſit,unc.1.& s.uel ſecūdum quod uides. Si autem febris permaneat, da rubeam. Si priores purgationes ſecundū uomitū facere non potueris,purgatur cum laxatiuo prunorum cum ſcammonio aut mi

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 211 sur 404

©BIUM

robalani citrini ſucco,& tamarindi. Cibentur quotidie pane,& aqua,aut mi ca panis lota in aqua & ſaccharo. Accipiant fructus quos diximus in ſyno cha,& dięta ſupradicta,ſcariolā cū aceto. Cibus aūt detur tribus aut quatuor horis,ante acceſſionē. Omni die ante aurorā,dabis elect. de prunis, cū ſiru po acetoſo,aut cū ſucco ſolatri. Rubrica tertianę probata: Rec. opij,unc. 4. croci,aniſi,cardamomi,ſtoracis,hyoſcyami,baccarum lauri,añ. unc. 1. Cōfi ce aūt cum melle,da 2. uel 3. horis,ante acceſſionē,in modū fabæ cū farina, quod acceptū in intima,mox febrientē liberat. Si autē propter hoc nō libe rat,& tertiana notha fuerit,& uomitu eguerit, miſce mel, & acetū, quibus admiſceatur ſemen atriplicis,drach. 3. potuiq; dētur. Si cōſtricti fuerint,pul uerem uiolæ,drach. 4. bibāt,interpolata die,cum frigida aqua,& utant hoc epithimate: Rec. farinę hordei,drach. 2. & ſiccæ roſę, unc. 1. ſandali al. unc. s. ſpodij,drach. 2. cāphorę,ſcrup. 1. tēperentur cum ſucco ſolatri, & quaſi un guento utātur,& deſuper cū panno ponat. Bibant aūt quotidie ſuccum mali granati,& mane,& poſt 7. dies,ſi urina fuerit ruffa, & turbida, & nihil ſupe riora profuerint,balneo utētur,& fomentent ex aqua & oleo,& poſt fomen tum phlebotomentur media uena dextri brachij. Tertiana ſi duplex fuerit, utātur hydrocopion cum balſamo & rubea & muſa,ut potione una. Dięta utant ut ſuprà. Prodeſt & tertianę triaſandali,& roſata ſimplex, quæ recipit roſę,unc. 4. ſeminis melonis,liquiritię,dragagāti,ſucci liquiritię,añ. unc. 2. ſeminis citroli,unc. 1. croci. unc. s. mel. roſ. & aquā roſatā. Cibos dabis ſuccū oryzę,aut alicæ,ius gallę,piſces ſaxatiles,poma frigidiſſima. De oleribus,la ctucas cum aceto,portulacas,ſolatrū. Omnes cibos frigidos,parū ſalitos da bis,poſt aquā frigidā & mulſam de rhodomelle, & ſi ſolutus fuerit, citoniū mel confectū ita: Rec. ſucci mali citonij,partē 1. mellis,partes 2. coque lento igne ad ſpiſſitudinē mellis,& exinde mulſam dabis. Epithima ad idem: Rec. maſtichis,fœnugrecū,thus,lini ſemen, farinā hordei,croci ęquali pondere, trita,ita diſtēperent,cū uitello ouorū, & oleo roſato,qđ hoc modo cōficit: Oleū & roſas,cum humore ſuo,in uas uitreū ſimul mitte,& in puteū,aut in aquā uiuā pone per dies 20. poſtea ſuſtollens inde,pone ad ſolē,dieb. 9. & ſic in umbra repone, hoc oleū frigidiſſimū eſt. Si igneā febrē hoc oleo unxeris amputare ſolet: Si aūt tertiana in autūno uenerit,purgabit cū diateſſarō,di ſtēperato cū uino calido & cū rubea atq; mulſa. Cibi dādi ſunt tēperati,ut far & ſimilia,& granū bonū bene coctū,atriplices,ſpinachia,piſces ſquamoſi.

De *quotidiana febre.* Cap. LXVII.

Votidiana ex phlegmate naſcitur,& hęc intra uaſa eſt,& extra uaſa. Quādo eſt intra uaſa,facit calorē continuum,ſine frigore. Quæ autē extra,calorem facit cū frigore. Quando uero oritur ex phlegmate ſalſo, calor ex eo erit maior, frigus paruum, ſitis magna,& cito curatur. Quando autē fit ex acetoſo,ecōtra cōtingit. Quādo autem

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 212 sur 404

©BIUM

autem ex dulci phlegmate, ſomnus ex ea erit longus, ſtupor, ſitis parua, urina groſſa, media inter citrinū & rubicundū colorē, uultus humidus, uenæ groſſæ, pigritia, ſapor dulcis, & faſtidiū. Si igitur curāda, detur aliquid maxime pro materię ratione. Si acetoſa contingat materia, diacoſtū, uel diatrion pipereon, cum ſirupo acetoſo, cū aqua diuretica facto, & cum eadē bibito, & hoc 4. uel 5. diebus. Deinde dabis uomitū, ſi facilis ſit ad uomendū, & tempus, & uirtus cōueniunt, qui his moueatur: Rec. thapſię, partem 1. croci, partem s. cynnamomi, unc. 3. da cum oxymelle, ſcrup. 2. Si deeſt thapſia, da electuariū cū oxymelle, pōdus, ſcrup. 2. uel ſecundū uirtutē, uel da picram cum ſcāmonio. Si nec ſic deſinit febris, da ei mulſam. Si uero fuerit ex phlegmate ſalſo, da eis picrā mixtā cū triphera, uel cū diadamaſceno, & ſcammonio, aut cū picra & ſcāmonio, & ſero caprino. In ſiti tollēda da ei mulſam, mel roſatū, aut ſirupū cū calida. Quotidie mane ſumāt ſirupū acetoſum, aut oxymel cū ſucco ſcariolæ aut ſolatri, aut cum ſucco fœniculi, coctis, & deſpumatis ante tres horas aceſſiōis, uel ſumat de rubea in modū fabę, cū frigida. Diæta ſint piſces ſaxatiles, marini, rubellę, & ſquamoſi cocti cum aceto, cymino, cinnamomo, & pauco adipe: poma, pruna nigra & rubea, granata, pira, poma matura, uuæ duracinę, cucurbita cocta cū cymino, & ſpica. Nō comedāt niſi 6. horas ante acceſſionē. Si autē de phlegmate acetoſo, uel ſanguineo quotidia nafuerit, magnū habebit frigus ęger, cū pauca febre, dolorē in ſtomacho & uomitū. Hāc itaq; curabis ita: Purgetur cum picra, uel theodoriton. Sumāt quotidie mane aut diacalamenthū, aut theriacā magnā, aut noſtram, aut mithridatū, aut rubeā, aut adrianū cum oxymelle ſcillitico, cum ſucco fœniculi, & apij, coctis, & deſpumatis, & colatis, aut oxymelle ſcillitico cum aqua in qua cocta ſunt radices fœniculi, apij, petroſelini, ſcariolæ, & ſemina eorū. Cibi eorū ſint ſcariolæ, borrago, fœniculū, lactuca, cū eruca, paſtinaca, porri cocti, ius ciceris, uinū rubeū, aut citrinum, aut aureum, hordeū, far, piſces marini, petroſi, rubellæ, & ſquamoſi, cocti cum uino, & aqua, anetho, apio, cymino. In tēpore acceſſionis pedes mittantur in aqua calida, in qua cocta ſunt pulegiū laurus, & nepita, plantę pedū fricent cum oleo, & ſale, & aqua calida. In balneo ſumāt rubricam cum oxymelle ſcillitico, & ſuccis prędictis, aut aqua prędicta, aut theriacā in modū auellanę. Si magnū ſit frigus, ungantur renes eorū iuxta ignem, cum oleo in quo coquat ſemen ſinapis, piper, ruta, & radix cucumeris agreſtis, hoc fiat aliquantulum ante tēpus rigoris. Vel aliud, pyrethrū tritū cum fortiſſimo uino, coque ad tertiā partē, & poſt tātundē olei adde. Si ſine frigore ſit, detur picra ſępius. Si cū typo fuerit quotidiana, detur potio rubea mixta cum hydrotopion ante 1. horā uel 2. acceſſionis, poſtea bibant aquam frigidā. Si uero frigus magnū fuerit, uinum uel aquam da calidā. Si hęc nō proſunt, accipiant mulſam. Si ſtomachus plenus humoribus fuerit, ut uomant, detur oxymel, quod ita fit: Recipe aceti phialas 2, mellis unam, ſeminis radicis, rafani triti, ſeminis atriplicis, ana. unc. s.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 213 sur 404

©BIUM

coquantur ad mediū & bibant ante acceſſionē, & ieiunēt hora una poſtea. Si uero ſic nō uomuerint, accipiant aquā calidā. Cibus detur ius gallinę aut far cum oleo: hęduli dentur, phaſiani, turdi, perdices, fiſcedulæ, aſpratiles piſces aſſi, aut elixi, mala citonia, uuę, mala granata, uinū leue & album. Si in ęſtate acuta fuerit quodiana, & habuerint urinā turbidā ex ſanguine procedentē, primo uel tertio die, uel uſq; ad 7. mane phlebotomentᵉ. Cibus datᵉ ptiſanæ ſuccus, qui conficitur ſic ex hordeo purgato: Hordeū purgatum miſſum in aqua nocte una tundatur, & ad mēſuram unius phialę, mittatᵉ in aquæ phialas 16. & coquantᵉ cū lento igne ad tertiā partē, & per linteū colentur. Vtantur molli farre, malis ſyriacis, aut dulcibus amygdalis, & pane in aqua. Si quotidiana admiſceatᵉ tertianę, detᵉ rubea & hydrotopion in potione unà, & utātur. Si nō profuerit, theriaca magna detur. Si quotidiana in tēpore ueris fuerit, curabitur potione rubeę. In cibo accipiāt gallinas, & omnia uolatilia, uinū albū, & leue, far, cicer, betas, fœniculū coctū, piſces aſpratiles. In æſtate eadē in omnibus, obſeruetᵉ curatio. In autūno ſi ſine typo fuerit, ſimiliter curabitur. Si aūt cum typo, uomitus prouocetᵉ ut ſupradictū eſt, aut cum aqua calida & oleo, aut cum oxymelle ſimplici, ut mel, & acetū. Et ſi fuerit conſtrictus, oxymel catharticū dabis, quod fit ita: Mel & acetū, & elacterij, unc. 1. hoc detur ſecundū uires ægri. Cibis ut ſuprà utantur. Si autē ſolutus fuerit, damus cibos ſtipticos, & potū ſimiliter, ut uinū gręcum coctum. Si uero ſuo tēpore uenerit, aut cum typo, aut ſine typo, primo catharticū dabis propter phlegma deponēdum, & omnes potiones calidas ſcilicet, diacalamēthum, picrā, adrianū, muſam, athanaſiā, hydrotopion, & calida. Cibos autē ſupradictos, pannos uero impone extra, oxyra croceū mixtū cum ceronio. Cataplaſma uero quod recipit hæc: Micas panis, fel terræ, æquali pondere, cōfice cum ouo molli cocto aſſo, & oleo cyprino aut laurino, & pāno inductū ſuper uiſcera impone, probatū eſt. Experimentum ad quotidianas: Recipe z in giberis, unc. 2. cinnamomi, unc. 1. laureolę, unc. 5. mellis quantū ſatis eſt.

De *quartana & cura eius.* Cap. LVI.

QVartana fit ex melācholia, aut cū frigore, aut ſine frigore. Hāc calidus & acutus præcedit morbus, atq; cholericus, ut cauſon, uel tertiana. Aut ſanguineus, ut ſynocha: aut phlegmaticus, ut quotidiana. Similiter & poteſt contingere in quotidiana, & tertiana. Vnde ſi hanc febrē cholericus morbus pręceſſerit, diętā & frigidā curam dabis, cum aqua calida mixtam. Si autē ſanguinolentus, curetur cū eis quæ cōueniunt ſynocho, mixtis cum eis medicinis quæ conueniunt quartanę. Cauſa uero quam tertiana uel cauſon præceſſerit, ita curabis, purgētur cum picra, aut cum mirobalanis citrinis, uel ſero, cū mirobalanis, & fumulo. Vtantᵉ ſirupo acetoſo cū mirobalanis, uel cū ſucco apij, & fœniculi, aut cū aqua quā ſcripſimus in quotidiana. Si aūt quartanā nullus morbus præceſſerit, in principio tribus diebus iūctis dabis theriacā magnā in modū auellanę

cum

©BIUM

cum oxymelle ſcillitico,& aqua quã ſcripſimus in quotidiana: Aut cũ ſucco fœniculi, & apij,coctis & colatis, poſtea dabis laxatiuum picrã, aut theodoton,aut hieralogodion,aut drach.3.epithymi cum ſero & ſcãmonio,drach. 6.aut uomitũ ſuperius ſcriptũ, aut uinũ in quo prius infuſum eſt elleborũ, albũ,drach.1. & s.Purgato corpore,factinam aqua plenã, in qua ſunt cocta anethũ,nepita,pulegiũ,laurus, & abſinthiũ.Intret in ea ſequẽti die quartane,& intus bibant theriacã magnã cũ oxymelle ſcillitico, & ſuccis ſupra ſcriptis,aut aqua prẽfata.Si non habes theriacã magnam,da noſtrã,aut diateſſaron,aut adrianũ,aut electuariũ diatrionpipereon,aut diapyrethrum. In die acceſſionis nil manducẽt,ſed duabus horis ante tẽpus acceſſionis intrẽt balneũ,& in eo accipiant theriacã magnã ut dixi,aut rubeã cũ uino odorifero. Exiẽs autẽ ungat renes cũ oleo in quotidiana ſcripto.Si uult mãducare in nocte,uel tranſactis 6.horis,poſt acceſſionẽ manducẽt. Si cũ typo fuerit quartana,& in æſtate,ante acceſſionẽ,dabis potionẽ muſam. Si fuerit in hyeme, utantur emplaſtro paulino,& potione diaſyluio,& unguẽto dialthea.De cibis utant rapis coctis,porris,farre,cicere,carne porcina, agnina, gallina,& pedibus porcinis,malis citonijs, & uino mediocri. In duplici quartana, da adrianũ temperatũ cũ balſamo, diæta uero ut ſuprà. Si quartana uenerit in tẽpore ueris, curabit cũ potione ſecũdi Pauli potione, & cũ muſa ænea. Vngat dorſum ex ſinapi ante acceſſionẽ.Cibos damus duros & ſtipticos,aut ut lepores,phaſianos,perdices,anates,anſeres,cicer bene coctum,granum, fabas bene fractas, fœniculũ,capita raparũ,rutas agreſtes coctas, porrũ, uinũ rubeũ, & forte nimis.In æſtate uero curabit cum potione rubea mixta cum theriaca mundiſſima,& cum uino bene tẽperato.Fumigiũ faciamus ex ſpolijs ſerpẽtis,& pelle uituli marini.Vngamus autẽ totum corpus de unguento marciaton uiridi ante horã acceſſionis ad ignẽ donec ſudet, & præterita hora acceſſionis,cibos damus ut ſuprà.In autũno curabit cum potione muſæ mixta cum hydrotopion, cum uino forti tepido,& ante horam acceſſionis dabis aquam calidã cõditam cum pipere,cymino, ruta, & uino forti,& melle.In hyeme curabit cũ potione muſarũ, adriano,diacalamẽtho, & trochiſcis, qui ad quartanariũ dicunt eſſe probati,quos in fine huius libri ponemus: petroleũ etiam bibere dabis,& ungamus dorſum,& ſtomachũ eorũ, cũ unguẽto dialthæa.Quotidie calidam bibere dabis,& cibos prędictos.

De hemitritæis febribus. Cap. LXIX.

HEmitritęus fit ex media tertiana,& media ephemerina, & ideo grande frigus.Acredinẽ enim choleræ retinet phlegma.Pigritia autem phlegmatis retinet & excitat cholerã, & ideo ſi cõmiſceantur multas acceſſiones faciunt,& dicitur fractus hæmitritęus.Nam ſi eſſet integer hęmitritęus,tunc cholera & phlegma ſunt ęqualia. Vno die fit una acceſſio, alia altero.Hi hiera purrgentur.Quod ſi negligatur,hydropici fient: At ſi cholera incendit,in ſynocham cõuertetur,uel le

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 215 sur 404

©BIUM

thargiã. Amplius. Hęmitriteus fit ſecundũ quoſdã ex materia cholerica extra uaſa, & phlegmate intra uaſa, utriſq; unius quantitatis exiſtẽtibus, ideoq; hęc febris curari debet cum medicinis inter calida & frigida exiſtẽtibus. Vnde ſi materiæ eorũ ſunt eiuſdẽ quantitatis curetur cũ rebus attenuãtibus & diſſoluẽtibus, nec frigorẽ nec calorẽ facientibus, ſicut cum lupulo, ſucco marathri, apij, mãna, uiolis, ſaccharo, ptiſana, oxymelle. Quod ſi cholera ſit maior, fit febris facilioris & leuioris curationis, & cũ mũdificatiuis curet, & modice refrigeratiuis, ſicut endiuia, & rodoſaccharo, uiola, ſaccharo, mãna, prunis, ptiſana, & cum oxyſaccharo. Si aũt phlegma dominet, hemitriteus erit moleſtior, curetur cum medicinis diſſoluentibus, & aliquantulum calefactiuis, ſicut melicrato cũ calida, ſirupo abſinthij, ptiſana, in qua cocta ſit radix apij, marathri, anethi, calamẽthi. Oxymel quoq; prodeſt, & trochiſci de roſis, uel de berberis cum ſucco marathri & oxymelle. Mel roſatũ cum maſtiche, aniſo, marathro, & aqua calida. Cũq; materia cœperit atenuari, & moueri, & ſignum decoctionis in urina apparuit, da ſuauem pharmaciã. Vomitum prouocabis poſt cibũ, dabisq; diuretica, ſicut trochiſcos de abſinthio, uel de lacca cum ſucco marathri, endiuiæ, & apij, ana, drach. 2. cum tepida. Pilulæ ad hoc ualentes: Rec. hierę picrę, calamenthi, ana. drach. 5. aniſi, marathri, apij, ana. drach. 2. tẽpera cum ſucco apij, cum tepida da. Aliud: Rec. hierępicrę, calamenthi, ana. drach. 5. aniſi, marathri, apij, ana. drach. 3. ſucci eupatorij, añ. drach. 4. fac trochiſcos cũ ſucco fumuli, da drach. 2. cũ calida.

De hectica febre. Cap. VII.

HEctica ſi ſit ſimplex, & corpus eſt humidum, immũdum humoribus, maxime putredini præparatis, bene curatur ſi cauſa per contrariũ expellat, ſicut triſtitia cum lętitia, ira cum patientia. Similiter & ea quę eſt in corporibus mũdis, cum cõtrarijs curetur. Sed in priori poſteaquã cauſa ſit expulſa, per contrariũ pellatur materia putredini præparata, cũ medicinalibus herbis & mũdificantibus, abſq; calore, & ſiccitate ſicut cũ ſucco lupuli, & rhodoſaccharo, uel uiolaſacchara, mirobalano, manna, caſſiafiſtula, uiolis & ſimilibus mixtis. Purgata materia ordinetur aẽr, locus, indumenta, cibus, & potus, odor & cataplaſmata. Aẽr frigidus cõſtituendus eſt. Locus ſeptẽtrionalis. Indumenta frigida, ſicut lana uetuſta infuſa roſis, ſandalis, & aqua roſata. Cibi frigidi calorem extraneũ extinguentes, & confortantes naturalem, ſicut ptiſanam, panis terlotus in aqua frigida, uel infuſus in uino albiſſimo, & bene cõmixto. Lactucæ cum oleribus dentur, portulaca, cucurbita, betæ, & atriplices cõdîtæ cum amygdaleo. De fructibus iſta, utraq; mala granata, melones paleſtini, cucumeres, mala maciana, mala citonia, pira, uuę paſſę, hyemales, & ſimilia. Sirupus granatorũ uel albus. In aqua cocta quã bibituri ſunt, mittant, ſpodiũ, & bolus, uel ſemen portulacę. In pauimento ſternant frondes, & flores frigidi, ut ſalices, myrtus, uiolæ & roſę. Dabis trochiſcos de ſpodio, & bolo cũ prędictis

ſirupis

©BIUM

ſirupis,& aliquando pſylliũ.Si egeſtio humida ſit,dabis quę caueant ſolutionem. Si hyems fuerit non mutẽtur, niſi forte nimis ſit frigida:Pannis igitur operiant. Si uero ſit æſtas,infrigidet aër & humectetur.Domus ſit ſpatioſa, & ſeptẽtrionales portæ, in pauimento ſternantur frondes & flores ſalicum ſemperuiua,rhãnus,iuncus,rami uitiũ,& ſimilia,& aqua paulatim ſuper ea fundatur. Nõ aũt habẽtibus humores putredini pręparatos, ungatur cutis cum ſucco lactucę,portulacę,ſucco uuę acerbę,uel ſolatri,cũ oleo roſato nõ tamẽ ſuper pectus ponant. Quod ſi mixta ſit cum putrida,aut cũ morbo in nobili mẽbro exiſtẽte,ut in diaphragmate,& pulmone, cum diuturna tuſſi, ſiti,epatiſq; dolore & ſimilibus,malum ſignũ. Caueas aquam frigidã & unctiones, niſi apoſtema habeat,propter quod eſt febris calidiſſima.Si apoſtema uero nõ ſit calidiſſimũ,caueas aquã frigidã,quę omni hecticę nocet.Virtus reparetur cum cibis & potibus,facile digeſtibilibus,& uelociter nutrientibus,& multũ. Vnde Hippoc.Facilius eſt repleri potu q̃ cibo. Nõ tamẽ pũrũ accipiat neq; tenue uinũ, neq; ſumat multũ, & ſubito, ne cito exeat,neq; nimis ſit groſſum.Cibus ſit mediocris,facileq; nutricãs, aliquãtulę groſſitiei participans, ut permanẽs in mẽbris nutriat, & cõfortet,ut uinũ aliquantulũ groſſum,lac,ptiſana,& ſimilia.Cumq; hectica febris ceſſauit,& nõ indigent alio,niſi ut corpus augmẽtet, ſumat mane lac caprinũ,ita: Lac ſtatim emulſum cũ tãtundẽ aquę calidę mixtũ ad ſuauẽ ignẽ coquat, quouſq; tota aqua conſumatur. Deinde potui detur calidũ,adeò ut ab uberibus mulctũ fuerit. Quo bibito, expectẽt quouſq; digerat:deinde ſumãt,ſtarnos, perdices, pullos gallinaceos,& ſimilia,cũ iure tamen coquant.Vinũ albũ & ponticũ mediocriter mixtũ dabis. Quod ſi nõ potuerint ſolũ lac bibere,miſceat cũ hordeo,ſimila triticea,& ſimilibus,ſecundũ q̃ uides inde digeſtiuã eſſe robuſtã. Hi uero quibus humores fuerint immũdi,ab his ſe abſtineãt,& ſumant ſolũ ptiſanã,panẽ lotum, maxime ſi egeſtio eorũ ſit cholerica.Nam febre permanente,nõ cõcedantur perdices,ſtarni,lac,& uinũ ponticũ.Cum autẽ febris diſceſſerit, lauent in balneo tepidę aquę tẽperatum aërem habente,& calor aquę ſit quaſi calor lactis cũ ab uberibus egredit.Balneũ uero manſioni eius ſit uicinũ,in lectũq; ducant ne deficiant. In fonte diu moraturi ſint,eo quod aqua fontis humectat eos,& uirtutẽ cõfortat. Fons aũt ſit ſpecioſus,& uicinus oſtio balnei, ut nõ laborent ad eũ eũdo,ne parua eorũ humidas deſiccetur.Aqua tẽperate ſit calida,quia ſi calidior ſit quàm oportet, coadunat cutẽ & eã indurat.Si frigidior ſit q̃ oportet, debili tribuet frigiditatẽ,& calorẽ naturalẽ extinguet,& cutẽ oppilat,cũ & in his pori aperiri,& cutis debeat mollificari.At nil magis aperit poros, quàm aqua tẽperate calida. Nam mẽbra delectationẽ habẽt in ea,natura excitat,ſeup omnia mẽbra diffundẽs,eo q̃ cõgaudet cõſimili,id eſt,calori aquę.Ecõuerſo agit in cõtrarijs,quia cũ odio habeat nociua,fugit ad interiora corpis. Vnde cutis ſanguinem & naturalem

©BIUM

lem calorem amittens, patitur in cute rigorē, & oppilationem, & duritiam. Pręterea in balneo moretur, donec cutis rubea, & aliquantulū tumida cœperit fieri. Tunc extrahatur à balneo, poſtquā tumor diſcedat, ne ultra manentes deſiccētur. Vt igitur caro augeat, maneatur in balneo donec cutis & tumeſcere & rubicūda cœperit fieri. Si aūt aliquis uult attenuari, poſt prędictū tumorē, adeò moreť in balneo donec tumor p̄dictus prorſus diſcedat, quia tēpus iſtud eſt ſtrictū, caue ne modus prętermittatur, maxime ſi caro fiat augēda. Verus igiť terminus erit tumor. Si aliquis magis morabiť, ad deterius ibit. Exeūtes balneū, ungātur cū frigidis unguētis, uel oleis frigidis & humidis. Balneenť igitur mane priuſquā accipiāt eſcas, uel lac, uel ptiſanā, Secūdo die ueſpere, poſtquā hęc ſunt digeſta. Lac uero priuſquā in fontē ingrediať, ſuper ęgrū emulgeať. In aqua fontis mittanť lactucę, uiolæ, & ſimilia. Poſt balneū, ſumant lac aſininū, calidum ut emulctū fuerit. Cumq; lac fuerit digeſtum, iterū balneū ingrediantur. Tertio etiā ſi uſus eo fuerit, ingrediať balneum. Caueatur tamē hoc ſi febris adſit. Mora tamē unius balnei ab alio, ſit quinq; horis. Poſtea cœnetur perdices, pullos gallinaceos, & alias gallinas. Caueāt tamen hęc ſi febrē habeāt. Caue quoq; ne eos grauet cibus. At quia lac ſolutionē facit, calidus lapis bis uel ter extinguať in eo, & ita detur. Confortata aūt uirtute, da cancros cū ſimila uel hordeo coctos. Conſumptio uero quę eſt ſine febre, & fit propter inanitionem ſubſtantialis humiditatis, caloriq; eorū extinctus eo q; ſanguis eſt paucus, reſtauretur calefaciendo paulatim. Sirupū accipiatur de iringis, pecorinā carnē manducent, uel porcinam. Vinū non multū uetus bibatur. Sedeant in aqua in qua cocta ſunt ſamſucus, baſilicon, iris. Fumigētur cum ligno aloēs. Si uirtus augmenteť, da theriacā, uel muſcatā. Pręcipiatur eis balneū ingredi. Exeuntes comedant annualem agnū uiſcellatū, & cōditum cum ſaccharo & ſpica. Bibant uinū lene, & odoriferum. Sōnus inducatur. Si tuſſiunt modice febricitātes, & ſcreant album, groſſum, & uiſcoſum, accipiant hoc: Re. liquiritię, drach. 2. paſſorū, drach. 15. capilli ueneris, drach. 1. ficus ſiccas, 10. Coquantur in 10. lib. aquę, ad tertiam & colentur, & unc. 3. dentur cū unc. 1. rhodoſacchari. Comedāt ius frumenti, & fœnugræcum. Sumant hoc elacteriū Rec. ſeminis lini, unc. 3. medullę, ſeminis bombycini, unc. 2. orobi, unc, 2. ſucci liquiritiæ, unc. 3. mellis quantū ſufficit. Aliud, Rec. ſucci cauliū, lib. 1. & s. coque uſq; ad mel. Aliud: Rec. marathri radicis, apij, aniſi, añ. drach. 2. Seminis maluę, drach. 3. lini ſeminis drach. 3. & s. ficuū ſiccarū, & paſſorū ana. drach. 15. Coquanť in 9. lib. aquę ad tertiam, da quotidie ad bibēdum, unc. 3. cū rhodoſaccharo, uel uiolę ſaccharo. Si calorē nō habēt, & nō ſit hyems, cū melle, unc. 5. accipiať. Si autem ſolutionem habēt, & tuſſim, da hoc: Rec. portulacę, myrtilli, citonij, ana. unc. 3. baſilici, unc. 3. & s. herbę acetoſę, unc. 4. Aſſentur, & puluerizentur, da drach. 3. cum ſirupo myrtino. Electuarium utile tuſſiētibus, maxime

quibus

©BIUM

quibus in pectus ore & pulmonē groſſi & uiſcoſi humores deſcēdunt: Rec. cancrorū lauatorū aſſatorū, unc.20. Iuiubarum drach.1. paſſorum enucleatorum, unc.2. liquiritiæ, unc.1. capilli ueneris, arnogloſſæ, ana. unc.5. ſeminis maluæ, unc.3. in 7. lib. aquę coque ad tertiā, deinde recoquatur cū tātundem mellis, uel ſacchari. Pòſt tēpera puluerē horum, gummi, dragaganti, ſeminis citoniorū, añ. unc.7. amygdalis dulcis, unc.8. cucumeris, unc.1. portulacæ, unc.6. amyli, unc,7. papaueris albi, unc.5. tēperentur cum ſuperioribus. Si ſanguis emittitur cum tuſſi, dabis hæc: Rec. coralli, roſæ, carabæ, añ. unc.3. myrtilli, unc. 4. gūmi, dragagāti, portulacę, boli, cimoleę, ana. unc.5. acacię, ſucci hypociſtidos, añ. unc.3. ſucci liquiritiæ, ſpodij, añ. unc.6. coriandri, in aceto infuſi & aſſi, 7. unc. tēpera cum aqua roſata & ſicca. Item fac puluerem, & tēpera cum ſapa myrtina. Si aūt hectica ſit mixta cum putrida, curari impoſſibile eſt. / Hierapicra noſtra: Rec. carpobalſami, xylobalſami, ſquinanti, aſari, maſtichis, croci, ſpicę, cinnamomi, ęquali pondere, mel. Vt proſit paraliticis, & podagricis, adde turbith, hermodactylis, ſene, agaricū, ſecundū pondus aliorū, epaticis proficit, addito eupatorio. Prodeſt ſtomacho, ſi addas abſinthiū. Viſui quoq; ſi miſces mirobalanos citrinos. Prodeſt hęmorrhoidi, ſi iungas bdellium. Prodeſt omni paſſioni capitis, uiſui, dolori ſtomachi, colicę, hypochondrię, nephreticis, quartanæ, quotidianę, inflationi, ructatui, & omnibus morbis frigidis pōdus aloēs mittatur, ſecundum naturam accipientis. In forti mitte duplum & dimidium, in debili, quātum eſt puluerís. In mediocri tantū & dimidium. Vt phlegma bene purgetur, mittatur agaricum, ſene, turbith. Vt melancholia, polipodium, elleborum nigrum, & nidt. Vt ſtomachos & epar confortetur, addatur eupatorium, uiolę, abſinthij, & capilli ueneris. Vt uentoſitas à ſtomacho expellatur, & dolor ab eo, & ab inteſtinis, adde aniſum, apium, marathrum, & carui. Omnia ſemina ſecundum idem. Thedoriton noſtrū: Rec. aloēs, drach.9. agarici, drach.24. æquale pondus, croci, 6. drach. rheūbarbari, drach.3. aſari, ireos, ſcordion ſylueſtris, balſami, xylobalſami, añ. drach. 4. coſti, drach. 8. acori, maſtichis, gariophylli, cinnamomi, drach.6. caſſię ligneę, ana. drach.12. epithymi, drach.8. ſpicę, drach.6. chamędreos, drach.8. myrrhæ, drach.2. piperis trium granum, euphorbij, ana. drach. 4. ſquinantis, drach.2. gētianæ, drach. 4. amomi, ſcāmonij, ana. drach.18. mel prodeſt diuturnis capitis paſſionibus, uiſui obſcuro, maniæ, cephaleæ, uertigini, lepræ, ſcabiei, & omni paſſioni melancholicæ, & diuturnis febribus, dolori epatis, ſplenis, renum, colicę, podagræ, fœmoris dolori, iſchiæ, menſtrua mundat, ſuffocationi matricis prodeſt, & eſt catharticū ſine anguſtia. Pilulæ cochiæ aptę ſtomacho & dolori ilij & uentris, & colicæ: Recipe aloēs, ſcammonij, maſtichis, abſinthij, colocynthæ, æqualiter, fac pilulas, cum ſucco abſinthij, uel fœniculi, in modum fabæ da quinque uel ſeptem cum uino.

Blanca

©BIUM

Balnea: Recipe opopanacis, terebenthinę, galbani, asæ fœtidæ, cassorei, antimonij, euphorbij, agaricis, colocynthę, ellebori nigri, polipodij, tapsię, rutæ, squinanti, peucedani, asari, cyperi, pioniæ, betonię, chamędreos, amonij, polij, petrosilini, libistici, seminis rutæ, sanguinis draconis, ana. drach. 1. cinnamomi, gariophylli, mastichis, cardamomi, anisi, marathri, balsami, añ. drach. 1. & s. ambrę, drach. 1. allij, drach. s. mellis quantū sufficit. Diahermis. Rec. agarici, asari, calami aromatici, acori, cordumeni, seminis rutæ, euphorbij, phu, hyssopi, ana. unc. 1. gariophylli, ameos, ana. unc. 2. centaureæ minoris, drach. 8. costi, cassiæ, aristolochię, ana. unc. 3. prassij, polij, ana. unc. 3. chamædreos, chamepiteos, scordeon, añ. unc. 8. mel. Da drach. 2. pdest artheticis, podagricis, dolori fœmoris, duritię epatis, & spleneticis, ictericis, epilepticis, uertigini. His tamen si ex frigiditate. Triphera nostra: Recipe mirobalani citrini, unc. 6. chebuli, unc. 3. indi. unc. 1. & s. belilicis, emblicis, ana. drach. 6. mastichis, drach. 1. anisi, seminis marathri, ana. drach. 1. spicæ, gariophylli, lignialoës, ana. drach. s. cassięfistulæ, unc. 3. mellis quantum sufficit. Diacyminum omni dolori, & uentositati uentris ex frigiditate cōfert: Rec. spicæ, amomi, asari, zingiberis, gariophylli, piperis lōgi, cinnamomi, macis, mastichis, nucis muscatę, cardamomi, folij, añ. unc. s. Cū infusi in aceto, & assati, quantū omnia mel, da in modū nucis cū uino.

Diaspermaton inflationi stomachi, & uentris, & indigestioni confert: Recipe carui, anisi, cinnamomi, cardamomi, apij, ameos, añ. drach. 3. gariophylli, spicæ, añ. drach. 3. zingiberis, piperis longi, ana. drach. 4. sacchari exagia 20. Dialacca prodest opilationi epatis, & splenis, de frigiditate, & duritię apostematis in stomacho, dolori splenis, hydropisi, uētositati, hypochōdrię: Recipe costi, spicę, carpobalsami, xylobalsami, cassię, asari, cinnamomi, croci, squinanti, rheumbarbari, mastichis, aristolochiæ utriusq, ana. drach. s. myrrhæ, gentianæ, marathri, anisi, apij, polij, gariophylli, eupatorij, absinthij, cinnamomi, nucis muscatæ, cardamomi, cubebę, ana. exagiū. 1. laccæ, drach. 7. mellis quantū sufficit. Diarheūbarbarū ad idem: Rec. rheūbarbari, drach. 1. cassiæ, asari, myrrhæ, squinanti, aristolochię longę, & rotūdæ, ana. drach. 1. costi, croci, cinnamomi, spicę, ana. drach. 2. mel. Da drach. 2. cum apozemate de radicibns. Diarhodon ex his constat: Rosę, & sacchari, ana. lib. s. spodij, sandali albi & rubei, añ. unc. 1. seminis portulacæ, drach. 6. mastichis, succi liquiritię, dragaganti, berberis, ana. drach. 6. cubebę, cardamomi, ligni aloës, spicę, cinnamomi, semē citrolis, cucurbitę, & melonis, croci, drach. 1. & s. cāphoræ, drach. 1. sirupū rosatū, uel mel coctus in aqua rosata. Diacodion, uel diapauaueris, catharros, asma, & tusses curat: Recipe papaueris albi, liquiritiæ, amygdalis, penith, ana. drach. 20. dragagāti, gummi, liquiritiæ succi, anisi, amyli, marathri, ana. drach. 10. portulacę, seminis citoniorum, añ. drach. 3. fabę fractę, drach. 6. cucurbitę, melonis, hyssopi,

mastichis,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 220 sur 404

maſtichis,croci,ana.drach.5. pro calore cum ſirupo tēperetur,pro frigore, cum melle,da in modū caſtaneę. Diapraſſiū noſtrum:Rec.ireos,unc.4. praſſij,pulegij,calamēthi, ficus,ana.unc.5.liquiricię,unc.4.ſcyllæ,hyſſopi nucleorum,unc.2.fœnugręci,drach.1.infuſi in aqua,die ac nocte. Hæc cocta ſufficienter,& colata, iterum colatura coquatur, cum tantundē mellis, da cochlearium unum ter in die. Benedicta podagricis,arteticis,& paralíticis,nephreticis prodeſt:R.pyrethri,ſpicę, piperis lōgi & nigri,zingiberis, ana.drach.5.roſæ,ſalis gemmę,maſtichis,ana.drach.1.& s.turbith, drach. 20.ſcammonij,unc.2.ſacchari,ſcrup.40.da in modū caſtaneę cum calida.

Diamargariton cōſtipationi epatis, ſplenis, frigiditati matricis,mēſtruis prodeſt,quartanā aufert, tuſſim & ſpiritus difficultatē: Rec.cicutæ ſeminis, drach.5.thuris,maſtichis,carpobalſami, caſſię,roſmarini,piperis,croci,ſpicæ, ana.drach.5. zedoaris,ariſtolochię,utriuſque ana.drach.10. deronicæ, drach.2.epithymi,zingiberis,coſti,ana.drach.6.gariophylli,drach.5. elleborí albi,cymini,roſæ,ana.drach.5.cyperi,drach.10.aloēs,drach.7.margaritarū,drach.1.da drach.1.poſt 8.menſes. Diaſulphur,anhelitui,ſuſpirio, tuſſi,& uitio ueſicę cōfert.Rec.piperis longi unc.1.hyoſcyami,cardamomi, myrrhę,thuris,coſti,ariſtolochię longę,mādragorę,euphorbij,unc.s. opij, unc.s,croci,drach.12.ſulphuris,unc.1.mane da quantum eſt auellana, cum calida Diahirundinis anginę,& omni prefocationi prodeſt.Recipe aniſi, apij,ameos,ſquinanti,ireos,cinnamomi,amomi,ariſtolachię longę, alumínis,ſeminis cicutę,liquiritię,myrrhę,caſſię,croci,ana.unc.1. crocomagmatis,roſę,ana.unc.2.coſti,cineris uſtarum,hirundinū,ana.unc.5.ſpicę,amyli,ana.unc.1.gallarum numero 10.mellis quantum ſufficit. Da ptiſanam cocta cum liquiritia,& inungatur quater in die. Crocomagma: Recipe cinnamomi,croci,ana.drach.2. roſæ, amomi, coſti,myrrhæ, ana. drach.5. ireos,folij,ana.drach.2.& s.fac trochiſcos cum uino. Diacoſtū pro ſplene,& epate propriū,& apoſtemata & uentoſitatem habentibus: Rec. coſti, cinnamomi,ana.unc.1.apij,aniſi,ſquināti,ana.unc.6.caſſiæ ligneæ, drach. 7.aſari,croci,ana.drach.5.laccę,ariſtolochiæ utriuſque,ana.drach.5.mellis quantū ſufficit, da ut caſtaneam. Rubrica noſtra, Rec. opij, unc.4. croci orientalis,aniſi,unc.5. cardamomi,carpobalſami,ſtoracis,calamitę,baccarū lauri,ana.unc.1.mel da quantū una auellana,cum calida. Trochiſci camphorati ad nimium calorē ſtomachi,cordis,epatis:Rec.roſę,ſpodij, ſacchari,ana.drach.7.ſeminis cucumeris,xyloaloēs, croci,cāphoræ,ana. drach 1. liquiritiæ,ſeminis portulacę,ana.drach.1.& s.tēpera faciēs trochiſcos cum aqua in qua eſt infuſum pſyllium, fac pondere drach.1. da drach. 1. cum ſirupo albo. Diarhodon cum muſco: Rec.ſandali albi,drach.1.rubei unc. 1.& s.draganti,unc.1.gummi,drach.5.aſari,croci,aniſi, marathri, camphoræ,pernę,aniſi,drach.1,maſtichis,cardamomi,ligni aloēs, gariophylli,cinnamomi,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 221 sur 404

©BIUM

namomi,ſpicę,liquiritię,rheumbarbari,ſeminis baſilici,berberis,galiæ, ſeminis ſcariolę,portulacę,citreoli,cucumeris,cucurbitę,melonis,añ.drach. 2.ſacchari candi,roſæ,ana. drach.8. roſarū quantum ſufficit, prodeſt tuſſi, cardiacę,epati,ictericis,febri,corq; lætificat. Stomachicon Ioan.Damaſceni,purgat cholerā rubeā & nigrā,& phlegma:Rec.hierę picrę,mirobalani citrini,agarici,añ.drach.2.turbith,drac.6.ſalis gēmę, epithymi,ameos, aniſi,drach.1.tēpera cum ſucco ſcariolę,fac pilulas in modū piperis,da cum aqua tepida in modum auellanæ. Diatrion pipereon, ualens ſtomacho ex frigiditate læſo quem incredibili celeritate emendat, & apoſtematū humores nephreticos,& quartanos typos,mirifice emēdat: Rec.gariophylli, zingiberis,folij,amomi, petroſelini,dauci,aſari, hyſſopi,cyperi,aniſi,apij, ſiſelei,ameos,coſti,ſpicę,añ.drach.4.leucopiperis,& nigri, drach.3. macro piperis,drach.2. mellis quantū ſufficit Phyloniū ualet ilioſis, fluxui ſanguinis de uulua,abortū,egeſtionē uomitū & ſaniē curat,ſanitatēq; cuſtodit: Rec. piperis albi,hyoſcyami,ana.drach.20.opij, drach.10. terræ ſigillatæ, drach.10.croci,drach.5.ſpicę,myrrhę,pyrethri,euphorbij,añ.exagium 5. uel 1.cāphoræ, ſcrup.1. Diaporica imperialis pro ſolutione,cū ſiti,& ſtomachi defectione:R.ſacchari,malorū granatorū,uuarū agreſtiū,añ.drach. 1.amygdalarū tritarū,unc.4. cāphoræ,ſcrup.3.ſandali,ſpodij,ana.ſcrup.2. propria diaporica fit de malis pyris,citonijs,meſpilis,ſorbis,puluereq; egritudini cōueniente. Trochiſci de ſandalis,febribus acutis,ſiti nimiæ,calori epatis,ſtomachi,linguæ ſiccitati.Rec.roſę,ſpodij,& ſacchari,ana.drach. 4.ſandali, albi & rubei,ſeminis portulacæ,ſucci liquiritiæ, in qua infuſum pſyllium,da drach.1.cum ſirupo,uel cum ſucco prædictarum herbarum.

Theodoriton cum nuce muſcata,diuturnis capitis paſſionibus, uiſui obſcuro,maniæ,uertigini,leprę,ſcabiei, & omni paſſione ex melācholia,febribus diuturnis,dolori epatis,ſplenis,renū,colicis,podagricis, femoris dolori,iſchiæ:menſtrua prouocat,& mūdat ſuffocationē matricis,& eſt catarthi cū ſine anguſtia:R. aloës,drach.60.agarici,drach.24.croci,drach.3. rheū barbari,drach.4.aſari,ireos,ſcordion,balſami,carpobalſami,,añ.drach.4. coſti,drach.7.acori, maſtichis,gariophylli, cinnamomi,añ.drach.6.caſſię, nucis muſcatę,caricarū,añ.drach.12.epithymi, drach.18.ſpicę, drac.6.chamędreos,drach.8.myrrhæ,drach.2.piperis trium granorū,euphorbij,añ. drach.4.ſquināti,drach.2.gētianę drach.amomi,ſcāmonij,ana.drach.18. Pro dolore capitis,& ſtupore hemicraneo,utere picra theodoriton, & pilulis cochis.Si ſit ſine ſtupore,da paulinum.

Pro epilepſia,uertigine,& ſcotomia,da blancam, & diahermis.

Pro ſtomacho,da picram & tripherā noſtram, uel magnā,aut diateſſaron.

Pro dolore ilij,phylonium,uel de regis potione,poſt mitigationem, detur ei picra per dies 10,ſine diagridio,& liberabitur.

Pro uento,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 222 sur 404

Pro uentoſitate ſtomachi, diaſpermaton, uel diacyminum.
Pro epate, dialacca uel diairia, ſi ſit cum frigiditate.
Pro epate cum calore, diarhodon uel triaſandali.
Pro ſplene, diacoſtum da.
Pro paralyſi, da pilulas de euphorbio & coſto.
Pro tuſſe calida, da diapapaueris.
Pro tuſſe frigida, da diapraſſium noſtrum.
Pro gutta, podagra, paralyſi, da pilulas, & benedictã, uel opopirã noſtram.
Pro matrice, da diamargariton, picram & theodoriton, & tripherã magnã.
Pro aſmate frigido, da diaſulphur.
Pro aſmate calido, da diapapaueris
Pro angina, diahirundinis, da uel diamoron, uel mithridatum.
Pro quotidiana cum frigore, & quartana, da muſam, & aliquãdo uomitum moue.
Pro tertiana, da rubeam.
Pro ſynocho, phlebotomiam utere.
Pro phreneſi, phlebotomia & clyſteri utere.
Pro lethargia, theodoriton anacardon.
Pro cauſone, trochiſcis camphoratis, uel detur oxi.
Pro cardiaca, ſi ſit cum frigiditate, da diamargariton.
Pro cardiaca ſi ſit cum calore, da diarhodon, cum muſco factum
Pro ſolutione, da diacodion cum ſirupo myrtino.
Pro ſolutione hęmorrhoidarum, diacoſin.
Pro uoce, dialacca detur.

Trochiſci de roſis, calori ſtomachi, & dolori, & eius apoſtemati utiles: R. roſę, drach. 5. liquiritię exagiũ 4. meliloti, ſquinanti, chamomilæ, añ. drach. 4. maſtichis, carpobalſami, ana. drach. 2. fac trochiſcos cum aqua roſata.

Trochiſci de berberis proſunt epati, ſtomacho & ſpleni: Rec. berberis, maſtichis, cucumeris, ſpodij, ana. drach. 1. roſæ, drach. 12. da cũ ſucco marathri, uel ſcariolę, uel ſolatri, cum aqua in qua cocta ſunt liquiritia, ſquinantũ, ſpica, & eupatorium.

Finis.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 223 sur 404

©BIUM

CONSTANTINI AFRICANI MEDICI, DE VRINIS liber compendioſus, ſed multa bona complectens.

De urinis. Cap. I.

RINA eſt aquoſitas ſanguinis, à ſanguine, natura hoc faciente, ſeparata. Et quia ſanguis in epate generatur, neceſſario per urinam oſtenditur, quanta ſit uirtus naturalis, uel actio digeſtionis in epate, & uenis, & etiam in cæteris membris, & hoc ex illorum affinitate. Per eam etiam paſſiones in uaſis urinalibus, & epate exiſtentes oſtenduntur, ſicut in renibus & ueſica. Demonſtrat igitur proprie uel fortitudinem epatis, & uenarum aut paſſiones eorum, renum ſcilicet & ueſicæ. Signat etiam morbos aliorum membrorum quamuis improprie. Nō enim certe pulmonis, epatis, pectoris, diaphragmatis, & cæterorum paſſiones urina demonſtrat. Igitur urina uidēda eſt, quę fit in nocte poſt digeſtionem. Verum quia in urina tria conſiderantur diuerſa, color, liquor, hypoſtaſis, neceſſe eſt ut aliud color, aliud liquor, aliud hypoſtaſis oſtendat. Alia enim eſt cauſa coloris, & alia liquoris, & alia hypoſtaſis. Cum enim in operibus humanis quatuor ſint qualitates ſimplices quatuor complexionum conſtitutiuæ, neceſſario duæ harū, id eſt, calor & frigiditas, faciūt in urina colores, & duę, id eſt, ſiccitas & humiditas liquorem ingroſſatū & ſubtiliatū. Calor enim facit rubeam uel croceā, auream, uel citrinā. Frigiditas uero albam, nigram, plumbeam, & liuidam. Siccitas quoq; ſubtiliat. Humiditas liquorem ingroſſat. Si igitur calor & humiditas dominātur, urina erit rubea uel aurea propter calorem, & groſſa uel ſpiſſa propter humiditatem, & dominari ſanguinē oſtendit. Si uero caliditas, & ſiccitas, urina erit rubea uel aurea propter calorē, & clara propter ſiccitatem. Vnde in cholericis urina fit rubea, & ſubtilis Si autem frigiditas & humiditas dominantur, urina erit alba propter frigiditatē, & groſſa propter humiditatem. Si autem frigiditas & ſiccitas, urina alba & clara erit. Phlegma igitur urinā albam & groſſam reddit. Cholera uero nigram, albam & ſubtilem facit. Sanguis, rubicundiſſimam & groſſam. Cholera uero rubea, aureā, uel croceā, & ſubtilem. Igitur ſecundū hos quatuor humores, quatuor ſunt urinę colores. Albus enim & groſſus ſignat phlegma. Aureus, choleram rubeam. Rubicundiſſimus, ſanguinem. Nigrū, choleram nigrā. At cholera nigra aliquando album, aliquando nigrū colorem facit. Si enim frigida eſt, facit albū colorem. Si uero calida eſt, & ſicca, nigrū & ſpiſſum colorem, generabit. Hŋ ſunt colores ſimplices generati humoribus, Verum humoribus inter ſe commixtis, & colores commixti erunt. Miſceantur

©BIUM

ſcentur uero,uel ęqualiter,uel inęqualiter. Si omnes ęqualiter comiſceãtur, color erit aureus,in ſubtilitate,& groſſitudine medius. Si inęqualiter,etiam colores econuerſo fient. Verbi gratia:ſi ſanguis ęqualiter cũ cholera cõmiſceatur,fit color rufus & ſubtilis. Si autem ſanguis choleram excedat, color ſit rubeus,& nõ multũ ſubtilis. Si uero cholera ſuperabũdet,fit color ſubrufus,liquor ſubtilis. Quod ſi phlegma cũ cholera nigra cõmiſceatur,& commixtio ſit æqualis,color erit cinericius. Si autẽ phlegma ſuperet, plumbeus color apparet. Si autem cholera nigra exuperat,& cholera ſit frigida, & ſicca,color erit liuidus. Si autẽ eſt aduſta, color erit uiridis. Item ſi ſanguis cum phlegmate miſceatur,& cõmixtio eſt ęqualis, color erit citrinus cum groſſitudine. Si autẽ phlegma ſuperat,color ſit ut uitellum oui. Si autem ſanguis cum cholera rubea,fit color citrinus. Si quoq; plus hic dominatur, fit color croceus uel aureus. Rufus color fit,cũ ſanguis miſcetur cum cholera,& ſunt inter rubicundiſſimum & citrinũ. Si plumbeus & ſiclinus ſunt inter album & nigrum. Sed plumbeus oſtendit quod phlegma plus abundat. Siclinus autem cholerã nigram abundare ſignat. Si frigiditas magis,& magis abũdet, fiet color liuidus. Quoniam igitur diximus qui humores faciunt colores,& qui groſſitiem, & etiam ſubtilitatem, dicendum eſt de unaquaq; urina quid ſignat,& ſecundũ colorẽ,& ſecundũ groſſitudinẽ,& ſubtilitatẽ hypoſtaſin.

De albo colore. Cap. II.

COlor albus conuenit cum ſubtilitate, quia albedo urinæ ſignat nimiam frigiditatẽ,& nullum à natura ſignat coctionis eſſe inceptum. Ideoq; & hic cum ſubtili conuenit liquore. Nam facilius eſt naturę colorem album aliquantulum tingere, quam id quod eſt ſubtile aliquantulum ingroſſare. Prius igitur incipit natura ſubiectam materiam colorare,quàm humorem coquendo turbare. Aliquando tamen alba egreditur,& groſſa, cum humores phlegmatici ad renes deſcendunt,urinã ingroſſantes. Vrina igitur ſi ſit in ſanis alba & ſubtilis, & nimiã frigiditatem oſtendit,& defectionem naturalis caloris,cibum digerentis,& hoc aut in epate,aut in ſtomacho,uel in cęteris mẽbris. Si in epate,color faciei erit liuidus,labra,maxime palpebrę tument,epar eſt graue. Si aũt calor naturalis in ſtomacho deficiat,& ob hoc urina alba & ſubtilis,grauitas & inflatio ac ructatus eſt, & crudus etiã ſtomacho egreditur cibus. Si uero hoc fiat calore in mẽbris deficiente,tumet totũ corpus, & maxime facies & pedes,& coxæ ſunt debiles. Vrinaq; alba & ſubtilis, ſignat oppilationẽ,uel diabeten. In febre autem acuta ſignat futurã alienationẽ. In morbis diuturnis, ſicut epilepſia,podagra,quartana,& ſimilibus,malum. Materiam enim crudiſſimam oſtendit,& morbum fore nimis diuturnum. In febre autem acuta apparens,alienatione exiſtente,mortem expectabis,maxime ſi in quarta die

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 225 sur 404

©BIUM

appareat, ante ſeptimã morietur. Vrina quoq; hęc lapides & harenas in renibus eſſe oſtendit, maxime ſi in anchis pruritus ſit, & in pene ſit dolor. Vrina hæc hydropiſim futuram nuntiat, maxime ſi icteritia appareat. Signat quoq; cõſumptionem corporis, ſi cum febre fit leni ac faſtidio. Vrina hæc ſi in criſi ſic diu permaneat, membrorum ſolui ſubſtantiam ſignat. Quod ſcitur liuore faciei, & concauitate & ſiccitate oculorum, & calore renum atque ſtomachi. Vrina aquoſa uniuerſaliter & in ſanis, & in ęgris eſt peſſima, excepto ſi in acuta febre poſtquam rubea fuerit, appareat alba & tenuis, & hoc in die cretico nebula in ſuperficie calicis apparente. Hæc ſignat ægrum euaſurum, non tamen in breui, & aliquando raro, aliquãdo tamen bono ſigno apparente, curatur ęger, ſi natura faciat criſin cum apoſtemate.

De alba & groſſa urina. Cap. III.

VRina alba, & groſſa, ſi prius fuerit ſubtilis, & poſtea appareat groſſari, bonũ, quia morbus determinabitur per apoſtema. Videas tamen utrũ urina exeat ſubtilis, & ſubtilis maneat, an exeat ſubtilis, poſtea fiat groſſa. Aut groſſa exiens, permaneat groſſa, an poſtea fiat ſubtilis. Sed ſubtilis ſi in eadem permanſerit qualitate, peſſima eſt propter prędicta. Si autem ſubtilis exiens fiat turbida, ſignat naturam incepiſſe ut dictum eſt digeſtionem: ſi in die nuntia maxime appareat, bonis ſignis exiſtentibus. Si autem quæ exit groſſa, permaneat groſſa, groſſam ſignat uentoſitatem, & humorum ebullitionem. Quæ ſi ſit cum febre, & fit groſſa in initio, & groſſa permaneat, timorem nuntiat, maxime ſi pauca eſt, & uirtus debilis. Signat enim humores groſſos, & multos, cũ igneo calore. Si aũt exiens groſſa, poſt paruum tempus ſubtilietur, aut erit fortitudine naturę, aut debilitate ipſius in ipſam quam cœpit morbi digeſtionẽ deficiẽtis. Quod ita diſcernitur: Si hoc contingit fortitudine naturæ, febris calor iam cœpit mitigari, & accidentia morbi minui, & uirtus augeri. Si uero contingit debilitate naturę, econuerſo ſcias fieri. Vrina alba & groſſa, ſi ſit cum leni febre, uel diuturno morbo, & in initio morbi, ſcias morbũ nimis eſſe diuturnum. Sed tamen ſi in die nuntia, uel cretica appareat, & maxime in quarto die, ſcias morbum per apoſtema finiri. Si autem poſt diem creticam appareat, morbi reciprocatio fit. Si uero primo die cretica appareat, determinabitur morbus cum apoſtemate poſt auriculas. Eſt enim proprium laboriоſe febris, ut determinetur cum apoſtematibus poſt auriculas, & in articulis orituris, niſi materia deponatur inferius, & cum urina expellatur. Vrina groſſa, & alba cum febre leni, longum morbum oſtendit. Cum acuta exiſtens, uicinum periculum. Oſtendit enim morbum eſſe commixtum ex acuta, & cholerica materia, & ex groſſa phlegmatica. Vrina hęc ſi putrida ſit,

mala

©BIUM

mala eſt in nephreticis, & in eis qui patiuntur, in hypochondriis, & epilepticis.

De citrina, uitellina & flaua. Cap. IIII.

HEli tres colores cum claritate cõueniunt, quia cruditatem ſignificant. Si autem urina incipit inſpiſſari, ſalutem ſignat. Hĩ tamen tres colores differunt inter ſe. Flauus enim crudior eſt uitellino. Vitellinus uero minus ſignat decoctionem, quàm citrinus. Hę tamen urinę diuturnitatem in febribus enuntiant morbi, ſi febres ſunt lenes. In acutis uero, malum. Timendum uero ne moriatur ante ſtatũ. In epilepticis autem, & paraliticis, bonæ. Similiter autem in frigidis morbis apparentes. In ſanis quoque bonæ. In ægris malę, & maxime in calidis, multo peiores in acutis.

De urina ignea uel aurea. Cap. V.

IGnea urina uel aurea quia ſemper cum claritate cõuenit, bona ſecundũ colorem, non tamen perfecte bona, quia oſtendit nondum bene operatam eſſe naturam, ſecundũ ſubſtatiã quia ſubtilis. Sciendum tamen quia unaquaq; urina, ſiue in ſano, ſiue in infirmo, ſecundum cõplexionem propriam & naturam exiſtens, bona. Mala uero, ſi econtrario fuerit. Nam alba, & ſubtilis in puero, iuuene, ieiunantibus, laborantibus, & cholericis & ſanguineis morbis exiſtens, mala. In ſenibus, & mulieribus non mala. Similiter flaua, uitellina, & citrina, in prędictis paſſionibus cholericis, & ſanguineis, mala, quãuis minus quàm alba & ſubtilis. In frigidiſſimis autem morbis non adeò mala. Aurea uero crocea in ſanguineis paſſionibus, ut ſynocho, pleureſi, & phreneſi, mala. In cholericis uero & phlegmaticis morbis bona. Hæc enim urina dominari choleram ſignat. Si tamen diu ſic permaneat, ſecundũ colorẽ, & ſubtilitatem, & nõ hypoſtaſim habeat, defectionem uirtutis ſignat. Icteritia tamen ſi appareat, eſt bona. Hæc etiam urina ſi cum phreneſi ſit, peſſima eſt, & maxime ſi ſit cum dolore capitis, ſignat choleram nimis abundare. In ſpleneticis quoq; mala, & maxime ſi nebula ſit in ea nigra. Signat enim ſplenem ex cholera incenſa.

De urina rubicundiſſima. Cap. VI.

VRina rubicundiſſima turbida eſt neceſſario. Signat enim naturam dominari in decoctione, & ſecundum colorem, & ſecundũ liquorẽ. Signat & ſanguinem dominari. Quod ſi ſit ſubtilis, ex cõmixtione fit cholerę rubeæ, & hęc talis ſignat dolorem in capite & alienationẽ. Sed prædicta urina rubea & turbida, ſignat groſſum ſanguinẽ in uaſis epatis, & uenis, Ideoq; ſignat, pleureſim, dolorẽ pectoris, tuſ-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 227 sur 404

©BIUM

ſim & phreneſim, uel ſignat anginam. Præuideas tamen utrum groſſities huius urinæ ſit ex natura, uel ex incenſione ſanguinis. Nam ſi groſſities ſit cum hypoſtaſi & maxime alba, & bonis ſignis apparentibus, bonum. Signat enim hoc eſſe ex actione naturę. Si autem ſit cum malis ſignis, ſicut aſperitate & nigredine linguę, tremore cordis, dolore hypochondriæ, uigilijs, alienatione, ſignat turbiditatē non eſſe ex actione naturæ, ſed ex nimia aduſtione, & eſt ſignum malum, maxime ſi pauca ſit. Vrina ſi ſit rubea, & groſſa, & multa in febri acuta, bonū, maxime ſit cum multa hypoſtaſi. Febris enim diſſoluitur, & maxime ſi cœperit ſubtiliari, & hoc in cretico die. Vrina rubicundiſſima, cum ileo, peſſima. Vrina rubea & groſſa, quæ non clarificatur, cum dolore aurium, & ſurditate, & capitis dolore, & tenſura hypochondriorum, icteritiam, ante ſeptimū diem nuntiat, & tamen peſſima. Si tamen ſubtilis fiat, & habet hypoſtaſim obſcuram, mentis alienationem oſtendit. Vrina roſea, & groſſa, ſi ſit parua in hydropiſi mortem nuntiat. Vrina clara debet eſſe naturaliter. Ideoq; etiam hæc quę groſſa eſt longum morbū demonſtrat, crudior tamen eſt ſubtilis. In ea enim quæ groſſa eſt, tempus eſt neceſſarium, ut ſubtiliet per totum. In ſubtili uero, longius tempus fit neceſſariū, ſi ubi primo commiſceatur & bulliat, turbetur, & groſſa efficiatur: Deinde ſubtilietur, & clarificetur. Vrina quę temperamento ſunt uicinę, ſicut aurea uel rufa. Hij enim colores ſignificant naturæ conuenientes actiones eſſe, & inde colores & liquores uicini ſunt temperamento.

De urina nigra & pauca. Cap. VII.

VRina nigra & pauca in acuta febre, mortalis. Vrina nigra in febre quartana, ſolutionem morbi ſignat maxime in ſtatu. Vrina nigra in mulieribus quibus ablata ſunt menſtrua bonum. In cæteris autem paſſionibus maxime acutis malum. Vrina enim nigra in acutis morbis ſpaſmū ſignat. Si autem ſit cum alienatione & faſtidio, mortem nūtiat. Vrina hęc in pleureſi, mortalis. Vrina hęc cum febre acuta & hypoſtaſi non apparente, ſimiliter ſi ſit cum febre & anhelitu, & ſudore in pectore, mortalis. Vrina quoq; hęc mortalis eſt in omnibus paſſionibus, exceptis quartanis, & in quibus ceſſata ſunt menſtrua, & in ſpleneticis, & quibus dolor in pectore.

De urina uiridi & groſſa. Cap. VIII.

VRina uiridis cum groſſitudine conuenit. Hęc incenſionē ſignat. Si igitur ſit cum febre leni, conſumptionem ſignat corporis. Si ſit cum acuta febre, alienationem oſtendit. Vrina hęc cum febre acuta, ſignat ſpaſmum, maxime ſi extrema ſint frigida.

De hypo-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 228 sur 404

©BIUM

De hypoſtaſibus. Cap. IX.

HYpoſtaſis conſideratur, aut ſecundum locum in quo eſt, aut ſecundum colorem, aut formam, aut ſecundū tempus in quo debet apparere. Secundum locum, quia uel in ſummo calice appa ret, uel in medio, uel in fundo. Secundū colorem, quia uel alba, uel nigra, uel rubea. Secundum formam, quia aut continua, aut diuulſa, aut rotūda, uel aliter exiſtens. Secundū tēpus, quia ab initio morbi apparet, uel in cretico die, uel in alijs temporibus. Si igitur hypoſtaſis ſit alba, & tamen ubi nebuloſa, ſignificat naturā incepiſſe materiā coquere. Si autem in medio ſit, oſtendit naturam medie decoxiſſe materiā. In fundo exiſtens, totam materiam eſſe decoctam oſtendit, maxime ſi ſit leuis, alba, coniuncta, pinea, & in cretico die, & urina ſit rufa. Sed tamen non in omni tēpore, nec eodem modo oſtēdit naturam eſſe debilem, & in digeſtione morbi deficere, & maxime ſi ſit in initio. Hypoſtaſis quę eſt in ſummo calicis, & eſt quaſi nebuloſa, & eſt rufa, aut aurea, acumen morbi nuntiat. Si autē groſſa quaſi farina, longum morbum nūtiat. Nigra, alienationem. Nebula nigra in periodicis quartanam futuram nūtiat. In quartana exiſtens, coctione iam fieri incipiente, quartana ſoluitur. Hypoſtaſis citrina uel aurea, nimium calorem ſignat, & morbum eſſe peſſimum. Rubea, ſanguineam, & coagulatam materiam, nuntiat, & morbum diuturnū, non eſt tamen mortalis, niſi mala ſigna affuerint. Hypoſtaſis liuida frigiditatem nuntiat nimiam, & uirtus cum præmortua, maxime ſignis malis exiſtentibus cum ea. Hypoſtaſis nigra peior eſt omnibus, & magis mortem ſignat, uel enim nimiam incēſionem, uel frigiditatem nūtiat. Differt tamen à ſe ipſa. Nam ea quæ calorem ſignat, prius purpurea, uel uiridea, uel ſulphurea eſt, deinde nigra. Cum autē frigiditatē nuntiat, prius erat liuida, uel plumbea, deinde nigra. Hypoſtaſis quæ eſt quaſi ſimila, uel etiā ut farina orobi, peſſima eſt, quia incenſionē groſſi phlegmatis, & diuiſionem carnium ſignat. Calor enim acutus diſſoluit carnem, eamq; deſiccat & facit eam quaſi ſimilā. Hęc in diuturna febre laudabilibus tamen ſignis exiſtentibus, ſignat febrē determinari per apoſtemata. Si enim apparente apoſtemate in eadem qualitate permaneat, mortem nuntiat, maxime ſignis in urina, & in cęteris, peſſimis apparētibus. Hypoſtaſis multa, ſi febris eſt cōtinua, & febris eodem modo maneat, conſumptionem ſignat. Hypoſtaſis quaſi ſanguis, uel ſanies, morbum diuturnum oſtendit. Hypoſtaſis furfurea, ueſicę paſſionē nuntiat. Hypoſtaſis multa & rubea, cum laudabili liquore in nūtio die, apparens, febrem diſſolui ſignat. Hypoſtaſis naturalis ſudore, & motu pectoris, hypochondrię dolorē, & tumorem ſignat. Hypoſtaſis ſcintillata peior eſt, quàm ea quæ eſt quaſi farina. Diſſolutionem enim membrorum ſolidorum & fruſtratim inciſorum nuntiat. Hypoſtaſis furfurea

furfurea eſt peior, quàm ſcintillata, quia excoriari uenas & ueſicã nuntiat.

Harena in fundo urinę, lapidem in renibus uel ueſica nuntiat, quia ſecundum colorem quem habet, eſt materia eius: alba enim ex phlegmate, rufa ex cholera nigra, ex melancholia, uel ex aduſtione eſt ſanguinis. Si infundo uaſis urinæ, ſanies fuerit, ſignat uulnera in inſtrumentis eſſe urinæ, uel in aliquo ſuperiorum membrorum. Cum autem de uulneribus eſt inſtrumentorum urinæ, ſcias urinam eſſe cum ſanie mixtam, & uulnera eſſe ad ſanãdum duriora. Si de ſuperioribus uulneribus ſanies uenerit, non continue, ſed aliquando fluit, aliquando non. Squamę, uel quaſi panniculi cum urina exeuntes & putentes, uulnera in ueſica eſſe demonſtrant. Sanies cum leni hypoſtaſi exiens, apoſtema notat in ueſica eſſe maturatũ. Differt autem ſanies, ab hypoſtaſi alba: ſanies enim fœtet, hypoſtaſis autẽ nõ fœtet. Similiter autem & phlegma ſi ad ueſicã deſcendat nõ fœtet. His paucis recte intellectis de urina, reliqua à peri to facile percipiuntur.

Finis de urina libri.

©BIUM

CONSTANTINI AFRICANI MEDICI, DE STOMAchi naturalibus & non naturalibus affectionibus liber uere aureus.

LFANO reuerẽdiſſimo Salernitanę eccleſię archipreſuli, Cõſtantinus Africanus Caſſinẽſis debitæ ſubiectionis obſequium. Tuę ſanctitatis altitudini, dilectiſſime pater, cõfiteor, quoniã tanta puſillamitatis inertia hactenus fui coactus, ut tam uenerabili domino mihi ſępiſſime de ſtomacho murmuranti, nullum medicinæ ſubſidiũ, ſiue aliquod utilitatis conſiliũ offerrẽ. Idcirco huius culpę temeritatẽ magno animi aduerſionis reſpectu conſiderans, hunc libellũ de multis & elegãtioribus antiquorum dictis tuę cauſa ſanitatis cõſcripſi, & ſub tuo nomine in publicum ædidi. Omnia etenim antiquorũ uolumina ſumma inquiſitionis cura perlegi, librum tamen ſtomachi, proprium nullo modo inueniri potui, ſed in diuerſis diuerſas ſtomachi diſputationes ſparſim reperij. Quod ultra modum miror, quod antiqui de tam nobili ac principali mẽbro, hoc eſt ſtomacho, propriũ librum non compoſuerunt. Nam eius actio toti corpori eſt neceſſaria, & cõueniens, & per eum omnia corporis mẽbra robuſta cõſiſtunt, dum in ſanitate permanet, & ecõtrario debilitantur, dum ipſe aliquã paſſus fuerit ægritudinẽ. Hac igitur de cauſa tuæ ſanctitatis dignitas, & meæ ſeruitutis debitum, adeò meum animum magno charitatis amore percuſſerũt, ut excellentiſſimo ſatisfactione ſtudio uerba, quæ in libris antiquorum ſparſim fuerant, collegerim, & multa rationis inueſtigatione librũ curioſe ordinatum tibi compoſuerim. Quod & feci, ut ſuperioris culpæ ueniam tua indulgentia conſequi ualeam.

De compoſitione ſtomachi. Cap. I.

Portet nos intelligere quia prima actio naturę quę fit in corpore, agitur in ſtomacho, id eſt, digeſtio cibi, cui uidelicet actioni os eſt miniſtrans. In eo enim cibus maſticatur, & ſtomacho diri gitur. Vnde ſtomachus dirigit eũ cauſa ſuę neceſſitatis. Quo nimirum digeſto, & in ptiſanę ſimilitudinem cõuerſo, quod ſibi propriũ eſt ſumit, dirigit, & mutat in ſuam naturã: Reliquum uero expellit per aditum inferioris ſui oris. Duo enim ora habet, unum ſuperius meri iunctum, alterum inferius per quod fex cibi ad inteſtina deſcẽdit. Quam utiq; ſuperfluitatem licet ſtomachus expellat, alijs tamen membris eſt nutrimentum. Sed ſtomachus nõ ad hoc eam eijcit à ſe, ut cętera nutriat membra. Sed quia ſibi ſu perfluam

©BIUM

fluam esse existimatur. Perinde quidam antiqui dixerunt necessariam fore omnibus membris sanitatem stomachi, sueq; actionis perfectionē. Galen. iterū dixit: Stomachus est cella in medio corporis posita, & instrumentum conditum ad digerendos cibos. Sed tamen cōuenit nos scire, quia eius essentia est neruosa, cuius natura est frigida, & sicca. Caput uero stomachi neruum magnū neruum à cerebro sibi collatum, ut ei sensum prestet, unde fit desiderium cibi & potus. Inferiora uero stomachi sunt carnosa, naturam carnis habentia, in quibus fit cibi digestio, eiusq; succi expulsio ad epar. Propterea hæc stomachi pars cum nō seruauerit suū cursum naturalem, fit causa sue malæ digestionis. Stomachus autem est sub pectore & corde locatus: stat enim intra epar & splen. Nam epar est ei iunctū in dextro latere, splen uero in sinistro. In cuius parte inferiore sunt uene non multæ, & in ore tamen suo pauciores. Qui propter frigiditatem suæ neruositatis, necesse est ut in sua calefiat essentia, ut cibo ad eum uenienti calefactio tribuatur, & propter hoc eum epar circūdat, & comprehēdit eum cum omnibus suis quinq; fustis, ut calefaciat illum cum suo calore. Splen uero à sinistra parte ei calorem tribuit. Vnde in eo coquitur cibus cum calore quem sumit ab epate, & splene & cordis folliculis. Ipse enim essentialiter, nullum calorem habet, quia est neruose substantiæ, frigidam & siccam naturā habentis. Solus etiam epatis calor sufficeret sibi, sed iuncto cæterorū membrorum calore, utiliorem stomachus operatur digestionem. Forma quod stomachi rotunda est inferius, & aliquātulum longa. Rotunda, ut sit impassibilis. Longitas & magnitudo ei sunt necessaria, ut possit se extendere in suscipienda ciborum, & potus copia. Sic est forma stomachi. Cuius actionem, ut dixi, decet tūc intelligi, cū fuerit omnino sanus, & in sua permāserit uirtute. Sed eo infirmato, & à sua naletudine remoto, & in coquendis cibis defecto, & alimentis ab eo crudis & indigestis descendentibus, & cum phlegmate uoluntatem & puncturam cum arsura faciētibus, lesio & nocumenti actio omnibus corporis membris tribuitur. Videmus enim propter stomachi dolorē, cephaleam, hemicraneam, uertiginem, somnum in auribus, oculorū obscuritates, syncopin, cardiacā, & alia multa accidētia, & diuersa generari. Proinde qui sanitatem uolunt obtinere, antea omnia necesse est ut studiū habeant de sanitate stomachi. Idcirco quidam antiqui dicunt: Quicunq; uolunt suam custodire sanitatē, in initio incolumitatem stomachi præ omnibus custodiatur, quia nullo modo à cibis sunt abstinendi, cum stomachus summa necessitatis ratione appetierit cibum, neq; plus sunt alimenta accipienda, quàm natura ualeat tolerare. Vnde plato: Oportet eos, inquit, qui sanitatem custodire desiderat, ut membra totius corporis particulariter sciant, id est, neruos, ossa, renes, lacertos, medullas, carnem, & similia, & sciant quia horum compositio non est equalis. Vnumquodq; enim membrum, primam habet com

positionem,

©BIUM

positionem. Membra etiam composita simili modo inter se sunt dissimilia, sicut cerebrum, cor, epar, pulmo & splen, quia hęc diuersantur in sui compositione. Quæ membra sapiens uir in suanatura & compositione regere potest, consulto stomachi regimine, quoniam est fundamentum totius corporis. Quo in sanitate custodito, omnia membra in sanitate consistunt.

De causa appetitiuæ uirtutis. Cap. II.

APpetitus est sensus stomachi, paupertatem cibi sentiens, & pulsationem suarum uenarum. Quia sine omni ambiguitate intelligimus aëre corpus extrinsecus percutiente, membra dissolui, cuti scilicet propinqua, id est, carnem & lacertos. Quæ itaque membra inanita humores attrahunt à uenis sibi propinquis. Quæ iterum uenæ si inanitionem habuerint, humectationem sibi alliciũt, ab his quæ sunt remotiores. His nimirum extenutatis, necesse est ut his humiditas ab epate ueniat. Epar autẽ iam inanitum, liquorem à uenis inter stomachum & se existentibus attrahit. His demum euacuatis, stomachus sentit pulsationem, & inanitionem earum, qui sensus appetitus nũcupatur. Vnde ad hoc cibus est necessarius, ac utilis, ut quod dissolutũ est à membris, eo subueniente restauretur, & corpus in sua sanitate integrum permaneat. Vnde Aristot. Cibus, inquit, non est aliud nisi mutatio & cõuersio alterius rei in alterã rem, id est, cõuersio cibi in corpus accipiẽtis. Sed causa stabilitatis appetitus, triplex est: Prima sensus in ore stomachi existens. Secũda uirtus desideratiua, quę est in membris suum conuenibile, ac nutrimentũ desiderans, quę maxime in epate constat & uenis. Tertia est inanitio quę fit propter dissolutionẽ supra memoratam. Galenus in quibusdam libris, causas appetitus quinq; esse dixit: Vnam causam alterius esse, & alteram alterius. Prima est dissolutio humiditatis membrorum per poros. Secunda, naturale desideriũ in membris permanẽs, ea cogens cibos appetere. Tertia est stomachi expressio, & eius passio facta propter meseraica eum suggẽtia. Quarta sensus est stomachi, suam inanitionem & cibi pauperiem sentiẽs. Quinta, uirtus naturalis desiderium cibi generãs. Cuius causa humores sunt melancholici, à splene semper ad os stomachi fluentes. Quibus humoribus neruum stomachi pungentibus appetitus ilicò irritatur. Galen. inquit, iterum in libro de accidentijs intitulato: Virtus appetitiua cõposita est de animali actione, id est, sensu, & duabus naturalibus, id est, inanitione corporis, & attractione humoris membrorum, maxime epatis & uenarum. Dixit etiam in commentarijs super libros Hippocratis Epidemiorũ: Desideriũ appetitus nequiuimus absolute discernere, an sit de animali, seu de naturali actione, quia est cõpositus de utroq;, quia sensus qui est causa famis nõ pertinet soli animatæ uirtuti, sed etiam naturali nutrimentum corpori ministranti.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 233 sur 404

©BIUM

De ſyncopi & cardiaca quæ fit propter colligantiam ſtomachi & cordis. Cap. III.

SYncopin impoſſibile eſt generari corde non patiente. Syncopis iterū ſeu cardiaca, & ſi fiunt propter os ſtomachi, eas tamen creare non creditur, niſi cor & arteriæ cōpatiantur, propter colligantiam quam cum ſtomacho habent. Cor etenim cōpatitur ſtomacho patiente, maxime ſi in frigidiore parte paſſus fuerit. Vnde ſæpe ſi uidemus eos qui de ſyncopi morbo moleſtant, ſpontaneæ uomere, aut cum uirtute alicuius medicinę, ſine ambiguitate alicuius rei ad priſtinam redeūt ſanitatem. Similiter & ſtomachus patitur propter paſſionem cordis, cauſa uicinitatis & colligantię eorum, & propter parvitatem caloris, digerere cibos adiuuantis. Sed tamen non omnis paſſio quę eſt in ore ſtomachi, neceſſario generat ſyncopin, & cardiacam. Syncopis enim ſtomacho ægrotante generata, quatuor modis fit: Vno, cum ſtomachus dolorem nimium habuerit. Secundo, ſi eius ſenſus acutus fuerit. Tertio, propter defectionem arteriarū, quę ſunt in ore ſtomachi; unde ipſe facile patitur. Quarto, propter defectionem cordis, quia cor cito ęgrotatur. Vnde Galenus ſuper Epidemiarum libros: Ore, inquit, ſtomachi cū extraneo calore calefacto, & mores eius qui patitur ilico corrūpuntur, & fit patiens iracundus cauſa ęgritudinis qua moleſtatur, id eſt, caloris in ore ſtomachi augmētati. Hoc etiam membrum habet proprietatem cōmutandi uitia animæ ad ſuam complexionem, ut eum qui frigidæ naturę fuerit, faciat eſſe pigrum & tardum ad intelligendum, & calidiſſimam cōplexionem habentibus, pręſtat audaciam & iracundiam.

De paſſione cerebri & epatis ex cauſa ſtomachi. Cap. IIII.

CErebrum colligantiā cum ore habet ſtomachi, propter neruos quos mandat ſtomacho. Epar etiam & uenæ, colligātiam cum ſtomacho habent, quia cibus per uenas à ſtomacho, illis miniſtratur. Vnde neceſſitas expetit, ut cerebrum & epar propter ſtomachū patiātur, & ſtomachus ſimiliter coægrotetur, propter cerebrum & epar. Cerebrū enim patitur propter os ſtomachi, quia fumus ab eo ad cerebrum aſcendit. Stomachus quoq; infirmatur, ex eo quod à cerebro ad illum deſcendit. Vnde Hippocrates in aphoriſmis: Quibuſcunq; cerebrū ſurſum cōuertitur, neceſſe eſt, febrem felliſq; uomitum ſuperuenire. Galen. ſuper hoc ait: Vomitū patitur ſtomachus propter colligantiā neruorū, maxime os ſtomachi. Nam in os ſtomachi de cerebro deſcēdunt duo magni nerui. Cholera etiā ſemper aſcēdit in os ſtomachi cum nimium patitur dolorē, aut triſtitiam, aut defectionem. Membra enim cum defectionē habuerint, fluent ad ea ſuperfluitates humorū ex membris ei uicinantibus, maxime ſi fuerint cholerici, & aquoſi, & ſubtiles. Similiter & epar patitur propter ſtomachū, cum cibum non prout oportet digeſtum ſibi mandauerit. Nec non

etiam

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 234 sur 404

©BIUM

etiam ſtomachus propter epar patitur,cũ defectũ fuerit in attrahẽdo, ſecun dum quod oportet,aut cũ infrigidatur: Vnde ſtomachus digeſtionẽ ut con uenit nequit peragere. Paſſiones quæ naſcũtur in cerebro propter colligan tiam oris ſtomachi,ſunt alienatio,ſtupor, obliuio,melãcholia,cephalea,epi lepſia,uertigo. Vniuerſaliter autẽ dico animalem pati actionem ore ſtoma chi infirmante. Vnde Galen. Mentis,ait,alienatio propter paſſionẽ oris ſto machi facta,quatuor modis fit: aut enim propter nimiũ dolorẽ, aut propter ſenſum acutum,uel quia uterq; neruus ſtomachi naturaliter,ſeu accidenta liter eſt defectus,& acutũ habet ſenſum: aut quia cerebrum naturaliter, aut accidentaliter eſt defectum,unde uelociter patiat. Cęteras uero ęgritudines quas cerebrũ diximus pati propter os ſtomachi, non fit niſi propter fumos aſcendẽtes ab ore ſtomachi ad eum. Vnde Galenus: Dolor,inquit,capitis, aſſidue aſſuefactus abſq; ulla cauſa manifeſta,neceſſe eſt ut ſit propter acutos humores in ſtomacho coadunatos. Dixit iterum: Non eſt mirum ſi corpus multis affligitur paſſionibus propter ſtomachi dolorẽ: Membra enim prin cipalia eo dolorẽ habente, cõdolent, & paſſionem ſi habuerit,cõpatiuntur, ſicut cor,cerebrum,epar & matrix. Iuuamẽtum ergo ſtomachi ſicut omni bus mẽbris uniuerſaliter prodeſt, ſic etiã eius nocumentũ omnibus nocet. Sufficit quantum diſputauimus de colligantia ſtomachi cum principalibus membris,& partibus,& paſſione quam ipſa pro ſtomacho patiuntur.

De *quatuor uirtutibus naturalibus.* Cap. V.

QVatuor ſunt uirtutes naturales,id eſt,appetitiua,contentiua,di geſtiua,& expulſiua: quæ omnibus membris paruis & magnis inſunt. Has etiam omnia terræ naſcentia in ſe cõtinent. Sed ta men ſtomachũ,& epar,plus & fortius cæteris has habere credi mus, quia cętera corporis membra habẽt has uirtutes ad nutrimentum ſui. Stomachus uero & epar nõ ſolum ut ſe nutriãt,ſed ut cęteris membris adiu torium accõmodent,ut diximus. Sed antiqui diſcordãt in diſputatione ha rum uirtutũ. Quidã enim dicũt,appetitiuã calidã eſſe & ſiccam, quam igni aſſimilauerunt. Dicunt etiã ignem & ſolem naturaliter attrahendo rerum humiditatem,cum ſua ſiccitate & calore deſiccare. Virtutem autem cõten tiuã aiunt frigidę & ſiccę complexionis eſſe, quia cõſtrictio & expreſſio non fiunt niſi cum frigido & ſicco. Digeſtiuã uero affirmãt eſſe calidã & humi dam. Dicũt enim digeſtionis actionem eſſe liquefactiuã, & ſubtiliatiuã dige rendarum rerum. Aiunt etiam huic uirtuti nullam qualitatẽ eſſe cõgruam, niſi calidã & humidã. Quia caliditas cæteris qualitatibus dignior & fortior eſt in rerum actione,& mutatione. Humiditas uero fuit neceſſaria,quia hu mefactiua eſt & conſolidatiua,& cito aſſimilandarum rerum aſſimilatiua,id eſt, cibi in corpore ſuſcipientis. Eſt & ſimilis cibis nutriendis: omnis enim

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 235 sur 404

©BIUM

cibus eſt humidus. Rurſus quia omnia corpora quę digeſtioni cito famulan tur, neceſſe eſt ut ſint humida. Dignior ergo cæteris qualitatibus in perfe ctione actionis, & rerũ cõuerſione, id eſt, conuertendis cibis, eisq; membro rum naturis aſſimilandis, digeſtiua uirtus eſſe intelligit. Quia appetitiua nil aliud facere uidetur, niſi cibaria cibãdis attrahere. Cõtentiua uero continet ea aliquo tẽporis ſpacio, donec digeſtiua totam ſuam in eis cõpleuerit actio nem. Expulſiua autẽ expellit fecẽ, & ſuperfluitatẽ ciborũ, quæ digeſtiuæ in cõgrue & nõ neceſſarie eſſe uidebãtur. Cuius cõplexio frigida eſt, & humi da. Humiditas enim quia eſt lubricatiua, ciborũ fecem ſua lubricitate facile expellit. Frigitudo uero membra exprimit, ut fex in eis cõtenta, uirtute ſuæ expreſſionis expulſa, proſiliat. Sed quidã medici dicũt expulſiuã frigidã eſſe, & ſiccã. Quorũ dictio palàm uidetur eſſe falſiſſima, quia crediderunt expulſi uam & cõtentiuam eſſe unius naturę, quarum actiones ſunt diuerſę, & ut ita dicam, cõtrarię. Gal. uero dixit, appetitiuã & cõtentiuam atq; expulſiuã ne ceſſario calidę & ſiccę eſſe cõplexionis, Vnde cõtra cęteros philoſophos, ui detur eſſe cauſa huius intẽtionis. In digeſtiua tamen cũ eis cõcordat, eam di cens calidã & humidã cõplexionem habere. Inquit enim uirtutibus illis calo rem eſſe neceſſariũ, quia cauſa caloris eſt motus. Appetitiuã tamen dixit eſſe calidiorẽ, quia nõ ſolum ei motio eſt neceſſaria, ſed etiam attractio. Conten tiua aũt & expulſiua, neceſſe eſt ut minus ſint calidæ, quàm appetitiua, quia calor nõ eſt eis cõueniens, niſi ut ſint mobiles, ſed ſiccitas illis ſit neceſſaria. Motus enim earũ cũ ſit localis, neceſſitas expetit, ut ſit in loco ſtabilis, eius ſtabilitas, nõ poteſt fieri abſq; ſiccitate. Idcirco his tribus uirtutibus ſiccitas eſt oportuna. Cõtentiuę tamen plus eſt neceſſaria, quia ſuę actionis tẽpus eſt longũ, cui calor nõ multus, ſed moderate ſit cõueniens. Digeſtiuę aũt calor & humiditas prout diximus, ſunt neceſſaria. Expulſiuã uero neceſſe eſt habe re calorẽ & ſiccitatẽ moderate. Breue enim eſt tẽpus ſuę actionis. Sed frigi ditatẽ teſtat Gal. nulli actioni naturali eſſe neceſſariã, ſed nociuã, & ut ita di cam mortiferam, neq; cibum in naturã corporis conuertit, ſed in contrariũ. Propter hæc uirtus omnis naturalis in ſenibus eſt defecta propter frigidita tem, & ſiccitatẽ eorũ cõplexionibus dominantes. Hęc fuit intentio Galeni quam crediderunt, ut teſtantur ſapientes, phyſici & philoſophi.

De paſſionibus uniuſcuiuſq; harum, & prius de appetitiua. Cap. VI.

VNaquęq; uirtutum ſuperiorũ tribus modis patitur: Aut enim actio eius erit ablata, aut minuta, aut in malam actionẽ mutata. Appetitiuę ergo actio aut deficit, ut ſtomachus nihil appetere deſideret, & nuncupatur mollificatio ſtomachi. Aut defecta ut non attrahat niſi longo tẽpore, & anguſtioſo dolore, ſicut uidemus in initio mollificati ſtomachi; aut cibũ attrahit non ſecundũ quod oportet, ſicut ſi at traxerit

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 236 sur 404

©BIUM

traxerit cum ſpaſmo, & titillatione, & tremore. Quæ paſſio aut de mala fit cõplexione, & magnę eſt quantitatis, omnino appetitũ deſiderij amputans. Aut non magnæ fuerit quantitatis, & actionem appetitiuę minuit. Aut fit propter officialẽ morbum, ſicut apoſtema: aut ſuperfluitatem carnis, uiam per quam cibus trahitur obturantem. Quę ſi ex toto aditũ oppilant, appetitum auferunt, ſi uero in parte, minuunt.

De paßione contentiuæ uirtutis. Cap. VII.

COntentiuam aũt tripliciter debemus pati: Aut enim eius actio amputat, ut ſtomachus cibũ ſumere, ſiue continere nequeat, ſicut uidemus fieri in lienteria. Aut minuit, cuius minoratio eſt duplex, Aut ſtomachi ſubſtãtia cibũ omnino non circundat, ut inter ſe & cibũ aliquod uacuitatis remaneat ſpaciũ. Cuius paſſionis cauſa rugitus, aut inflatio oritur, aut utrunq; : Aut enim nequit tãto temporis interuallo cõtinere, quouſq; digeſtiua ſuã cõpleuerit actionem, quia tempus cõtinendi cibũ, debet eſſe ſimile tẽpori digerendi. Quod quia diſſimile ei fuerit, generat paſſionẽ, id eſt, indigeſtibilitatẽ. Vnde neceſſe eſt ut hãc paſſionem duo accidentia ſequunt, id eſt, cita egeſtionis expulſio, & nõ parua nutrimenti penuria, & continua egeſtionis liquiditas. Aut corrũpitur cibus in ſtomacho, unde fœtor in egeſtione generat, & aliquãdo uẽtoſitas, uel cõpunctio, uel utrũq;. Aut ſtomachus cibũ circũdat, ſed nõ ſecundũ quod oporet, quia eſt cum ſpaſmo, uel titillatione, uel tremore. Vnde Gal. in libro de accidenti & morbo: Cũ, inquit, diſputauero de mutatione cõtentiuę uirtutis, oſtẽdam tibi qualiter hãc paſſionem certificare ualeas. Quia cum cibũ accipies, neq; in ſtomacho aliquam ſenties inflationem, neq; punctionẽ, aut rugitum, uel titilationẽ, ſiue ſingultũ, ſed anguſtiam & laborẽ, quę tibi incõſueta fuerãt, grauitatẽ etiam atq; fatigationẽ, & deſideriũ ructandi, ſeu expellendi ea quę ſunt in ſtomacho, & aliquãdo accidit ſpiritus anguſtia, ut eam nequeas ſuſtinere, certiſſime noſcas, quia ſtomachus cibum circũdat, ſed non ſecundum quod oportet, quia continet eum cum tremore & ſpaſmo.

De paßione digeſtiuæ uirtutis. Cap. VIII.

DIgeſtiua uero uirtus tribus modis patit: Aut enim eius actio eſt ablata, ut cibum penitus mutare nequeat, quod fit ex frigiditate dominante: Aut minuitur, ut mutet & cibum aſſimilet cor-pori, ſed tamen poſt longum tempus, & cum quadam duritia, quod cognominatur pigritia digeſtionis, quæ paſſio propter frigiditatẽ fit, ſed tamen nõ ex magna: Aut cibum immutat, non ſecundũ quod oportet, quemadmodum in acetoſitatem, ſi cauſa eius frigiditas fuerit: aut in fumoſitatem, ſi cauſa fuerit calor, quod mala digeſtio dicitur.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 237 sur 404

©BIUM

De paßione expulſiuæ uirtutis. Cap. IX.

EXpulſiua uero automnino defecta ut nihil expellere poſſit, ut uidemus in ileos, quod fit propter defectionem ſtomachi, & inteſtinorũ. Aut non multũ, ut cibus non egrediat niſi tarde. Aut non eſt ut cõuenit, quẽadmodũ ſi moueat ad egerendũ ante ſolitũ tẽpus, priuſq; fuerit digeſtus. Hęc ſunt accidẽtia quę ſingulariter unicuiq; uirtuti ſupradictę adueniũt, quomodo plene oſtẽdimus ſecundũ intẽtionẽ Galeni. Quod ſi duę uirtutes unà cõpatiantur, cõmixtas ſignificationes habent, quas poteris cognoſcere ex ſimplicibus ſignificationibus, ſi eas uelis commiſcere.

De cuſtodia naturalium uirtutum & earũ reuocatione ad ſuam cõplexionem. Cap. X.

OPortet has uirtutes cuſtodire ut in ſuo tẽperamẽto permaneãt, cũ cibarijs ac potibus, ſibi ſimilãtibus, ac medicina. Quæ ſi corruptionẽ incidãt, aut deficiãt, earũ cõplexiones ad tẽperamentum reducant cũ rebus cõtrarijs. Quemadmodũ ſi uirtus appetitiua defecta fuerit, & de calore ſit, frigida dari oportet adiutoria, confortationẽ facientia, ſicut ſirupũ roſaceũ cũ ſucco malorũ, aut mali granati ſapã, uuã acerbã, aut ſapã citoniorũ, aut mirtillorũ. Dentur etiã trochiſci de ſandalis, aut de ſpodio cũ ſirupo albo, aut ſirupo fructuũ, & his ſimiliũ, infrigidationẽ & cõfortationẽ faciẽtiũ. Cataplaſmet ſtomachus de ſandalis, roſis, ſucco citoniorũ malorũ, & ſimiliũ. Quod ſi defectio fuerit ex paruitate caloris & dominantia frigiditatis, accipiãt calida iuuamenta, & cõfortatiua, ſicut ſapam granatorũ cum mẽta factã & elect. diacitoniten, & diacoſin, ſirupũ fructuũ, & ſirupũ recipientẽ maſtichen, ſpicã, gariophyllos, macẽ, mentã, nucẽ muſcatã, calamũ aromaticũ, lignum aloẽs, cardamomũ, & his ſimilia. Cataplaſmamus ſtomachũ de abſinthio, maſtiche, ligno aloẽs, & calamo aromatico, cũ oleo nardino. Dietã accipiãt, paſſeres, & calidas aues, cementaria cũ odoriferis & cõfortatiuis. Si cõtentiua deficit, ſtiptica, frigida & ſicca dari neceſſe eſt, ſicut roſam, ſpodiũ, balauſtiã, ſumac, meſpila, diacoſin, & ſimilia. Diximus enim q3 contentiua ſit neceſſario ſiccior cęteris. Cataplaſmet ſtomachus cũ myrta, ſucco citoniorũ, oleo nardino, farina hordei, & ſimilibus. Accipiamus abſinthiũ, & ſpicã, & in pontico uino ea una nocte infundamus & die, deinde pãni in eo uino infuſi, ſtomacho applicent. Digeſtiua aũt uirtute deficiẽte, intelligimus q3 huius defectio ſit ex frigiditate, quia de calore nõ deficit. Calor enim digeſtionẽ uigere facit. Vnde neceſſe eſt dari cauſam calefacientẽ, & humectantẽ, ſicut zingiber, piper longũ, erucã. Quod ſi caloręm fortius cõfortare uolumus, prębeamus cyperũ, cinnamomũ, macem, marathrũ, aniſũ, apiũ, & ſimilia. Sed ſi huic uirtuti nimia frigiditas dominet, donamus theriacã magnã. Demus etiã muſcatã cũ apozemate, maſtichis, gariophyllis, ſquinanti. Accipiãt diacyminũ, diarhoma & ſimilia. Nutrimẽta ſint perdix,

©BIUM

perdix,phaſianus,ſtarna fricta,aut aſſa. Vinū bibatur odoriferū mixtū cum apozemate ligni aloēs,croci,maſtichis Quod ſi deficit expulſiua,& eius dominatio fuerit ex calore & ſiccitate,frigida & humida donemus,ſicut cucurbitā,portulacā,endiuiā,& ſimilia. Quod ſi eius defectio fit ꝓpter frigiditatē & humiditatē reuocet ad ſuū tēperamentū, id eſt, ad menſurā ſui caloris, & ſiccitatis,cū rebus tēperate calefaciētibus, & deſiccātibus,ſicut maſtiche,ſpica,mace,ligno aloēs,calamo aromatico, menta caſſia,marathro,aniſo. Comedāt,perdices & phaſianos frictos,ſiue aſſos. Vinū ſit uetus,& odoriferū.

De ſignis complexionis ſtomachi. Cap. II.

STomachus tribus modis patit: Primo exmala cōplexione, ſicut cū dominat ei calor,ſeu frigiditas,ſiccitas,aut humiditas ſimpliciter,aut cōpoſite. Secūdo,ex officiali morbo,ſicut apoſtemate, aut obturatione. Tertio,ex iunctura diſiūctione, quēadmodum uulnere,& diſcoriatiōe. Vnde oportet nos inueſtigādo ꝓpendere naturā ſtomachi,cū in ſanitate cōſtiterit, & eius uarietates,ut his agnitis,eius accidētia ac mutationes patēter agnoſcamus. Dicimus ergo q̄ cuiuſcūq; ſtomachus naturaliter calidæ fuerit cōplexionis, eius digeſtio eſt robuſtiſſima, & uelociſſima,& plus digerit,quā appetat,pr̄cipue ſi dura comederit cibaria,quia lenia & cōuerſione facilia, in huiuſmodi ſtomachū habētibus corrūpuntur. Sed etiā ſolliciti ſunt & difficiles in accipiēdis calidis cibis & potibus. Neq; frigida alimēta eis nocumentū inferūt,ſi prout oportet fuerint accepta. Sed ſtomachus ſi naturaliter ſit frigidus, plus laborat appetere quàm digerere, & frigida & dura cibaria aggrauāt eum,& digeſtioni inobediunt,citoq; conuertuntur in aciditatē nimiā,neq; patiuntur ſitim. Stomachus uero naturaliter ſiccus,uelociter ſitim patitur, & paruus cibus ei ſufficit, quia multus uidetur ei eſſe grauis. Stomacho quidē humiditatem naturaliter habenti,ſitis nulla generat,ſed nimia ſit ſollicitudo in appetēdis humidis cibarijs. Poſſumus alio modo etiam diuerſitatē ſtomachi cōplexionis perſcrutari, ex Galeni autoritate. Dixit enim: Poſſunt patēter perpēdi diuerſitates naturę uniuſcuiuſq; mēbri,cū rebus ſcilicet extrinſecus paſſionē ingerentibus. Si enim uidemus aliqua mēbra cito calorē ſubire,cognoſcimus quia calor eis dominatur. Quod ſi uelociter infrigidantur,monſtratur eis frigiditas dominari. Vnde cū huiuſmodi cōplexio ſtomacho dominat, ſiue cū qualitate ſeu quātitate,ut ſuo naturali termino pr̄ualeat,natura ſtomachi corruptionis moleſtationē patiēte,ſua actio neceſſe eſt mutet. Eodē modo uidere nos cōuenit in ſiccitate & humiditate. Cuius ꝓfecto dominātia nonnunq; eſt ex una qualitate,aliquādo ex duabus. Sed tamē ex tribus qualitatib. aliquādo una ſola poterit dominari. Humiditas uero nunquā abſq; materia,dominari credit. Vnde Gal. in arte parua oſtēdit differentiā malę cōplexionis q̄ naturaliter eſt in ſto-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 239 sur 404

©BIUM

macho,& eius quæ accidentaliter,ſic inquiens:Mala,inquit,complexio ſtomachi accidẽtaliter facta,facit infirmũ optare ſibi ſemper cõtraria.Sed ſi naturalis fuerit,æger ſua ſimilia deſiderat.Verbi gratia: Quorũ ſtomacho calor & ſiccitas dominant,accidẽtaliter deſiderãt aqua, & aqua eſt frigida, & humidaSic intendi oportet de cæteris qualitatibus.Sed cuius ſtomacho mala cõplexio naturaliter dominat,ſemper ſuũ ſimile appetere deſiderat.Si aũt dominatio ſtomachi fuerit propter calorẽ,ſequunt eum defectio appetitus, nimia ſitis,ardor,incẽſio,fumoſa ructatio,& oris amaritudo.Quod ſi mutatio cõplexionis ſtomachi fit in frigiditate,neceſſe eſt ut fortiter deſiderent cibum,nimiã famem patiũtur & paruitatẽ digeſtionis,ſitis eis eſt parua & acida ructatio.Si aũt cõplexio mutata fuerit ad ſiccitatẽ, paſſione quę dicit conſumptio moleſtantur.Si autẽ ad humiditatem conuerſa fuerit,hydropiſi neceſſe eſt eam ſequat. Sed ſi qualitates fuerint cõpoſitę, poſſumus eas cognoſcere per ſigna ſimpliciũ qualitatũ.Nonnunquã autem mutatio complexionis ſtomachi fit propter cumulum malorũ chymorũ in ſtomacho coadunatorum.Quia autẽ in eo creantur,aut ex alijs membris ibidem fluunt. Et aliquando mutatio ſuę cõplexionis fit abſq; chymoſa qualitate, quod prę cipue ex his ſignificationibus & ingenijs perpendere poſſumus,ſcilicet ex uomitu quo facile uexatur:quia hęc paſſio ſi cum chymoſa fuerit qualitate, uomitus cum illa materia erit cõmixtus. Similiter & egeſtio erit obuoluta,cum materia quę ſtomacho dominat. Quod ſi hæc nõ omnia apparuerint cum uomitu,& egeſtione, intelligimus illam malã cõplexionem eſſe ex ſola ſtomachi eſſentia.Æger itaq; ſi abominationẽ habuerit,& uomere nõ poterit,ſcimus re uera,quia chymus eſt cõiunctus,& in uillis ſtomachi latitans.Vnde Gal. in libro de tẽperamentis:Cõplexio,inquit,uniuſcuiuſq; membri,ex ſua intelligitur actione. Verbi gratia: Si uideamus ſtomachũ perfecte digerere, cognoſcimus quia tẽperatam habet complexionem. Cõtrarium econtrario. Quod ſi cibus in ſtomacho corrũpitur,in fumoſitatẽ conuertitur, neq; hoc fuerit propter naturã cibi, patet quia cauſa fumoſitatis, aut eſt calor ſtomacho dominans,aut cholera ab epate fluentia ad eum.Quod ſi cibus in acetoſitatem mutatus fuerit,cõplexionem ſtomachi innuit eſſe frigidã,aut phlegma à capite ad eum manatũ. Cibo uero in ſtomacho corrupto,& in fumoſitatẽ cõuerſo, propter malã cõplexionem calidã ſtomacho naturaliter dominantẽ,oſtendit quod dura cibaria digerit,& leuia corrũpit.Si uero cõplexio ſit frigida,contrariũ ſignificet. Gal. iterum in eodẽ lib. Poſſumus,inquit,diſcernere cibi corruptionẽ propter malam cõplexionem calidã ſtomacho naturaliter dominantẽ,ab ea fit ꝓpter cholerã ab epate, ad ſtomachũ fluentẽ, ſex modis: Primo,quia ſi uidemus patienti phlegma dominari, & uomitus eius fuerit cholericus,intelligimus ꝙ choleraab epate ad ſtomachũ remeat. Quod ſi cõplexio calida fuerit & ſicca, cognoſcimus quia illa cholera fuerit

ibi gene-

©BIUM

ſbi generata. Secũdo, quia ſi egeſtio fuerit cũ cholera mixta, patet quia in ſtomacho eſt creata. Quod ſi ſit alba, certũ eſt quod ab epate cholera ad ſtomachũ manauerat. Cholera enim ab epate ad ſtomachũ aſcendẽs nõ trãſit per inteſtina. Tertio, quia ſi color uomicę eſt quaſi praſſinus, re uera ſignificet in ſtomacho eſſe creatã. Si autẽ fuerit rufus, aut citrinus, ab epate certiſſime fluxerat. Quarto, quoniã cibi corpus nutrituri ſi boni chymi fuerint, noſcas quia ab epate cholera manauerat. Sed cibus ſi malũ chymũ habuerit, in ſtomacho generatã eſſe oſtẽdit. Quinto, quoniã ſi ſtomachus dura digerit cibaria, cognoſcimus eius cõplexionem eſſe calidã, & cholerã in eo generari. Si autẽ leuia digerit & dura nequit, ſcimus cholerã ab epate deſcẽdiſſe. Sexto, quia ſi cholera cũ uomitu cõmixta egrediat, tranſacta una ſeu duabus horis qua cibũ comederat, in ſtomacho eſſe creatã proculdubio manifeſtatur. Si uero poſt quinq; uel 6. horas ut certificemus nos quod cibus ſit digeſtus, & epati mãdatus ratione oſtenditur choleram ab epate eſſe mandatam.

De cuſtodia cõplexionis ſtomachi, & reuocatione eiuſdem ad ſuũ temperamentũ. Cap. XII.

OPortet ſtomachũ magna regi diligẽtia cui calor naturaliter dominatur, cum rebus uidelicet calidis & temperatis, id eſt, medicina, cibis & potibus. Si dominãtia ſit naturaliter ex frigiditate, ſimiliter cum tẽperatę calidis cuſtodiat, & cõfortetur aliquãdo cũ rebus aliquantiſper infrigidantibus, & tẽperatis aliquando cõfortetur & humidis. Simili intẽtione intelligit ſi ex cęteris qualitatibus fuerit dominantia. Quia ſiccus cũ aliquantulam ſiccitatẽ habẽtibus cõfortetur, & tẽperatis, & humidis, cum humidis. Quod ſi mutet, & una ex his qualitatibus in eo augmentetur, aut declinauerit, oportet ad ſuum tẽperamentum reuocari per cõtrarium, id eſt, cum rebus ei oppoſitis. Sicut cũ infrigidata ſtomachi complexio fuerit, neceſſe eſt ut eam calefaciamus, & ſi calefiet, eã refrigeremus, humidã deſiccemus, & ſiccam humectemus. Quẽadmodum dixit Hippoc. Similia aũt ſimilibus, & cõtraria contrarijs, id eſt, ſanitas regat cũ ſimilibus, & reddatur cũ cõtrarijs. Dixit idẽ: Indigẽtiam repletio curat, & repletionẽ qua egritudines fiunt, inanitio curat. Sufficit quantũ diſputauimus de diuerſitate cõplexionis ſtomachi, & de ſignificationibus eius uarietatẽ oſtendentibus. Cõuenit autem modo ut ab antidotis omnibus ſuprà memoratis conuenientibus ordiamur. Electuarium ualens contra calorem ſtomachi, & fumoſam ructationem, & ardorẽ oris: Rec. roſę, ſacchari, añ. drach. 15. ſpodij, ſandali citrini, ſeminis portulacæ, ana. drach. 6. maſtichis, ſucci liquiritiæ, dragaganti, berberis, ana. drachmas tres, cubebę, cardamomi maioris, ligni aloẽs, ſeminis cucumeris, cucurbitę, omniũ mundatorum, ana. drach. 2. croci, camphoræ, ana. drach. 1. fac puluerem. Tempera cum ſirupo roſato, da potui cum ſirupo albo in modum auellanæ, cum aqua frigida.

ad ſuum temperamẽtũ reuocatur per cõtrariũ

Repletionẽ framitio Curat

Aliud

©BIUM

Aliud utiliſſimũ contra calorem ſtomachi, eumq; cõfortat, & dolorem qui fit propter calorẽ refrigerat, & mitigat: Rec. ſucci mali granati dulcis & aceroſi, ana. lib. 1. ſacchari lib. 2. coquãtur donec ad ſpiſſitudinẽ mellis uenerint. Deinde accipe roſę, ſpodij, ſeminis portulacę, ſandali albi, añ. drach. 10. maſtichis, dragagãti, liquiritię, añ. drach. 5. galię, cecabrę, berberis, añ. drach. 3. cãphorę, cubebę, cardamomi minoris, croci, ſpicę, ligni aloës, ana. drach. 1. ſacchari, unc. 2. fac puluerẽ, & temperabis decoctionẽ, de qua cum aqua frigida propinetur. Triphera cõgrua in ſtomacho calorem habentibus, defectionem, punctionem, & incendiũ amputat. Quæ recipit mirobalani citrini, drach. 10. chebuli, emblici, ana. drach. 5. omnia in puluerem redacta cum oleo roſaceo tẽperabis. Deinde accipe roſę, ſpodij, ana. drach. 4. ſandali rubei, albi, ſeminis mirtę, ſeminis portulacę, galiæ, liquiritię, ana. drach. 2. croci, maſtichis, berberis, uſnę, cãphoræ, ſpicę, ana. drach. 1. fac puluerẽ, quem cõmiſces cum priori cõfectione, deinde omnia cum ſirupo roſato tẽpera, & in modũ auellanę cũ ſirupo roſaceo dabitur. Trochiſci Ioan. Damaſ. ualẽt cõtra calorẽ ſtomachi: Rec. ſpodij, ſandali albi, boli armenici, añ. drach. 5. roſę, drach. 7. berberis, drach. 6. croci, cãphorę, caſſię, gallę, galię, añ. drach. 1. & s. ſeminis citroli, portulacæ, cucurbitæ, radicis pſyllij, mãnæ, añ. drach. 3. ligni aloës, drach. 1. fac puluerẽ, tẽperabis cũ aqua roſacea, & trochiſci informentur pondere unius exagij. Quorũ unus cum aqua frigida potui tribuat. Trochiſci camphorati, cõueniunt contra calorem ſtomachi, & epatis incenſionem, & dolores qui ſunt propter calorẽ, mitigãt, & ſitim extingunt, & febricitantibus proſunt: Rec. ſpodij, roſæ, ana. drach. 6, ſacchari, mannę, ana. drach. 4. ſucci liquiritię, dragaganti, ſeminis portulacæ, ſandali citrini, gummi, ana. drach. 2. camphorę, amyli, ſeminis cucurbitę, cucumeris, & citroli, maſtichis, ligni aloës, croci, cardamomi, ana. drach. 1. tempera omnia puluerizata cũ muccillagine pſyllij, in aqua roſata madefacta. Deinde trochiſcis informatis, unum ad ſumendũ tribue cum ſirupo roſato. Vtile eſt etiam calidum habentibus ſtomachũ, ſi ſæpe fruãtur ſirupis refrigeratiuis, cum aqua frigida, ſicut ſirupo uuarum agreſtiũ, aut prunorum, & ſimilium. Quod ſi calor ſtomachi fuerit propter choleram in ſtomachi creatam, ſiue ab epate ſibi illatã, oportet dari ſuccum malorum granatorũ, acetoſorum, & dulcium cũ ſua carne tritorũ, amborũ, unc. 6. ſacchari, unc. 1. Aliud: Accipiat apozema abſinthij, uel mirobalani aut oxyfœniciorum. Quodcũq; horũ utile eſſe cognoſcimus, illud demus pondere unciarũ 4. cũ drach. 1. aloës loti, uel puluere hierępicræ, cũ aqua frigida, uel calida, ſi neceſſe fuerit. Sirupus ualens ad purgandam choleram rubeam de ſtomacho, & refrigerat epar, atq; uiſcera, uentrẽ humefacit ſuauiter, & calorem ſtomachi, qui eſt propter choleram rubeam refrigerat: Recipe hæc: mirobalani citrini, abſinthij, ana. drachmas 15. cucurbitę, fumi terræ, uiolæ, roſæ, ana. drachmas 9. oxyfœnicię,

drach,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 242 sur 404

©BIUM

drach.30.pruna 100.iuiubos, 40.maſtichis,ſpodij,ſandali,aniſi,añ.drach.3. endiuię,quantū una manu ſtringitur:omnia ponant in 10.lib.aquę calidiſſimę perunū diem,& noctē. Deinde coctis ad tertiā & colatis,accipe mannę, & caſſiæfiſtulę mundatę,ana. drach.15. & mixta ſuperiori aquę,diu fricētur manibus,& colentur.Poſtremo ſume librā utriuſq; mali granati, & ſacchari libras 3.& fac ſirupū,de quo dabis potui,unc.2.cum frigida aqua. Si autē laxatiuū facere uolumus,damus cum aqua tepida illum ſirupum cum ſcammonio & dragagāto,ana.ſcrup.3. cum modico oleo uiolato. Sirupus Ioan. Damaſc. ualens ad extinguendam cholerā, ſtomachi calorē refrigerat, appetitum confortat:Rec.aceti pomorum citrinorū,lib.3.ſucci granati acetoſi,lib 5.aceti,lib. 4.pruna damaſcena 50.uiolę,drach.30.ſpodij.10.ſandali citrini & albi,añ.drach.3. mirobalani citrini,drach.10. omnia in quinq; libris aquę coquantur, uſq; ad perfectionem deinde colentur. Colatis autem pone ſaccharū in eodem pondere quo aqua unc. Cumq; uis illud coquere,pone tot ſcrup.diagridij,in malis coctanis aſſati,quot lib.fuerūt, & dabis unc. 2.ſiue 3.ſecundum uires accipientis. Trochiſci ualentes contra calorem ſtomachi:Recipe roſę,uiolę,ſacchari,ana.drach.4.ſpodij,ſandali citrini,ſeminis portulacæ,ſucci liquiritię,abſinthij,añ.drach.2.ſucci fumi terræ,dragaganti,maſtichis,ſcammonij,ſeminis cucumeris,cucurbitę,ana.drach.1. ligni aloēs,croci,camphoræ,ana.ſcrup.1. omnia puluerata cum ſucco lupuli temperentur,& trochiſcos formabis.Sed ſemper oportet ut aſſuefaciant uomitum cum rebus ſtomachum mundificantibus,quas ſumus dicturi,& ungatur ſtomachus,aut oleo uiolato,aut roſato. Epithima ualēs ad punctionē, calorem,& ſtomachi incenſionem,quę fiunt propter choleram rubeam, uomitum arcet:Rec.roſę,ſandali,albi & rubei,ana.drach.3.ſpodij,galię,maſtichis,ana.drach.1.& s.omnia trita coquantur in una lib. ſucci ſolatri,uſq; ad medietatem.Quo colato,mitte unc.4,olei roſati.Deinde iterum coquant, quouſq; ſolum oleum remāſerit,tandem ungatur ex eo ſtomachus. Aliud: Recipe rhodoſtomatis,ſucci ſolatri,ſucci uuę agreſtis, ſucci myrtę,añ. unc. 1.olei roſacei,uiolę,anā.unc.2.ſandali albi,rhamni,galię,ana exagium unū. omnia coquantur,quo aduſque ſolum oleum remanſiſſe uideris. Cataplaſma ualens contra calorem ſtomachi & epatis, uſtionem cholerę rubeæ refrigat,& febricitantibus utile unc.Recipe ſandali albi,& rubei, pollinis hordei, ana.drachmas 4.roſæ,uiolæ,ana.drach.2.memithe, opij,galię,beli armenici,camphoræ,ana. drach.1. fac puluerem & temperabis cum mucilagine pſyllij, aut ſucco ſolatri,ſiue cucurbitæ. Cibaria uero quibus conuenit uti calidum habentes ſtomachū,hęc ſunt:Videlicet piſces in iure & condîti cum roſis,aceto,iuiubis, & his ſimilibus. Pulli gallinacei, ſtardi, perdices, omnia iuſſellata,& condîta cum aceto pomi citrini, ſeu uuæ agreſtis, damaſcenorum, ſucco mali granati, oxyfœnicijs, amygdaleo,& ſimilibus.

Similiter

©BIUM

Similiter ius lentium, cucurbitæ cum amygdaleo, uel rhodoleo. De fructibus granata mala, pira, cucumeres, pruna. Abſtineant à melle, & ab omnibus quæ facta ſunt de melle, atq; ab omnibus calidis cibarijs, & unctuoſis, ab eis etiam quæ facile digeruntur. Hæc enim cibaria, in huiuſmodi ſtomachum habentibus, cito in choleram rubeam mutãtur. Si complexio ſtomachi in calorem & humiditatẽ conuerſa fuerit, damus frigida & ſtiptica adiutoria, quia ſtiptica humidis, & calida frigidis curantur: ſicut ſpodium, ſandalos, roſas, æquali pondere, quorum tritorum pondus, drach. 4. potui dẽtur, cum ſirupo uuarum agreſtium. Dormitũ euntibus olei roſati, drach. ʒ. cum ſucco granatorum tribuantur. Accipiant oxyſaccharum, coctana, condîta: Sirupum de fructibus factum, uel oxyſaccharũ, & ſimilia, cum trochiſcis de roſis, aut de ſpodio. Quod ſi mutatio cõplexionis ſtomachi per frigiditatem fit, & ſignificationes quas ſuperius diximus nobis patefiant, id eſt, digeſtionis defectio, & paruitas naturalis caloris, quia Galen. dixit frigiditatem ſtomachi hęc accidentia ſequi, dolorẽ uidelicet uentris, torſionem & coloris liuorem, aciditatem ructatus, labrorum liuiditatem, & ſimilia. Vnde oportet eorum calefieri ſtomachum, cum aromatizantibus medicinis, ſicut ſpica, cardamomo, macis, gariophyllo, caſſia, maſtiche, & ſimilibus. Galen. enim teſtatur deberi interiora membra confortari, ex odoriferis medicinis. Antidota accipiant quę antiqui concordauerunt huic complexioni, quia frigiditatem ſtomachi calefaciunt, quemadmodum theriaca magna, phylonium, muſcata, dialacca magna, diacoſtum, diarheumbarbarum, & his ſimilia. Electuaria calida, ſicut diatritonpipereon, diacyminũ, diaſidedicon, diagalanga, dianacardum, diaſpermaton, diaroma, zingiber cõdîtum, origanũ condîtum. Electuariũ Gal. ualens cõtra frigiditatem ſtomachi, & renum, groſſam uentoſitatem diſſoluit, digeſtionem confortat, phlegma groſſum attenuat quod in ſtomacho moratur, memoriam corroborat, canitiem uenire detardat, tuſſim ex phlegmate creatam curat: Rec. piperis albi, nigri, longi, zingiberis, ana. unc. 2. galangæ, cinnamomi, caſſiæ, cyperi gariophylli, croci, aniſi, ana. unc. 1. maſtichis, penidiorum, añ. unc. 2. ſpicæ, cardamomi minoris, aſari, carpobalſami, xylobalſami, ſeminis myrtę, coſti dulcis, añ. unc. s. cymini, roſarum, ana. drach. s. calami aromatici, lignialoẽs, nucis muſcatę, macis, ana. unc. 4. fac puluerẽ, mellis quantũ ſufficit. Dabis ante cibũ in modum auellanę, & poſt cibum. Electuarium ſtomachum calefaciens, inflationem, torſionem, & uentoſitatem diſſoluens, digeſtiuã confortans, mentem acuens, colorem & uiſum clarificat, rugitum in ſtomacho mitigat, renes calefacit, libidinem confortat, acidos ructus procurat: Recipe cinnamomi, gariophylli, zingiberis, galangæ, liquiritię, caſſiæ, marathri, maſtichis, aniſi, ana. drach. 6. cyperi, piperis longi, & nigri, aſari, carpobalſami, xylobalſami, carui, cymini, cinnamomi, gariophylli, añ, drach. ʒ. roſæ, drach. 4. & s.

ameos,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 244 sur 404

©BIUM

ameos,apij ſeminis,cardamomi minoris,cubebę, nucis muſcatę, ligni aloes,macis,calami aromatici,coſti,amomi, calamenthi,origani, anginæ,pyrethri,folij, añ.drach.1.& s. ſacchari,penidiorũ,añ.drach.15.omnia in puluerem redacta temperentur cum melle.Dabis in modum auellanę, ante cibum & poſt cibum cum aqua calida,aut cũ uino calido. Diatrionpipereon ualet ad diſſoluendam groſſam uentoſitatem in ſtomacho,ſtomachum cale facit,& phlegma deſiccat,& omnes frigidas paſſiones in uiſceribus exiſtentes procurat:Rec.piperis albi,nigri,& longi,cinnamomi,zingiberis,mara thri,aniſi,maſtichis,aſari,añ.unc.1.xylobalſami, carpobalſami,caſſię,ſpicę, amomi,ana.drach.s. cardamomi,apij,ameos,croci, gariophylli, coſti,macis,ana.drach.2.& ſcrup.1.mellis quantum ſufficit,fac puluerem. Electuarium Ioan.Damaſceni,cõtra frigiditatẽ ſtomachi utillimum, uiſcoſa phlegmata incidit,faſtidium,abominationem,acetoſas ructationes, ſpaſmum ſtomachi,& caninum appetitum procurat,naturalem confortat,os odoriferũ reddit,& fœtorẽ amputat:Rec.cymini, piperis longi & nigri, gariophyllorum,ligni aloẽs,caſſiæ,croci,ſpicæ, aſari,cinnamomi,ligni gariophyllorũ, galangæ,calami aromatici, carpobalſami,ameos, zingiberis, ana.unc. 4. ſacchari,unc.4.maſtichis,ariſtolochiæ rotũdę,macis,polij,liquiritiæ,amomi,ana.unc.4.omnibus puluerizatis,mellis quantum ſufficit appone. Stomachicon Ioan.Damaſceni,contra frigiditatem ſtomachi,humiditatem & defectionem,Rec.folij,gariophylli,maſtichis,caſſię,cinnamomi,añ.drach.3.aſari,piperis lõgi,cinnamomi,añ.drach.3.piperis albi & nigri,calami aromatici,maſtichis,ſpicæ,ana.drach.3.zingiberis,drach.10.Accipe ſaccharũ & coque eam, quemadmodum ſi uelles coquere marmoratum ſtomachicon:Deinde tempera ſpecierũ puluerem. Stomachicon calefaciens & odoriferum faciens ſtomachum:Rec.cinnamomi,drach.1.zingiberis, piperis, cardamomi,galię muſcatæ, ligni aloẽs,cãphorę,ana drach.2.croci,drach.s.ſacchari,drach.30.Triphera alia ualẽs ad omnia frigidiora:Rec:chebuli, indi,ana.unc.1. emblici,ana.unc.s. omnia trita cum amygdaleo fricentur: Deinde aniſi,cymini,cinnamomi,gariophyllati,carui,maſtichis, zingiberis,ana.drach.5,abſinthij,ſeminis myrtę,roſæ,ana.drach.4.calamẽthi,origani,folij,amomi,ana.drach.3.acori,ariſtolochię rotundæ,ſtecados,croci, añ.drach.2.fac puluerem,adde mellis quantum ſufficit: da in modum caſtaneæ cum calida. Quod ſi corruptio ſtomachi fuerit propter phlegma in eo natum,ſiue ibi de alijs locis fluens, mũdificare oportet ſuperius & inferius. Accipiant theodoriton,hieram picram,uel ſtomachicon,& ſimilia his, ſtomachum de groſſis & uiſcoſis humoribus mundificantia. Damus item pilulas acutas,quæ cutię dicuntur,& pilulas aureas,& ſaccharũ, apozema de agarico. Sirupus utilis cõtra frigiditatem ſtomachi, uentoſitatem diſſipat, oppilationem aperit,appetitum & digeſtiuam uirtutem cõfortat: Rec.ma-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 245 sur 404

©BIUM

rathri,aniſi,ſquinanti,calamenthi,ana.unc.1.ſamſuci.mentę,añ.unc.s.ſpicæ,aſari,apij,folij,zingiberis,coſti, ana.drach.2.& ſcrup.1. paſſorum enucleatorũ,lib.s.omnia mittãtur in 10.libras aquę calidiſſimæ,& nocte una ac die ibi permaneãt.Deinde coquantur ad medietatẽ,& colentur.De fece uero ſimili modo facies. Ad poſtremũ,utrunq; apozema commiſces cum tantundẽ mellis quantũ utrunq; fuerit apozema, quod iterum coques quouſq; peruenerit ad perfectionẽ. Tandem cõdies cum puluere galię muſcatæ,maſtichis,croci,ana.drach.1.Quod dabis potui pondere unius unc. cum aqua calida.Sirupus ualens cõtra frigiditatẽ ſtomachi, & mollitiẽ propter phlegma,appetitũ debilem confortat,& omnẽ paſſionẽ frigidã in omnibus membris creatam,curat:Rec.uini uetuſtiſſimi,& odoriferi,lib. 10.mellis,lib.5.coquantur optime.Deinde maſtichis,ſpicę,croci,gariophylli, añ.drach.1. accipe,puluerizata & deponantur in illa decoctione in initio in panno ligata. Quibus abſtractis,deſine ſirupum coqui uſq; ad perfectionem,& da hæc potui. Sufficit quantum diſputauimus de antidotis,& elect. huic paſſioni conuenientibus.Neceſſe eſt igitur ut olea oſtẽdamus frigiditatem ſtomachi iuuantia.Olea autem quę oſtenderunt antiqui propter hanc paſſionem utiliſſima,hęc ſunt: Oleũ nardinũ,ireleon,anethileon,chamomileon,abſintheleon,maſticheleon,coſtoleon,amygdaleon,ladanoleon,laurinũ oleũ. Hæc omnia olea calida ſimplicia,uel cõpoſita,contra ſtomachi frigiditatẽ ſunt ualentia.Epithima ualens contra frigiditatẽ ſtomachi,ac omniũ uiſcerũ,& epatis:Rec.coſti,ſpicę,ſquinanti,calamenthi,ſanſuci,abſinthij,ana.drach.2.aſari,caſſię,nucis muſcatæ, gariophylli,caſtorei,folij,ana.drach.1. omnia tuſa in duabus libris aquę calidiſſimę die una ac nocte permaneãt. Deinde commiſceatur lib.1.olei ſeſamini,& coquantur ſuauiter,quouſq; ſolum oleum remaneat. Epithima cõtra frigiditatem. Epithima Ioan.Damaſceni ad idem: Rec.olei ueteris libra 1.rutę,unc.1.caſtorei,caſſię,añ.drach.4.Omnia cõtrita in oleo coquantur,& colata cataplaſmentur . Cataplaſma ſtomachũ calẽ faciens, & confortans:Rec.gariophylli,croci,xylobalſami,coſti, maſtichis, chamomillę,meliloti,ana. drach.2. calami aromatici,abſinthij,ligni aloës, caſtorei,ſandali rubei,myrrhę,thuris,añ.drach.1. omnibus in puluerẽ redactis & tẽperatis,cum cera quod ſufficit fiat cataplaſma. Cibaria quę oportet frigidũ ſtomachũ habẽtes aſſuefacere decet eſſe calida & ſubtilia, ſicut iura facta de perdicibus,phaſianis,ſtarnis,paſſeribus, condîta cũ aromatibus, calidisq; rebus, pulli gallinacei cocti, cũ uino cocto uetuſtiſſimo & odorifero, cõdîti cũ croco,pipere,gariophyllo,& cinnamomo,gariophyllato. Quod ſi frigiditas cum humiditate mixta fuerit, aſſata,& cũ obſomogaro manducent. Vinũ odoriferũ,& uetuſtiſſimũ bibant,& melicratũ cum aromatibus. Si autem mutatio cõplexionis fuerit in ſolam ſiccitatem,ut nulla altera qualitas ſit cõmixta,per has ſignificationes quas diximus,certificemus . Oportet ſtudium

©BIUM

tet ſtudiū impendamus rebus humefacientibus, & prohibeamus patientes à cibis & à medicina ſtipticitatē habentibus, ne deſiccetur quod in membris remanſerit de ſubſtantiali humiditate. Sicut Galen. de hac re dicit: Quāuis, inquit, alicui ęgro, cuius ſtomacho ſiccitas dominabitur, in curatione ſtultorum medicorum acciderit, medicinam nullatenus niſi ſtiptică impendi, ſtomachi eſſe proculdubio cōfortatiuam arbitrantiū, oportet nos citiſſima feſtinatione errori eorū occurrere, & quod in aditu membrorū medicina eorum clauſerat, uelociter aperiamus, & ſuauiter attrahamus per congruas partes, quod de ſuis locis alias fluxerat, ut ad ſua propria loca cōueniant, & unumquodq; ſimile membrū impleatur cum humidis cibarijs, bonā & acceptabilem humiditatem habentibus. In eodem loco dixit: Si calor ſeu frigiditas, ſtomacho dominantur, huiuſmodi paſſio facile curatur, quia reſtauratio & paſſionis curatio fit cum fortibus acutisq; qualitatibus. Quod ſi cōplexio ſtomachi mutatur in humiditatē aut ſiccitatem, moleſta erit ad curandum, quia eius euaſio fit debili & paſſiua qualitate, maxime ſi humefacere ſiccam uelimus. Mēbra enim deſiccata ſi humefacere uolumus, neceſſe eſt ut hoc fiat multo temporis ſpacio, multo etiam longiore, quam eſt tempus eorum quo debet deſiccare, quia uenæ in ſiccitate ſtomachi conſtringuntur, & clauduntur, propter ſuorum humorū cōplementum. Vnde fit cauſa prohibendi cibum ne poſſit penetrare uenas, ut eorum humiditatem reſtauret. Hæc fuit intētio Galeni de moleſtia curationis huius paſſionis. Sed nos monſtrabimus, qualiter in alijs locis dietam huius paſſionis indixit: In primordio, inquit, incipiamus ſtudium impēdere de lecto infirmi, ut ſit propinquiſſimus balneo, & cum uoluerimus eum in balneo mittere, in panno uidelicet molliſſimo ſuauiſſime feratur, ne motio aliqua generet ſiccitatem ei aut defectionem, & deponatur in fonte in quo magis quàm balneo moretur. Oportet nos etiam aliud intueri, ſcilicet ne fumus ſit in balneo, aut calidus aēr. Fons quoq; ſit ianuę balnei maxime propinquus, quia aēr balnei deſiccat eius humiditatem. Aqua uero fontis, ſit dulciſſima, & adeò temperatiſſima, ut ęger in ea delectari ualeat. Quia quāto in eo delectabilior fuerit, tanto melius natura ad omnium membrorum extremitatem excitatur, & quāto natura fugit rebus nocibilibus eam tangētibus, tanto fit propinqua extremitati membrorum rebus ei delectationem faciētibus. Vnde adeò in balneo moretur, quouſq; in eo delectari aſpexerit. Deinde accipiat lac, ſed laudabilius omnibus eſt muliebre. Sed ſi infirmus inobediens tibi fuerit propter abominationem, dabis ei iumentinum, quod cauendum eſt ne ab aēre tangatur, ſed uas quo debet lac mulgeri, ſit propinquum infirmo, ut mulgere, & potui dare ſimul uno loco fiant. Aēre enim illud percutiēte in ſtomacho caſeat. Quod ſi ab huiuſmodi uis liberare caſeitatis ſuſpicatione, miſce cum eo uel parum aut unum cochleariū mellis, Cumq; certiſſime noueris lac eſſe digeſtum, &

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 247 sur 404

©BIUM

huiuſmodi uideris ſignum unum, ut non de lacte ructet, neq; inflationem in ſtomacho ſentiat, mittendus eſt in balneo ſecūdo. Quod ſi ipſe balneū aſſue tum habuerit, & illud amauerit, mittendus eſt tertio in balneū. Sin autē non diuide diem in duas partes, & duabus diuiſis uicibus, eum in balneo induci to, & unaquaq; uice balneum egrediens, ungatur oleo temperato, uidelicet uiolato, roſato, nenufarato, & ſimilibus. Quod ſi lac in ſanitate amauerat, dabis ei lac bis in die. Quod ſi non, dabis ei ptiſanam. Deinde tertio in bal neum inducatur, ſi oportet. Sin autem non, cœnam ei appone. Cibi uero quos debes ei dare, ſint panis fermentatus, optimus, habens de leuato, & ſa le quantum ſufficit, & piſces pelagini, & petroſi: Alas gallorum frumen tum paſcentium. Oportet etiam perpendi ne cibaria ſint digeſtibilia facile, & multum nutrientia. Neq; decet ſtudium impendi in dandis cibarijs quan tum neceſſe fuerit, ſed quod poteſt bene digeri. Quia cibus quāto magis fa cile digeſtibilis, tanto minus nutribilis, & quantum durius & tardius digeri tur, tanto abundantius nutricat. Proinde oportet ſollicite conſiderare utrū que. Quanto autem ægrum ire perſpexeris ad melius, tanto ingroſſari ei diætam conuenit, quatenus reuocetur ad conſuedinem quam in ſua habuit ſanitate. Decet etiam aliquantulū plus cibum, & duriuſculū dari ſero quàm mane, propter confortationem digeſtiuæ in ſomno. Oportet etiam ei mul tis uicibus cibum dare. Multum enim cibum in una uice ſumptum, nequit digerere. Poſtremo Galenus eodem loco dixit: Nullum mihi uidetur huic patienti oportunum uinum eſſe nec congruum, niſi illud quod Hippocra tes in libro de diæta morborum acutorum periculoſum uocauit. Nō enim ullam aquę tolerat cōmixtionem, niſi paruiſſimam. Cui pauciſſimum aquę commiſceri neceſſe eſt. Et animaduertendum eſt ne illi uino ſit inaccepta bilis, & non bonus odor. Sed aqua idcirco fugienda eſt, quia moratur ſub diaphragmate, & uentoſitatem & dolorem grauat in uentre, & corrumpen pendo ſtomachū cibum quoq; prohibet uenas penetrare. Hoc omnia ope ratur ſua frigiditate. Vnde uinum huic eſt oppoſitum & contrarium, quia ſi uentoſitatem, aut dolorem inuenerit ſub diaphragmate, eam omnino diſſol uit & placat, uentrem extenuat, quæ omnia fiunt propter temperamentum ſui caloris, uias aperit per quas cibus eſt penetraturus, eum etiam in adeun do ad unumquodque membrum adiuuat. Quod ſi malos in ſtomacho chy mos inuenerit, mutat & conuertit eos in bonum: putridos & malos humo res eiicit ex ſtomacho, ſeu in quocunque alio fuerit membro procul dubio diſſoluit & expellit. Idcirco urinam prouocat, maxime ſi fuerit acidum ſeu ponticum. In eodem iterū libro dicit Galenus: Non oportet dari ægritudi nem exeuntibus uel defectum habētibus in ſtomacho uinum cum mandu cauerint, ſed poſtquam finita fuerit digeſtio cibi. Quod ſi uinum in illa ho ra ſumpſerint, cibus in ſuperiora ſtomachi natans, prohibet ſtomachum di

gerere

©BIUM

gerere ſeſe & circundare. Quod ſi habuerit ſitim, modicum uini debet accipere, ut ſitis eius mitigetur. Cibis uero omnino digeſtis, uinū quantū ſufficit poteſt dari. Hæc ſunt dicta Galeni uerbum ex uerbo ſcripta. Ego inſuper dico, quia hæc patiens neceſſe eſt ut caueat, à coitu, labore, anguſtia, triſtitia, ira. Hæc omnia enim ſiccitatē augmentātur, humiditatē minuuntur. Cataplaſmetur ſtomachus cum polline hordei, ſucco cucurbitę, portulacę, maluæ, cucumeris, uirga paſtoris, uiola, oleo uiolato, & ſimilibus. Si autem ſtomacho cum ſiccitate aliquantulum dominetur frigiditas, neceſſe eſt dari humida cibaria aliquantulum caloris habentia: Multum enim calida uehementius ſiccitatem generātur. Intentio enim noſtra nō eſt alia, niſi in ſubueniendo deſiccationi. Vnde oportet nos miſcere in ſuperioribus alimentis quædam aliquantulum caliditatis habentia, ſecundū menſuram frigiditatis ſtomacho uidelicet dominantis, id eſt, miſceamus cum lacte mel & uinum ſit parum mixtum. Cibaria non ſolum ſint calida in uirtute, ſed etiam in tactu. Epithimetur ſtomachus oleo nardino, maſticheleo. Sępiſſime balneorum utatur frequentia, dulciſſimam & tepidam aquam habentium. Iuxta latus patientis ponatur infans nitidiſſimam & mundam carnem habens. Calor enim infantis calefacit & humectat huiuſmodi ſtomachum. Damus cibaria, & medicinam in ſubſtantia & actione calida moderate.

De regendo aut cuſtodiendo ſano ſtomacho. Cap. XIII.

OPortet eos qui ſanitatem ſtomachi uolunt cuſtodire, ne in morbum incidant, & eius actio deficiat & corrumpatur, & intentio eorum ſit in accipiendis cibis, & potibus, eademq; perpēdatur in ſumenda medicina. Intentio enim medicinæ non eſt multa in quantitate, neque delectabilis in ſapore, ſed ſolummodo ratiocinantur ut adiuuet. Eodē modo in cibis non debet quātitas conſiderari, niſi ſolūmodo quantum in ſtomacho poteſt digeri. Quia ſi demus cibum pluſquam digeri poſſit, dilatatur, extēditur, ſubtiliatur, refrigeratur, & deficit, qui taliter exiſtens, cito patitur faſtidiū. Propterea laudabilior ſtomachi hæc eſt medicina, ut ſit cibi negligentia, id eſt, ut à cibis & potibus ſe cohibeant, cum adhuc in eis deſiderium habuerit appetendi. Diogenes interrogatus à quodā qualis eſſet hora comedendi, dixit: Quibus adſunt cibaria, comedant cum deſiderant: Non enim habentes cibum, manducent cum habuerint. Ego etiam dico digeſtionē multū adiuuari ex deſiderio. Idcirco Hippocrates: Parum deterior cibus & potus quo melioribus ſi fuerit delectabilior magis eſt appetendus. Vnde nos oportet ſequi eius autoritatem. Quia ſi duo uiderimus cibaria unum deterius altero, ſed tamen parum, fitq; deſiderium appetendi in peiorem, fit à nobis laudabilior meliore, propter deſiderium quod eſt in

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 249 sur 404

©BIUM

eo. Sed tamen tunc dari debet, quando fuerimus ſecuri, ut tanta ſit in eo malignitatis quanta per ſtomachum omnino poſſit digeri, propter magnæ appetitionis deſiderium. Palàm ergo debemus intelligere deſiderium, magnum facere iuuamentum digeſtioni. Idcirco diximus: Oportet eos qui ſanitatem ſtomachi cuſtodire deſiderant, utà cibo ſe abſtineant cum adhuc in eo deſiderium fuerit. Nonne uides quod multi aliquem cibum nimis deſiderantes, ſumma deſiderium cupiditate ex eo adeò replentur, ut eum nullatenus digerere ualeant. Quo nimirum indigeſto, ipſe quem deſideraueràt in faſtidium uertitur, & nimis iam amabilis in horribilitatem mutatur. Nos etiam oſtendimus multæ repletionis nocumentum. Inanitio atque fames ſi fuerit, quia commouetur ſtomachus in appetendis cibarijs, & tamen nihil acceperit, cauſa eius debilitatis allicit ſibi de humoribus corporis. Vnde appetitus deſiderium offendens, & cibum ad ſtomachum uenientem corrũpens. Vnde Gal. ſuper epidemiorũ libros: Sanitas, inquit, duobus modis cuſtoditur, abſtinentia uidelicet ſaturitatis, & ſollicita laboris & exercitij perpetratione. Etenim qui cibum ſumpſerint tranſacta exercitiorum perfectione, & forte appetitus deſideriũ habuerint, cibus naturalem calorem inuenit ſtomachi, quaſi ignem ſuccenſum. Qui uero accipit cibum nulla exercitiorum actione præcedente, & abſq; deſiderio, cibus reperiet calorem ſtomachi eſſe quaſi occultum, & extinctum. Poſt cibum uero qui ſe exercitauerit, neceſſe eſt ut cibus ex ſtomacho indigeſtus egrediat, & uenas crudus penetrans, epatis, ſtomachi, & totius corporis generat paſſionem. Item Galenus: Sicut, inquit, exercitia ante cibum ſunt iuuantia, ſic poſt cibum prouocata ſunt nocibilitatẽ facientia in cuſtodienda uidelicet ſanitate. Rurſus oportet eum cuius ſtomachus fuerit optimus in digerẽdo, ut nullatenus ſæpe præſumat calidiſſima accipere cibaria, ne incenſionem, uel ardorem in ſtomacho generent, & cohibendus eſt ab aqua, propter ſuam æſtuationẽ, ne frigiditate aqua ſtomachum percutiente, penè deficiat. Quia eſt neruo uoſus nequiens frigiditatem aquæ tolerare. Vnde fit cauſa ſuę defectionis. Neq; cibum accipiat frigidiſſimum, & durum ad digerendum, ne ſit occaſio defectionis ſtomachi. Qui itaque ſi acceperit cibum calidiſſimum, poſt acceptionem eius, frigidam, & humidam accipiat medicinam, ut ſit confuſio caliditatis cibi. Frigido uero cibo iam comeſto, donetur ei medicamentum calidum, ut ſit nocumenti deſtructio. Oportet iterum ut caueant ſe ab alimentis digeſtioni inobediẽtibus, licet ea in ſua ſanitate bene digereretur. Quia in diuturno tempore corrumpunt ſtomachum, & deficere ei accomodant. Similiter & prohibendi ſunt à mediciuis ſtomacho nocentibus, ſicut colocyntha, polio, turbith, diagridio, & ſimilibus. Et quãto magis abſtinentiam ferre poterit, tanto ſalubrius eorum ſanitas cuſtoditur. Quidam tamen medici dicunt, caput medicinæ eſſe abſtinentiam cibi & potus, nocibilitatem

©BIUM

litatem inferentiũ. Fuit quodam tempore Galenus interrogatus, quare minoraſſet quotidie cibũ. Quibus reſpondit: Intentio mea eſt in cibarijs huiuſmodi manifeſta, ut poſſim uitam habere. Porphyrius inquit: Differentia eſt inter me & uos in uita huius mundi, quia ego hac de cauſa comedere cupio ut uiuam, ſed uos uitam quęritis, ut comedatis. Plato iterum: Abſtinentia ait, duplex eſt, uniuerſaliter uidelicet & particulariter. Vniuerſaliter, ut nullus accipiatur cibus niſi cum deſiderio. Particulariter, ut perquiras quod elementum tibi dominabitur, & ſicut contrarium fuerit, contrarium accipias. Galenus: Oportet, inquit, ſanitatis cuſtodiam habere uolentes, ut omnes cibos humidos & uiſcoſos, & egeſtioni facillimos, ante omnia accipiant. Hoc enim obſeruato, cibi humidi uelociter de ſtomacho deſcendunt, & uiam faciunt reliquis, per quam poſſint effluere. Quod ſi in fine cibi fuerint accepti, corrumpuntur, & cum ſua corruptione corrumpunt cæteros cum eis exiſtentes. Oportet iterum intelligi quia qui cõſuetudinem bis in die comedendi habuerint, moleſtum eſt ſi ad ſemel redierint. Similiter & qui ſunt aſſueti ſemel, & bis comedere, malum eſt ſi à conſtituto comedendi termino ſe mutauerint, moleſtum eſt. Sed ſi magna fuerit neceſſitas, paulatim illos ab eo termino permutari conuenit. Decet etiam hoc obſeruare ne cibum inordinate ſumant, ſi ſtomachi ſanitatem uelint, ut qui prius debet accipi, poſterius, & qui poſterius, prius accipiatur. Tali enim comeſtionis ordine, paſſiones ſtomachi plurimę generantur.

De apoſtematibus in ore ſtomachi naſcentibus.
Caput XIIII.

ANtiqui medici qui ante Galenũ fuerunt, os ſtomachi præcordia uocauerunt, & nullum corporis membrum dixerunt dolorem uelocius ſentire quàm os ſtomachi. Vnde Galenus in libro de accidentijs: Bonum, inquit, eſſet ſi nõ minoraremus os ſtomachi quinq; ſenſibus. Senſibiliſſimum enim membrum cum aliquod ſenſerit nocumentum, cito patitur tria accidentia quæ ſuperius diximus, id eſt deſiderij ablationem, aut eius mutationẽ, ſeu eius corruptionem. Corruptio uero aut eſt in quantitate, aut in qualitate. In quantitate ſi fuerit appetitur plus cibus quàm oportet. In qualitate, quemadmodũ ſi appetierit lutũ, cretam, carbones, & ſimilia, quod poſtea planius dicemus. Oportet iterum intelligere quia os ſtomachi patitur aliquãdo apoſtemata ex omnibus humoribus naſcentia, quẽadmodũ naſcunt in cæteris mẽbris. Quorũ ſignificationes poſſumus perpẽdere ex ſenſu oris ſtomachi, & nonnunq; cũ tactu. Si aũt apoſtema fuerit ex humoribus calidis ad illũ locũ fluẽtibus, patiens nimium ſentiet dolorẽ, febrẽ habebit, ſitim, ardorẽ, incenſionem. In quo loco manu

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 251 sur 404

©BIUM

appoſita, ſentitur calor adeſſe, & nonnunquam ſingultum patiuntur. Quod ſi apoſtema de frigida fuerit materia, grauitas & non multus dolor erit infirmo, abſque ſiti & ardore. Ex diaphragmate ſtomacho uidelicet uicinante, neceſſe eſt apoſtemate in ore ſtomachi naſcẽte, fiat ſpiritus ſpiſſus, & paruus. Galen. etiã dixit: Si dolor, uel apoſtema fuerit in aliquo mẽbro cui ſpirituali membrũ adeò uicinũ ſit, ut cum membrũ cõmotum fuerit, & ſpirituale inſtrumentum moueatur dolore, neceſſe eſt ut ſpiritus fiat ſpiſſus, & rarus, & aliquando patitur infirmus anguſtiam, abominationem, & pectoris, ſpatularum, atque cubitorum habet conſtrictionem. Cuius apoſtemate diu prolongato, & infirmo ſaniem ſpuere incipiente, impoſſibile eſt aut raro reſtaurari poſſe ſanitatem manifeſtum eſt.

De curis apoſtematum. Cap. XV.

CAuere oportet infirmum in primordio, & ſtatu ſuæ paſſionis à uomitu & uentris ſolutione, & perquirendum eſt de ſignificationibus quas ſuprà diximus. Quod ſi certiſſima rationis ueritate nouerimus apoſtema de calidis fuiſſe humoribus, dãdi ſunt ſucci ſolatri cocti unc. 6. cum caſſię fiſtulæ mundatæ & mannæ ſcrupulis 6. Accipiant unc. 4. ſucci endiuię cocti & colati cum ſaccharo, uiolæ, rhodo ſacchari, ana. drach. 5. Quod ſi infirmus nimiam patitur ſitim, accipiat ſirupum iulep, & ſirupum uiolatum, uel roſatum cum aqua frigida. Si punctionem æger ſenſerit, ſumat olei roſati, drach. 3. cum unc. s. ſacchari. Apoſtemate uerò in ſtatum tranſiliente, dentur ſucci arnogloſſæ, unc. 3. ſucci chamæleontis, unc. 2. caſſiæ fiſtulę mundatæ, drach. 5. olei uiolati, aut amygdalini, exagium unum. Damus ptiſanam in qua coctæ ſunt radices endiuiæ. Dietamus eos cucurbitis, blitis, chryſolocannis, lactucis, maluis cum oleo amygdalino, & coriandro. Quod ſi infirmus febrem non habuerit, accipiat pullos gallinaceos, cum cucurbita, & amygdaleo cõditos. Dabimus de his confectionibus quas ad prẹſens dicemus. Trochiſci Ioannis Damaſceni ualentes contra apoſtemata calida in ore ſtomachi naſcentia: Recipe caſſiæ fiſtulę mundatæ, roſę, maſtichis, ana. drachmas tres, meliloti, ſeminis maluæ, pſyllij, ſandali albi, & rubei, ſpicæ, ana. drachmas. 4. ſeminis endiuiæ, drach. 1. & s. liquiritię, apij, aniſi, drach. 1. Tempera cum ſucco ſolatri, & trochiſcis informatis, da unam cum frigida. Trochiſci ualentes ad ſupradicta: Recipe roſæ, drach. 6. ſpicæ, liquiritię, meliloti, ana. drach. 4. croci, drach. 2. maſtichis, ana. drach. 3. tẽpera cũ uino, & dabis cum ſucco ſolatri. Trochiſci optimi cõtra apoſtemata, & dolores, atq; humores fluentes cholericos. Rec. roſarũ, drach. 5. liquiritię drach. 3. ſandali citrini, & rubei, ana drach. 3. berberis, meliloti, ana. drach. 1, & s. ſeminis cucumeris, ſpicæ, maſtichis,

dragaganti

©BIUM

dragaganti,ana.drach.1. ſpodij,mannę,ana.drach.2.croci,drach.s.fac tro chiſcos,dabis unum cum ſucco endiuiæ,uel ſolatri. Cataplaſmandus eſt ſto machus cum frigidis & ſtipticis cataplaſmatibus. Requiramus etiam ſi pa tiens ſitim habuerit,& nimium calorem:Refrigeratiua ponamus adiutoria, ſicut corticem cucurbitæ,cum pollinę hordei, & oleo roſato,aut portulacã, endiuiam, ſiue ſolatros cum oleo roſato ,aut corticem malorum granato rum,lentes, roſas, cyperum, & ſimilia, coquamus in aqua, & fomentemus ſtomachum . Cataplaſma ualens contra calida apoſtemata ſtomachi, & ui ſcerum.Eſt etiam congruum peruſtioni epatis,& ſtomachi,propter choleri cos humores ad eos fluentes: Recipe pollinis hordei, drach. 10. ſandali ru bei,drach.5.uiolæ,radicis maluæ,ana. drachmas tres, roſarum, drach.1. & s.camphoræ,acatiæ.ana.drach.s. tempera cum ſucco ſolatri. Cataplaſ ma optimũ apoſtematico epati,& incenſioni ſtomachi:Recipe roſę,drach. 6.croci, ſandali rubei,ana. drachmas 2. ſandali albi, drach. 4. camphorę, drach. s.fac puluerem, & temperabis cum oleo roſato , & cera alba. Cata plaſma ualens contra apoſtemata in ore ſtomachi naſcentia, calorem & in cenſionem amputat:Recipe ſandali rubei & albi,uiolarum, pollinis hordei, ana. drach.5. boli armenici, camphoræ, acatiæ, galiæ,croci, gummi, ana. drach.1.maſtichis,meliloti,ſeminis maluæ,ana.drach.1.& s.fac puluerem, quem cum oleo roſato fricatum, cum ſucco ſolatri temperabis. Apoze ma Ioannis Damaſceni utiliſſimum contra dolorem & frigida apoſtema ta ſtomachi:Recipe mentæ, ſeminis apij,ana drachmas tres,maſtichis,ani ſi,ſpicæ,ana.drach.2.& s.dauci,cymini,ligni aloës,xylobalſami,caſſiæ,car damomi,ſquinanti, ana.drachmas duas,omnia in tribus libris aquæ ad ter tiam coquantur,& optime colata ſemper ſeruentur,unde dabis 4.unc.cum ſambuceleo. Apozema contra frigida apoſtemata ſtomachi: Recipe me liloti,radicis marathri,& apij,ſquinanti,ana.drach.6. radices maluæ,liqui ritiæ,ana.drach.5. rheumbarbari, marathri,aniſi, maſtichis, ſpicæ,ſamſu ci,baſilicon, cymini,apij,cardamomi,ana. drach.1.& s. paſſorum enuclea torum,drachmas 10. omnia in tribus libris aquæ ad tertiam coquantur , & colatis, da unc. tres potui cum amygdaleo .Quod ſi hæc apoſtemata indu rauerint, cataplaſmabimus eos talibus cataplaſmatibus. Cataplaſma Io annis Damaſc. ualens ad diſſoluẽdam duritiam ſtomachi, & epatis,& dura apoſtemata diſſoluit: Recipe meliloti,ſquinanti,chamemileon,maluę, bdel lij,ana.drachmas quatuor,abſinthij,drachmas tres,myrrhæ,amoniaci,aã. drachmas duas, ficus ſiccæ decem. Abſque gummis omnia coque, & gum mæ liquefiant in uino: omnia commiſceantur, & fiat cataplaſma. Cata plaſma, proficuũ contra dura & groſſa apoſtemata phlegmatica, duritiã ſto machi,& ſplenis & epatis diſſoluũt: Rec.amoniaci,drach.20.bdellij,drach. 10. aceti acris, unc.6. Quę ſoluenda ſoluantur ſuper ignem leuem . Deinde

mittantur

©BIUM

mittantur hieræ,drach.10.ſeſameleon,drach.20.croci,thuris,caſtorei, ma ſtichis,ana.drach.3. puluerizatis & ſuperioribus admixtis, fac cataplaſma. Cataplaſma Ioan.Damaſceni ualens ad ſuperiora.Rec.Chamemileon,uio le,meliloti,myrrhę,añ.drach.10.croci,drach.8.ſandali rubei,drach.15.ma ſtichis,drach.5. radicis maluę,drach.22.ceræ,drach.30. ſeui uitellini & gal linacei,ana.unc.2.ireleon quãtum ſufficit. Cataplaſma:Rec.ſigie, unc.4. ſeſameleon, lib.1.coſti,caſtorei, amoniaci,thuris,bdellij, ana.drach.5.dra gaganti,croci,añ.drach.3.cerę,drach.4. Cataplaſma : Rec.ſigie,drach.3. ſeſameleon,cochleariũ 1.& s. Cataplaſma:Rec.aloẽs,maſtichis,añ.drach. 3.bdellij,amoniacis,ana.unc.1.croci,drach.5.foleoleon,rhodoleon,& cha meleon quantum ſufficit. Quod ſi hęc medicamina cognoueris nullatenus præualentia,intelligendũ eſt quia apoſtemata in uulnera ſunt conuerſa. Vn de oportet dari cauſam putredinem uulneris mundificantem, ſicut hierapi cra quę cum melle tẽperetur,lac caprinũ,ptiſana, in quo cocta fuerit liquiri tia. Detur bolus armenicus cum ſucco coctanorũ. Quod ſi in uenis ſtoma chi fuerit oppilatio,accipienda ſunt aperitiua, ſicut hierapicra, ſuccus abſin thij,ſirupus ſquinanti,ſirupus radicum.

De uulneribus in ore ſtomachi ortis. Cap. XVII.

SI apoſtema ſtomachi aliquibus uidelicet accidentijs inueteraue rit, neq; cum medicinis ſuperius memoratis deſtrui ſiue minui poterit,re uera cognoſcatur,quia in ſaniem permutatur.Quæ ſanies & inferiora ſtomachi & ſuas concauitates petens, uillos eius putrefaciet,& generabit in eodem loco puſtulas. Vnde infirmis deſide rium appetitus aufertur, & eorum ſtomachus deficit, ut nullatenus poſſint cibaria continere, ad eum uenientia. Ex cuius etiam putredine fumus ad os patientis aſcendens, generat ſiccitatem, & corruptum fœtorem in eo. Vn de ructuat putridum, & fumoſum, ſicut fœtor fumi oſſium in igne peruſto rum. Cuius putoris cauſa uulneris putredinem oſtendit. Aliquando tamen uulnus in ſtomacho naſcitur,ex cholericis humoribus,uillos & eius ſubſtan tiam incidentibus,& puſtulas ſicut ulcera oris puerorũ generãtibus. Quàm uidelicet paſſionem,ſequuntur magna in ore ſtomachi punctio, & ſitis,ſicci tas oris,fumoſa ructatio, & ſimilia. Cui nimirũ uulneri niſi uelociter ſuccur ramus, proculdubio patiens,in lienteriam incidet,ſicut diximus.

De curis uulnerum. Cap. XVII.

OPortet ut incipiamus de curis uulnerũ in ſtomacho exiſtentium. Decet itaq; dari cauſam putredinis, & eruginis ſtomachi uulne ris mundificatiuam,ſicut hierapicra,quæ cum melle unc. tempe

rata,

©BIUM

perata. Mel enim ualde eſt mundificatiuæ actionis. Raro damus theriacam magnam, mithridatum, diacoſim, diaroma, diaſpermaton. Hæc enim medicamina humiditatem uulneris deſiccãt, & omnem eius putredinem & ſaniem mundificant, atque ſtomachum confortant. Balneẽtur, & cibarijs eis conuenientibus cibentur, ſicut uitellis ouorum, phaſianis, pullis gallinaceis, ſtarnis, iure lentium, arnogloſſa elixa, & condîta cum amygdaleo, iure oryzi, & amyli, ptiſana cum liquiritia cocto, & ſimilibus. Potus eorum ſit hidroſaccharũ uel melicratum. Cumq; certiſſime noueris putredinem uulneris, & ſanioſam carnem eſſe mũdificatam, danda ſunt medicamina ſtiptica, uulnera ſcilicet conſolidantia. Trochiſci ualentes uulnerato ſtomacho: Recipe roſarum, boli armenici, gummi, ana. drach. ʒ. ſeminis myrtæ, dragaganti, ſpodij, balauſtiæ, acatiæ, ana. drach. 1. & s. croci, maſtichis, ſucci hipocyſtidos, amyli, ſeminis portulacæ, coralli uſti, hæmathitis, ſanguinis draconis, ana. drach. 1. omnia puluerizata, cum ſucco arnogloſſæ temperentur, & trochiſcis compoſitis, da unum cum frigida. Trochiſci ad idem: Recipientes boli, ſpodij, ana. dtachmas 4. dragaganti, gummi, roſarum, ana. drachduas, ſeminis maluæ, coralli uſti, ſucci arnogloſſæ, ſeminis cucumeris, & portulacę, capitum glandium, ſeminis herbæ acetoſæ, ſucci liquiritiæ, lentium mundatarũ, & aſſatarum, acatię, gallę, ana. drach. unam, omnia in puluerem redactã, cum aqua roſata temperabis. Demus infirmo bolum cum ſucco coctanorum, aut dulcium granatorum, uel arnogloſſæ ſuccum cum oleo roſato. Sumant coctana mala, pruna, granata, & ſimilia. Cataplaſmentur ex roſis, myrrha, ſandalis, acatia, galla, temperatis cum aqua roſata, aut ſucco coctanorum. Aqua quam potauerint, ſit mixta cum ſirupo roſaceo, aut myrtino, & cęteris ſtipticis ſirupis. Vulnere uero propter acutos humores naſcente, quorum materia fuerit ceſſata, infirmus ſanari potuerit, cum ſuperiori diæta. Quod ſi cauſa materiei uulneris adhuc permanſerit, neceſſario ſignat in dyſenteriã paſſionem mutari. Quam itaq; materiam ſi de ſtomacho mundificare uelimus, demus mirobalanorum tria genera: emblici, indi, caſſiam fiſtulam, ſeminis maluæ, & ſimilia, exprimendo, atque inuiſcando mundificantia. Cauendum eſt ab acutis medicinis excoriantibus, & ſtomachi defectionem faciẽtibus, ſicut ſcammonio, aloẽ, & ſimilibus calorem habentibus. Quod ſi ab aliquo imperito medico data fuerint, ſuccurrẽdum eſt errori eorum cum ſtipticis & ſolidatiuis, ſicut bolo armeno, arnogloſſa, herba acetoſa, ſirupo roſato, rhodoſaccharo, ſpodio, ſemine portulacę, ſandalis, maſtichis. Quod ſi infirmus non habuerit ſitim, & ſtomachus eius fuerit frigidus, danda ſunt citonia, ſirupus mentę, & mel roſatũ cum maſtiche, gariophyllo, ſpica, cardamomo, menta, & ſimilibus.

De uomitu

©BIUM

De uomitu prouocando cum rebus ſtomachum mundificantibus. Cap. XVIII.

NOn opotet uomitū prouocari ſæpiſſime: Bonū enim eſt & congruum corpori, ſi non uomuerit, quia uomitus incongruus eſt naturæ. Propterea nō decet uomitū prouocari, niſi eis qui ſunt uino, aut magna ciborum copia repleti, quæ eis fuerint inconſueta, aut eis quibus accidētia hæc cōtingunt, id eſt, corporis grauitas, inertia, ſomnus, abominatio, uenarum accumulatio, abundantia phlegmatis in ſtomacho adunati, rigor cū calore, & ſimilia. Hęc enim omnia plenitudinē ſignificant proculdubio. Sicut Hippocr. in aphoriſ. Non febricitantibus faſtidium, & cordis morſus, & tenebroſitas, & os amaricatū, ſurſum pharmacia indigere ſignificat. Oportet iterū hęc accidentia quę Hippocrates dixit intēte cōſiderari, quia oſtendūt medico quale corpus debeat per uomitum purgare. Quia hęc accidētia ſunt uniuerſalia omnibus humoribus abundantiam indicantibus. Galen. item: Bene, inquit, iuſſerunt antiqui ut prouocaretur uomitus poſt cibum, in unoquoq; menſe, quibuſdam ſemel, & nonnullis bis. Quorum utrorumq; intentio fuerat cōcordata dicentium fieri uomitum cum cibarijs, acutos ſapores, & laxatiuam, atq; mūdatiuam qualitatem habentibus, ut mundificent ſtomachum, & corpori cum ſuo acumine nullum nocumentum inferant. Hęc enim acuta alimenta cholerę ſunt generatiua, & malum nutrimentum facientia, ſed tamen quia laxatiuę ſunt qualitatis non diu permanent in ſtomacho. Vnde Rufus in libro de Vulgari diæta intitulato: Oportet, inquit, qui uomitum prouocare cupiunt, ut non ſint cibarijs repleti. Ventre enim cibarijs accumulato, uomitum prouocare difficile erit, ſicut uidemus, ueſica repleta, urina non poſſe egredi. Qui quod ſi nullatenus uomere poterunt, & cibaria omnino digerunt, ſignificant eis in futurum moleſtiam euenire. Proinde oportet mediocriter accipi cibum. Similiter & cupientibus ſtomachum de phlegmate mūdificare, in cœna dentur radices, piſces ſalſi, porri, cepę, & aliquantulum ameos, & ſinapis, & panes ſalſi. Cumq; māducauerint, prohibendi ſunt ab aqua, quouſq; cibum in inferiora ſtomachi quieſcere pernotauerint. Caueant ne ſtomachus antea ea incipiat digere. Quibus autem bona quātitas aquæ tepidæ tribuatur, aut aqua in qua coctę fuerint radices anethi, & modicum ſinapis ſeminis, & poſtremo ſumatur oxymel. Deinde cum cognoueris hæc eis ſufficere, lauabis eorum facies & os cum aqua, & aceto mixta. Hęc enim lauatio prodeſt oculis, & capiti, & prohibet dentium corruptionem fieri, quam nonnunquam uomentes patiuntur. Quod ſi aliqui ad uomendum fuerint moleſti, caueant à frequēti uomitus prouocatione, niſi cum eis nimium fuerit neceſſaria, & conueniens. Vnde Galen. ſuper aphoriſ. Hippocr. Macilentos & facile uomentes, decet purgari ſuperius cum uomitu, in ęſtate, autumno, & uere. In hyęme uero, nullo modo, quia macilenti ut multum ſunt cholerici. Si uero

qui dure

©BIUM

qui dure & difficile uomunt, & carnoſi ſunt, inferius ſunt purgãdi. Quod ſi neceſſitas fuerit, ſuperius cum uomitu fiat purgatio, huiuſmodi ſolũmodo in æſtate. In alijs uero temporibus abſit. Decet etiam corpora per congrua purgari loca, per quę facilius fit purgatio, & per ea membra quę poſita ſunt ad purgandum. Si autem uelimus leuiter prouocare uomitum, demus apozema anethi, cum hydromelle, & ungamus eorum pectus cum ireleo. Mittamus pennã in ore eorũ in ſeſameleo intinctã. Aut demus radices cum ſeminibus melonis, cũ melle, aut radices cucumeris cum melle, elacterio mixto cũ ireleo, ungatur in palato, & linguę profundo. Hippocrates in epidemijs: Qui facillime uult uomere, accipiat cepas lilij duas, uel tres, cum cibis quos comederit. Galenus ſuper hunc Hippocratis locũ dicit: Intentio Hippocratis ad eos fuit, quibus uomica poſt cibũ ſunt neceſſaria ut eis hæ cepæ tribuantur, & uomãt abſq; ulla moleſtationis difficultate. Hę enim cepę uomitus ſunt proprie prouocatiuę, ſine ulla impetus malignitate. Itẽ ſi dederimus nitrum in aqua calida liquefactum, & cum eo modicum olei mixtũ, facillime & ſuauiter uomitum prouocabis. Donamus etiam ſucci apij, unc. 3. mellis 1. poſt cibum, aut ante cibũ. Deinde pẽna in ſeſameleo madefacta, uomitum prouocent. Aliud: Recipe ſinapis, drach. 2. nitri drach. 1. cõdiſi mundati, drach. 1. da potui cum melicrate, ſtomachum mundificat, ab humoribus in ſuis pelliculis inuiſcatis, & aſſuefaciant apozema anethi cũ oleo, quia purgat ſtomachũ. Hij qui purgandi ſunt ſi fuerint cholerici, ieiuni accipiãt eam medicinam quę choleram rubeam cum uomitu purgat, ſicut ſucci radices melonis, cucumeris, ana. unc. 3. Deinde cum penna prouocent uomitũ. Hoc enim modo cholericum genus purgatur. Aut detur caro melonis mixta cum garo, aut radix melonis cum ireos, & anetho, & ſalis gẽma, in modum apozematis cum modico melle potui dabis. Nonnunquam detur ptiſana cum oxyſaccharo, cholericis in febribus, & ponatur in ptiſana modicũ ſalis non triti. Aut detur ſuccus chryſolocãnæ cum aliquãto anethi. Demus etiã caſtaneolæ, drach. 1. & s. cum apozemate anethi. Hoc enim ualet, ictericis. Aut drach. 1. & s. radicis maluæ, cum ſucco apij, & modico melle, & aliquantũ olei roſati, aut radicem melonis puluerizatam, & cum melicrate ſumptam poſt cibum, quia diximus prouocari uomitum poſt plenitudinẽ cibi. Quod ſi uomitus propter has medicinas, ſeu propter alia accidẽtia non ceſſauerint, ſuccurramus cum rebus ſtomachum cõfortantibus, ſicut electuario de granatis, aut ſirupo granatorum facto, cum menta, aut cum rhodoſaccharo, & cæteris his ſimilibus, quæ in conſtrictione uomitus ſuprà ſcripſimus.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 257 sur 404

©BIUM

De cauſa digeſtiuam uirtutem ſtomachi corrumpente. Cap. XIX.

QVia ſuperius oſtendimus in initio iſtius libri ſtomachū eſſe utiliſſimum membrum, quia omnibus alijs membris eius ſanitas eſt pernimium neceſſaria, & diſputauimus de ore ſtomachi in quo fit appetitus, & paſſiones in eo naſcentes nominauimus, id eſt, caninū deſideriū, corruptionē appetitus, & eius ablationē, ſitim, ſingultum, uomitū, ructationem, & cęteras cauſas eorum prout oportet diximus. Oportet nos igitur inciperę curationes ſecundū intentionē antiquorū. Diximus enim quod actio ſtomachi uidelicet pertinēs eſt digeſtioni cibi. Propter hoc qui uolūt corporis ſanitatē cuſtodire, neceſſe eſt ut cuſtodiāt ſtomachi ſanitatē, quia cū eius ſanitate totū corpus fit incolume, & eo infirmante, infirmari corpus neceſſe eſt. Sanitas autē ſtomachi cuſtoditur ſtudēdo ne cibus in eo corrumpatur. Cuius corruptionis cauſa triplex eſt: Vna propter paſſionē digeſtiuæ uirtutis. Alia propter ſuperfluos humores in ſtomacho adunatos. Tertia propter naturā ciborū. Quarum unaquaq; in multas ac diuerſas diuidit ſpecies. Vnde oportet de unaquaq; ſigillatim diſputare. Quapropter dicimus, digeſtio ſi fuerit corrupta, decet nos pquirere cibos utrū ſint temperati, & omnes eorū ordines prout oportet. Cibis uero taliter exiſtentibus, intelligendū quia paſſionis occaſio, in digeſtiua eſt. Cuius paſſio aut fit propter ſuę mutationē cōplexionis, aut propter alia accidētia. Sicut uidemus eam deficere ex duritia apoſtematū in eſſentia ſtomachi naſcētium. Cuius cōplexionis mutatio ſi fuerit in calorem, infirmus habebit febrē, & ſitim, & corrūpitur cibus in uentoſitatē, & odoris grauitatem, atq; putorem. Quod ſi mutetur in frigiditatē, patiens neq; ſitierit aut febricitauerit, ſed tamen hęc frigiditas ſi digeſtiuā uirtutem mortificauerit, ut nullatenus digerere poſſit, cibus nō corrūpitur, ſed qualiter intrauerit egredit, ſicut uidemus in liēteria. Quod ſi nō adeò ei dominetur, ſed quia aliquantulū poteſt digere re, ſitq; cibus in ſua natura frigidus & tēperatus, fit eius corruptio in acetoſitatem. Quod ſi calori pertineat, inflationē & groſſam uentoſitatem faciet: Hæc paſſio quæ fit in eſſentia digeſtiuę uirtutis. Sed ſi mutatio eius complexionis propter officialem fuerit morbū, fit ei cauſa duplicis paſſionis. Vna, quia mutatur eius eſſentialis cōplexio. Alia, quia impeditur actio ex officiali morbo, id eſt, apoſtemate, & duritie, ſicut diximus. Secunda uero digeſtionis corruptio, fit propter coadunationem male materiei in ſtomacho. Cauſa eius eſt ſuperfluitas ciborū, & eorum inordinatio, aut propter decurſionem eius à capite, ſiue à quolibet alio membro, ad ſtomachum coadunatur. Cauſam eius ſuperius nos etiam diximus in alijs locis, quia ſi cibus in fumoſitatem corruptus permutatur, & non fuerit cauſa cibi, oſtēdit ſtomachum calidæ cōplexionis eſſe. Si autem in acetoſitatem eo nullatenus offendente, frigidum innuit eſſe ſtomachum. Sed tamen cum his ſolummodo ſignificationibus

©BIUM

tionibus nequiuimus cõprehendere, utrum ſit ex ſola cõplexionis ſtomachi mutatione aut ex alia re ad eum ueniente. Vnde oportet imitari autoritatẽ Gal. ſicut dixit, Videlicet ut donemus cibaria, quæ ſint illi corruptioni contraria. Verbi gratia: Quibus cibaria in fumoſitatem couertũtur, demus panem in aqua & oxyſaccharũ infuſum, aut ius hordei. Si uero in acetoſitatem permutantur, tribuamus panem & mel, & iubeamus ut uomãt. Quibus uomentibus, uomica perpendatur. Quia ſi in eorũ ſtomacho cholerica fuerit materia, uomet cholericos & calidos humores. Et quorũ ſtomacho phlegma erit inuiſcatũ, uomica erit chymoſa, phlegmatica, & cibaria uidẽtur eſſe tincta, & colorata, ex chymis in ſtomacho exiſtentibus. Quod ſi corruptio propter malam cõplexionem fuerit abſq; materia, uidebimus illum panem, ut ius hordei, parum digeſtum egredi, ſi illa cõplexio eſt calida. Si autem frigida, & dominatur ori ſtomachi abſq; materia, egredietur cibus ut intrauerit, nulla mutatione in eo apparente. Quod plurime in uomitu percipit, eorum uidelicet qui facile uomũt. Sed ſi difficile uomuerint, & eius cõſuetudo uomendi nihilominus fuerit, oportet eorum egeſtiones perpendi. Sed hoc poſſumus cognoſcere, cum illa materia in ſtomachi cõcauitate extiterit. Sed ſi occulta in ſuis pelliculis, ſiue uillis ſteterit latitans, uomere ullo modo nequiuerint, abominatione tamẽ ſæpiſſime abſq; uomitu cõmouentur. Quod itaq; cuius naturę ſit, diſcernere poſſumus. Quia ſi calida fuerit, generat ſitim. Si uero frigida, magnum facit appetitum. Tertia uero cauſa corruptionis digeſtiuę uirtutis, ſic denotatur, quia aliquãdo uidemus digeſtiuam defici, abſq; ulla ſtomachi paſſione earũ quas ſuperius nominauimus, id eſt, defectionem digeſtiuæ, & humores in ſtomacho coadunatos ſcilicet cum cauſa corruptionis ſit eſſentia cibi. Cibaria uero digeſtiuã corrũpunt quatuor modis: Aut enim propter quantitatẽ, aut propter qualitatem, aut propter tempus, ſiue propter inordinationẽ. Propter quantitatẽ, ſi accipiũt minus quàm ſufficit, calidã cõplexionem ſtomachi habentibus, in cholericã naturam neceſſe eſt permutentur. Etiã ſi pluſquã oportet accipitur, in eandẽ qualitatem cõuertuntur, & ſi ſit durus & difficilis ad corruptionẽ. Virtus quoq; ſi fuerit fortis, & ſomnus lõgus, tarditas digeſtionis fit. Quod ſi cibus facile corrumpitur, & tamen uirtus manducãtis eſt fortis, in ſtomacho corrumpitur. Si uero corruptioni ſit inobediens, uirtus autem debilis, & ſomnus paruus, cibus induratur, & non digeritur. Propter qualitatẽ, quia ſi cibi calidi ſunt, & ſtomachus calidus ſicut cholericis, cũ comederint mel, conuertuntur cibi in fumoſitatem. Si uero cibi frigidi, & ſtomachus frigidus, ſicut lac, & frigidi fructus, frigidas naturas habẽtibus dentur, neceſſe eſt ut in acetoſitatẽ mutent. Propter tẽpus, quia ſi aliquis accipiat ſecundũ, priore cibo nondũ digeſto, Verbi gratia: Si accipiatur cibus, qui cum indigeſtione mediauerit, alter ſumatur, priore uero cibo digeſto, & egredi incipiente, deſcendit ſecum ſecun

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 259 sur 404

©BIUM

dus indigeſtus,& crudus. Hoc ita neceſſe eſt fieri,propter inordinationem, quẽadmodum ſi aliquis comederit coctana,mala,pira,& ſimilia, durã & ſtipticam naturã habẽtia,deinde manducauerit chryſolocannã elixam,& condîtam cum oleo & obſomagaro,& cætera laxatiuã uim habẽtia. Vnde cauſa huius inordinationis neceſſe eſt generẽtur in ſtomacho, extẽſio & dolor, quia laxatiua feſtinãt ut egrediãtur, ſtiptica uero exire prohibẽt. Vnde cauſa huius certaminis,naſcitur nimia uẽtoſitas corrũpens,& digeſtionẽ debilitans.Sed nonnunq̃ corruptio digeſtionis fit propter paruitatẽ ſomni. Perfectio enim digeſtionis non fit, niſi in longo ſomno, quia uirtus animata in ſomno quieſcit,& naturalẽ dimittit uirtutẽ ſuam operari actionẽ. Hoc mõdo digeſtiua uirtus corrũpitur.Sed oportet intelligi quia corruptio digeſtiuę diuerſa generat accidẽtia, & ſecundũ eius quantitatẽ ſunt ad curandũ dura,ſiue leuia.Quod ſi multa fuerint,difficile,ſi pauca,facile curantur, & ſecundũ quod eſt materia in quã cibi cõuertuntur . Si enim cibus permutat in phlegma,acetoſam ructationẽ generat.Si uero in fumoſam,facit fumum,& punctionẽ,& nonnunq̃ uentoſitatẽ & inflationẽ.Rurſus ſecundũ naturã infirmi. Quia ſi ſtomachus nõ habet acutũ ſenſum,nimiã non generat punctionem, neq; debilitatẽ,neq; cardiacam,aut capitis dolorẽ.Quod ſi acuti fuerint ſenſus,uelociter ſuperiora patiunt accidẽtia. Iterum ſecundum uirtutẽ,& debilitatẽ uniuſcuiuſq; membri fit. Verbi gratia: Quibus caput fuerit naturaliter debile & illicò corrupta digeſtiua,patiuntur capitis grauitatẽ,uigiliam,epilepſiam,maniam,ſtuporẽ,melancholiã,& ſimilia.Si aũt inteſtina ſunt debilia, dolorẽ.Si renes aut ſplen,uel epar,ſiue pectus,aut articuli fuerint debiles,dolorem patiunt.Si uero totum corpus fuerit languidũ,ſentiet infirmus corruptionem,rigorẽ,aut tremorẽ, aut febrem,ſicut dixit Gal.in lib.de accidentibus & morbo intitulato.

De cura eiuſdem. Cap. XX.

COrruptio digeſtionis de multis rebus & diuerſis oritur,ſicut diximus. Vnde huius paſſionis curam,oportet hoc modo incipi, ut perquiramus corruptionẽ de quali occaſione ſit orta,Quia ſi fuerit propter qualitatẽ cibariorum,uel eorum multitudinem, ſeu eorũ inordinationẽ,prouocetur uomitus cum aqua calida,quia propriũ eſt uomitus mundificare omnem malam ſtomachi corruptionẽ.Quod ſi patiens nõ facile uomere poterit, demus medicamina uomitum prouocantia. Cumq; certiſſime nouerimus omnem corruptionẽ ciborũ à ſtomacho eſſe mundificatam,ungendus eſt ſtomachus anethileo,coctaneleo,maſticheleo, & ſimilibus.Et cataplaſmemus cataplaſmatibus odoriferis ſtomachum confortantibus.Damus cibaria ſtomachi cõfortatiua,& facile digeſtiua, laudabilis chymi generatiua. Cohibendi ſunt ab omnibus cibis cõuertibilibus,& indigeſtibilibus,Iubemus eos ut utantur tẽperatis exercitijs, ſimiliter & balneo.

©BIUM

neo. Vinum accipiant purū & odoriferum, aut parum mixtum. Vnde Paulus in libro cuſtodiendę ſanitatis: Si aliquis eructat cibum quem heri ſumpſerat, & ſentit dolorem ſub diaphragmate, monſtratur cibus nō eſſe digeſtus. Vnde oportet ut longo tempore dormiat, & euigilans ſe exercitet. Deinde accipiat cibū parum mixtū. Dietā accipiat minoris quantitatis, quàm eam quam ſolitus eſt ſumere, quia palàm eſt quod ſtomachus cum fuerit debilis, nequit multa digerere cibaria. Quidā autem medici dicūt: Mollificato ſtomacho & defecto faſtidiū ſępiſſime generat abſq; cauſa manifeſta. Proinde confortari oportet cū rebus odoriferis, & cōfortatiuis. Cibos uero quos ſemel ſunt accepturi, bis, aut ter, aut quater in die accipiāt. Abſtineāt à cibis in calidis horis, quia calor aēris attrahit naturalē calorē exterius. Vnde coctionis locus frigidus permanēs deficit. Idcirco antiqui magis laudauerūt cœnā, quàm prandiū, quia naturalis calor in nocte intrinſecus coadunat propter ſomnū. Inde Gal. Vidi, inquit, quoſdā medicos cū quibus lōgo tēpore fueram in æſtate, prȩcipere balneū aquę frigidę fieri eis ſcilicet qui de multa ciborū quam ſumpſerāt quātitate murmurabant, ut eam nullatenus digerere poſſent, quia ex tactu aqua naturalis calor coadunatus digerere incipit. Quorū intentionē non certificarem, niſi prius in me probaſſem. Quod re uera ut dixerant inueniens, illud tenui magnū eſſe adiutoriū in ęſtiuo tēpore ad cōfortandam digeſtiuam uirtutē, & ciborū ſaturitatē digerendā, neq; uidi aquam frigidam meliorē bonitatis actionē facere quàm iſtam. Si autē corruptio digeſtionis non ſit propter cibaria, oportet nos perſcrutari de quali occaſione ſit: Si enim fuerit propter malā cōplexionem ſtomachi, curari oportet, & cōplexionem, ſicut diximus, ad temperamentū reuocari. Si aūt propter apoſtema, uel uulnus, curet cū medicinis apoſtematū & uulneris, quas ſuperius perſcripſimus. Quod ſi fuerit propter humorū corruptionem in ſtomacho coadunatorū, certificat propter ſignificationes ſuprà memoratas. Purgentur illi humores ſuauiter cum rebus eis cōtrarijs. Sed ſi aliquid medicinā impedierit, ut infirmus cum egeſtione, & uomitu fatigetur, & corruptio illorū humorum egrediatur, decet naturā dimitti operari, quouſq; uirtutē uidebimus nō eſſe defectam, neq; materiā multam. Quod ſi infirmus ſentit ardorē & punctūrā, dabimus iulep, ſirupum roſatum, ut mitigetur arſura. Demus etiam aquā calidā cum modico amygdaleo. Si uero uomitus & egeſtio adeò modum exceſſerint, ut timeamus ne uirtus diſſoluat, ligentur cubiti eorū & crura. Deinde adiutoria demus cōſtrictiua uomitus, & egeſtionis, ſecūdum illius materiei qualitatem, quia ſi cholerica eſt, & infirmus fumoſum ructat, damus rhodoſaccharū ſirupum granatorum, ſirupū malorū, & electuariū granatorū. Dietamus eos de ſtarnis, perdicibus, phaſianis conditis cum ſumac. Si autem acetoſa ſit ructatio, & materia phlegmatica, demus diacoſi, diacitoniten, tripherā, ſirupū granatorū cū menta factū, & cataplaſmamus

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 261 sur 404

©BIUM

cum epithimatibus,ſicut ſuperius diximus. Electuariū ualens ad confortandum ſtomachum,faſtidiū tollit,corruptionē digeſtiuæ reſtaurat,inflationem & acidos ructus emēdat, & ſtomachi mollitiē cōſtringit, os odoriferū facit,colorē clarificat: Rec.ſpicę,maſtichis, gariophylli,cinnamomi,roſæ, añ.drach.4.ſandali citrini,ſpodij,añ.drach.3.ſacchari,drach.10.marathri, aniſi,zingiberis,añ.drach.2.croci,cardamomi minoris,cubebe,macis,nucis muſcatę,ligni aloēs,aſari,caſſię, calami aromatici,añ.drach.1.cyperi,ſeminis myrtæ,cymini,ana.drach.s.fac puluerē. Cui ſcrup.2.cāphorę,& dimidiū ſcrup.muſci adde,& drach.1.gallię.Deinde mel tertio tantū quantum omnes ſpecies,& ſuccos coctanorū & granatorū ęqualiter adhibe, ut melle ponderato,coquantur ad ſpiſſitudinem,& ſpecies ex eis temperentur.

De *defectione ſtomachi cibum & potum continere nequeuntis.* Cap. XXI.

GAlenus diffinit hanc paſſionē breuiſſime uocās eam indigeſtionem,quia nihil in cibo ſtomachus operat,hanc patiētibus ęgretudinē, neq; in colore, odore, aut aliqua qualitate cibi cōuerſio cōmutatur. Cauſa eius paſſionis eſt defectio cōtentiuę,aut digeſtiuę uirtutis,uel ulcera in interiori ſuperficie ſtomachi naſcentia. Defectio aūt cōtentiuę,aut fit propter malam ſtomachi cōplexionē, aut propter malam materiā in eo coadunatā. Cuius defectionis ſignificationes hę ſunt,quia cibus laudabilis chymi generatiuus ad ſtomachū ueniēs,ocyus cū rugitu,& inflatione egredit,poſtquā octo horæ trāſierint. Quod ſi defectio cōtentiuę propter nimiū fuerit calorē,patiens in ſtomacho habebit arſurā,ſitim,& fumoſę ructat,cibus egredit aliquanta perfuſus citrinitate. Si uero defectio fit propter frigiditatē in initio morbi, hoc accidēs innaſcit, acetoſa uidelicet ructatio.Sed ſi paſſio eſt diu prolongata,ructatio omnino auferet.Similiter defectio digeſtiuę,aut eſt propter malā cōplexionem ſtomacho dominātem,aut propter malā materiā in ſtomacho coadunatā. Cuius defectionē dupliciter cognoſcimus,quia cibus abſq; ulla ſui mutatiōe egrediēs,frigiditatē demonſtrat.Si aūt fuerit peruſtus nimiū, pro certo innuit calorē.Sed tamē oportet nos perpendere differentiā defectionis cōtentiuę uirtutis à defectione digeſtiuę.Quod ſic diſcerni optime poterit.Quia ſi cibus illico ut intrauerit exiet, ſignificat cōtentiuā eſſe defectā. Si uero diu permanens crudus & nō mutatus egredit,oſtendit digeſtiuā habere defectionem. Cauſa ulcerationum ſunt humores calidi,& pūgitiui. Qui ſi per totum ſtomachum orti fuerint, neceſſe eſt cibus uelociter egrediatur, quia cibo per illa loca egrediente,nequeunt eum tenere propter nimiū dolorem. Quàm paſſionē nimia punctio ſequitur. Quod ſi ulcera non circa totum ſed in parte ſtomachi fuerint, cibus aliquantulo temporis ſpacio continetur, neq; tantam generat punctionem, quæ curantur cum medicinis uulnerum ſuperius memoratis.

Electuarium

©BIUM

Electuarium diacoſi maius, conueniens frigidum ſtomachū habentibus, inflationē, faſtidium, uomitū, & egeſtionē, coctionis defectionē, ſtomachi mollitiē, & uentoſitatē tollit, hęmorrhoides curat: R. maſtichis, zingiberis, piperis nigri & lōgi, ſpicę, aniſi, carpobalſami, xylobalſami, cinnamomi, añ. drach. 10. gariophylli, caſſię, galię, coſti amari, & dulcis, galāgę, añ. drach. 5. ligni aloës, croci, cardamomi, caſſię, cubebę, nucis muſcatę, calami aromatici, ſquināti, meliloti, ana. drach. 3. ameos, rheūbarbari, ariſtolochiæ, macis, apij, dauci, baſilici, gariophyllati, & ſarracenici, ana. drach. 2. roſarū, drach. 6. mirobalani emblici, drach. 8. mirobalani citrini, drach. 12. cyperi 20. ſeminis myrtę, drach. 100. fac. puluerē, mellis quantū ſufficit. Dabis pondere, 2. drach. cū aqua calida. Elect. dianiſon utile cōtra frigiditatē ſtomachi, uentoſitatē & inflationē diſſoluit, phlegmaticā tuſſim cōpeſcit: Re. aniſi, drach. 20. liquiritię, maſtichis, ana. drach. 10. zingiberis, galangę, cinnamomi, marathri, carui, ana. drach. 5. calamēthis, caſſiæ, pyrethri, piperis lōgi, & nigri, ana. drach. 3. gariophylli, cubebę, cardamomi, ſpicę, croci, ana. drach. 1. & s. mel quantū ſufficit. Stomachicon aliud: R. ſacchari, lib. 1. zingiberis, croci, cinnamomi, añ. exagiū 1. gariophylli, maſtichis, piperis lōgi, añ. drach. 1. cardamomi, ſpicę, ligni aloës, nucis muſcatæ, galiæ, macis, galāgę, drach. s. His tritis, fac ſtomachicon. Elect. ualēs ad diſſoluendā uentoſitatē, uētoſum phlegma in ſtomacho exiſtens incidit, os odoriferū reddit, & mentē acuit: R. zingiberis, maſtichis, cinnamomi, roſarū, ſpicę, gariophylli, añ. drach. 10. galāgę, piperis lōgi, aſari, croci, caſſiæ, aniſi, añ. drach. 6. ſandali citrini, ligni aloës, cardamomi, cubebę, macis, calami aromatici, nucis muſcatę, ſquinanti, carpobalſami, xylobal. coſti, añ. drach. 3. galię, ſeminis baſilicis, gariophylati, & ſarracenici, mentę, ana. drach. 2. cyperi, drach. 4. ſacchari, drach. 30. omnibus in puluerem redactis, accipe mellis deſpumati quantū ſufficit. Coquat cum ſucco coctanorū, quouſq; ad ſpiſſitudinē uenerit. Deinde ſpecies tēperabis, dabis ante cibū & poſt cibū in modū auellanæ. Triphera Gal. ualens ad cōfortandum ſtomachū, acidos ructus amputat, uentoſitatē diſſoluit, digeſtionē & appetitū cōfortat, calorē malū ꝓpter frigiditatē ſtomachi, ſeu hęmorrhoides procurat: R. mirobalani citrini, chebuli & indi, emblici, añ. drach. 10. fac puluerē quē cū amygdaleon fricabis. Deinde accipe zingiberis, maſtichis, cinnamomi, cyperi, gariophylli, añ. drach. 6. galāgæ, marathri, aniſi, apij, ameos, ſpicæ, aſari, croci, ana. drach. 4. coſti, piperis nigri & longi, tapſię, caſſię, ana. drach. 3. nucis muſcatæ, macis, cardamomi, calami aromatici, ligni aloës, ana. drach. 2. penidiorū, unc. 1. omnibus his cū ſuperioribus cōmixtis addat mellis quantū ſufficit, dabis ieiuno cū calida in modū auellanę. Trochiſci ualētes cōtra defectionē ſtomachi, ac frigiditatē, ſingultū curāt, oppilationē aperiūt: R. aniſi, marathri, cymini, maſtichis, an. drach. 3. apij, carui, abſinthij, ſeminis ſcariolę, anethi ſeminis, ameos, dauci,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 263 sur 404

©BIUM

gariophylli,ſpicæ,caſſiæ,amomi,ana.drach.1.&s.fac puluerē,& tempera cum apozemate ſquinanti,aut mentę.Deinde trochiſcos informabis,quorum unus accipiatur cum melicrate. Pilulæ iuuantes ſtomachū ex frigiditate moleſtatū,quas Ioan.Damaſc.cōpoſuit:Rec. carui.liuiſtici,origani, arſenici,cymini,ana.unc.1.Ex his omnibus fac apozema.Deinde colabis illud,& acceptis caſſię,gariophylli,gentianæ,ſpicę,agarici,añ.drach.4.&s. maſtichis,drach.6.roſę,aniſi,amomi,añ.drach.3.tēperabis illud apozema, quo tēperato,fac pilulas. Puluis cōtra frigiditatem,defectionē,corruptionem,& ſtomachi uētoſitatē:R.maſtichis,gariophylli,cardamomi,cubebę, zingiberis,cinnamomi,ſpicę,aniſi,añ.drach.2.nucis muſcatę,ſeminis utriuſq; baſilici,aſari,añ.drach.1.ligni aloēs,drach.3.fac puluerē,quem fricabis cū oleo roſato.Deinde miſce cū ęquali pondere ſacchari,de quo dabis pondus drach.3.cum aqua calida.Hoc uehementer ualet cōtra inflationē,rugitum,& acidos ructus,atq; uentoſitatem in inferioribus uentris exiſtentem.

Antidotum Indi laxatiuū,ualet cōtra paſſionem ſtomachi frigidam,humores corruptos mūdificat,& omnem dolorē,uentoſitatem,inflationem, procurat,cholericā paſſionem atq; ſingultū potenter extirpat:Rec.roſarū, gariophylli,cinnamomi,ſpicę,caſſiæ,maſtichis,cyperi,ana.drach.15.ſandali citrini,unc.1.ligni aloēs,drach.8.gariophylli,drachmas 15.nucis muſcatę, drach.10.turbith,drach.30.penidiorū,drach.50.diagridij aſſati,maſtichis, cardamomi minoris & maioris,galangæ,ana.drach.6.omnibus tritis,& in 4.unc.amygdaleo fricatis,accipe ſucci coctanorū unc.3.ſucci granatorum, lib.1.ſucci apij,marathri,añ.drach.1.Quę omnia cōmixta cū melle quātum ſufficit,coquantur donec in ſpiſſitudinem mellis redierint. Electuariū laxatiuum,ualet ad mundificandā ſubſtātiam ſtomachi,& putredinem ab eo expellit,iuuat frigidos renes,uentoſitatem,rugitū,& faſtidium amputat,hę morrhoides,ſingultū,atq; colicam paſſionem curat,colorē clarificat:Rec. turbith uncti ex amygaleo,drach.30.chebuli,uiolarum,roſarū,ana drach. 10.liquiritiæ,abſinthij,ana.drach.6.zingiberis,cinnamomi,maſtichis,marathri,aniſi,ſpicę,aſari,gariophylli,añ.drach.4.ſquinanti,cyperi,galangę, ſandali citrini,ſpodij,añ.drach.3.apij,caſſię,ameos,piperis longi,carpobalſami,xylobalſami,croci,coſti,ana.drach.2.cardamomi,acori,cubebę,macis,nucis muſcatæ,folij,amomi,ligni aloēs,calami aromatici,ana.drach.1. ſacchari,drach.40.fac puluerē,mellis quantū ſufficit,dabis cum aqua calida drach.3. Oxymel ualēs ad corruptū ſtomachū propter phlegma,defectionē appetitiuę cōfortat:Rec.radicis marathri,apij,ana.unc.2.aniſi,marathri,ſquinanti,ana.unc.1.apij,ſpicæ,aſari,caſſiæ,amomi,zingiberis,calamenthi,ana.unc.s.mentæ,hyſſopi,maſtichis,gariophylli,cymini,dauci,folij,ana.drachmas tres,omnia in 10.libris aceti coquantur,& 10.aquæ ad medietatem.Deinde tantum de melle cum eo miſce,& iterum uſque ad perfectionis

©BIUM

perfectionis ſupplementū, coquantur. Tandē cōdiatur cum ſcrup. 1. muſci.

Sirupus ſtomachū calefaciens, & phlegma diſſoluens, digeſtiuā uirtutē, & calorē naturalē cōfortans, os odoriferū reddit: Rec. roſę, frōdium, pomorum citrinorū, mentę, ſamſuci, ana. drach. 10. ſpicę, aſari, ſquinānti, añ. drach. 4. & s. maſtichis gariophylli, cynnamomi, marathri, aniſi, caſſiæ, ſandali citrini, añ. drach. 3. nucis muſcatę, cubebę, cardamomi, folij, añ. drach. 1. & s. cyperi, drach. 6. coſti, drach. 1. omnia quoq; tuſa in 10. lib. aquę calidiſſimæ poſitadie ac nocte una ad medietatē coque, & colatis tantundē ſacchari miſce, & ad perfectionē coquantur, & cōdiantur, cū uno ſcrup. muſci, & uno ligni aloēs Epithima cōtra frigiditatē ſtomachi, & ualens cōtra dolorē arteticum: Rec. chamomillæ, anethi, ſamſuci, ana. drach. 6. zingiberis, cyperi, ana. drach. 3. pyrethri, maſtichis, cinnamomi, amomi, carpobalſami, ana. drach. 2. omnia tuſa ponant in 1. libra uini uetuſtiſſimi & odoriferi, & in una lib. aquę, & una amygdaleo amari, coquant donec ſolūm oleū permanſerit.

Cataplaſma: Rec. croci, roſarū, nucis muſcatę, ana. drah. 5. frondiū myrtarum, ſamſuci, añ. drach. 3. cubebę, cardamomi, gariophylli, maſtichis, ſpicę, calami aromatici, macis, cyperi, añ. drach. 1. & s. fac puluerē, tēpera cum muſceleon, & uino uetuſtiſſimo. Cataplaſma: R. gariophylli, caſſię, cyperi, abſinthij, ligni aloēs, ſpicę, coſti, calami aromatici, cardamomi, añ. drach. 10. fac puluerē, & tēpera cū uino uetuſtiſſimo, & odorifero & oleo ſambucino. Elect. ſtomachū calefaciens, inflationē, torſionem, & uentoſitatē diſſoluens, digeſtiuam cōfortans, mentem acuens, calorē clarificans, rugitum in ſtomacho mitigat, renes calefacit, libidinē cōfortat, acidos ructus procucat: Rec. cinnamomi, gariophylli, galangę, zingiberis, liquiritię, caſſię, marathri, maſtichis, aniſi, añ. drach. 6. ſpicę, cyperi, piperis longi & nigri, aſari, carpobalſami, xylobal. carui, cymini, cinnamomi, gariophyllati, añ. drach. 3. roſæ, drach. 4. & s. ameos, apij ſeminis, cardamomi minoris, cubebæ, nucis muſcatæ, ligni aloēs, macis, calami aromatici, coſti, amomi, calamenthi, origani, ſquinanti, pyrethri, folij, ana. drach. 1. & s. ſacchari, penidiorū, ana. drach. 15. omnia in puluerē redacta, tēperentur cum melle. Dabis in modū auellanæ ante cibū & poſt cibū, cum aqua calida, aut uino. Oportet nos incipere curationē defectionis ſtomachi, cibū ſeu potū nullatenus cōtinentis, prius tamē perquiramus de quali occaſione defectio ſit orta. Quę ſi propter defectionē cōtentiuę fuerit, perſcrutet utrū ex nimio calore ſit. Deinde extinguamus cum frigidis & ſtipticis adiutorijs, ſicut ſapa myrtillorū, aut coctanorum, granatorum, aut uuarum agreſtium. Damus ſirupum de fructibus aut roſis. Quocunq; horū utilius eſſe cognoſcitur, detur pondere unius unc. aut trochiſcum de ſpodio, aut balauſtijs, uel hypochyſtidos. Damus & puluerem granatorum, & elect. diacitoniten, diaſumac, diamilon, rhodoſacharum, meſpila, pira, coctana, & ſimilia. Cataplaſmamus ſtomachū cū frigidis

©BIUM

gidis,& ſtipticis,ſicut roſa,myrta,galia,ſandalis,camphora.Dietentut ſtarnis & uitellis ouorū cum aceto.Lentes etiā mundatæ cum aceto coctę,proſunt. Quod ſi defectio fuerit propter frigiditatem,damus diacoſi,diacitoniten.Epithimamus ſtomachum de oleo nardino,maſtichino,& ſimilibus ſtomachi confortationē facientibus. Dietam ei impēdimus ſtipticā,& odorifera m. Puluis malorum granatorū ualens lientericis, ſtomachum confortat, cholericam egeſtionem arcet,ſitim mitigat.Qui recipit granatorū in aceto agreſtis uuę infuſorum una die & nocte: deinde ex ſuccatorum & aſſatorū, drach.30.ſumac,bdellij,ſeminis myrtæ,ana. drach.15.nucleorū uuæ paſſæ aſſatorum, glandium infuſarū in aceto, & aſſarum ſimiliter,& cymini,ana. drach.9.ſeminis herbę acetoſę aſſatę, ſpodij,drach.5.roſę,balauſtiæ,galiæ non perforatæ,gummi,ſeminis portulacę,horum 6.aſſatorū,ana. drach.1, & s.fac puluerem,quem potui dabis pondere,drach.3.cum ſapa coctanorū.

Trochiſci de ſpodio cum ſemine herbæ acetoſę. Valent lientericis,& uomitum habentibus ex cholera: Rec.ſpodij, ſeminis herbę acetoſę,roſæ,añ. drach.10.boli armeni, gummi,aſſati,ſeminis mirtillorū,ana.drach.5.galię. balauſtiæ, amyli aſſi,ſumac, ana.drach.3.acacię, ſeminis portulacę aſſi,berberis,ana.drach.1.tempera cum ſucco malorū,uel aqua roſata. Trochiſci ſimiliter ualentes:Rec. nucleorū granatorū aſſatorum, ſpodij,boli,roſę, ſeminis herbę acetoſę,añ.drach.5.berberis,coriandri,in aceto infuſi & aſſi, ſeminis myrtæ,gummi,ana.drach.3.ſumac,balauſtiæ,galię,gallarū nō perforatarū,añ,drach.2.tempera cum ſucco malorū. Electuariū lienteriam cōſtringens,& ſtomachum cōfortans, ualet diarrhea propter choleram patientibus,& uomitū cōpeſcit:Recipe nucleorum granatorū,ſumac,roſarū, ſpodij,ſandali albi & rubei,ana.drach.10.galię,ſeminis portulacę aſſi, ſeminis herbę acetoſæ,ſeminis myrtę,nucleorū uuarū aſſatorū,añ. drach.6.berberis,drach.4.gallæ,gūmi, boli,ana.drach.2.caſtanearū aſſatarū,xylocaractarum,ana.drach.5.maſtichis,gariophyllorū,ſpicę,ana.drach.1.tempera cum ſirupo coctanorum,& dabis potui cum ſtipticis ſirupis.

De *ablatione deſiderij*. Cap. XXI.

AMputatio deſiderij fit propter paſſionem ſui inſtrumēti, id eſt, oris ſtomachi. Quā paſſionem habentes,nullatenus deſiderant cibum, ſed ſi modicū habent deſideriū, uocatur defectio appetitus. Cuius ablationis cauſa triplex eſt: Aut quia os ſtomachi inanitionē,& uenarū pulſationē nō ſentit. Aut quia uenis à ſtomacho nihil attrahētibus,ſtomachus non inanit. Quod deſideriū Gal.diffiniuit hoc modo:Deſideriū,inquit,eſt ſenſus ſtomachi,ſuā inanitionē, & uenarū pulſationem ſentiēs, aut quia corpus nō euacuat, neq; inanit, propter oppilationē. Os ſtomachi nō ſentit inanitionē tribus modis,uel ꝓpter pororū cerebrū,ſicut

©BIUM

cut uidemus pati phreneticos. Hij enim cibum non deſiderãt, aut propter paſſionem neruorum in os ſtomachi de ſexto & tertio pari deſcendentium, de ligamento uidelicet ſiue ferri inciſione cõpatientium, aut propter ægritudinem ſtomachi de mala cõplexione, aut de uitreo phlegmate naturalem calorẽ ſtomachi extinguẽte, ut nihil digerere poſſit, aut de acutis chymis aceroſitatem per quam fit appetitus urentibus, ſicut uidemus in febribus. Calidi ſunt enim humores. Si uero mala cõplexio ſit propter uitreum phlegma, neceſſe eſt, ut eam hæc ſequantur, defectio digeſtionis, & acetoſa ructatio, ſine cauſa manifeſta, inflatio & ſitis ablatio. Quod ſi fuerit propter calidos chymos, fiunt ſitis, incenſio, & punctio, atq; fumoſa ructatio, & motus, quaſi tremor ſtomachi propter choleram rubeam in eius cõcauitate bullientem. Perinde deficit appetitus cibi, & ſitis cõfortatur, & ſemper ſentitur incenſio in ore ſtomachi. Cutis pororũ oppilatio prohibet humores diſſolui: Quibus non diſſolutis, humoris attractio non fit neceſſaria. Vnde fames nullatenus generat. Quia cibus ad hęc fuit neceſſarius, ut diſſoluta à corpore reſtauraret. Palàm ergo eſt quia defectio appetitus non eſt niſi ex mala cõplexione ſtomachi. Antiqui etiam ſunt cõcordati, quia cuiuſcũq; uirtutis eſt defectio, non fit niſi ex diſtemperãtia mẽbri cui illa ineſt uirtus. Sed mortificatio appetitiuę uirtutis eorum concordationẽ nobis affirmat. Videmus enim infirmũ quærere cibum quem ſolitus erat amare, & appetere. Quem itaq; ut guſtauerit, uidetur eſſe mali, & abominabilis ſaporis. Vnde reſpuit & odio tenet eum. Sed deteriores ſunt ei qui nullum deſiderant alimentum ſicut Hippocrates in Aphoriſ. Ablatio cibi in diuturna dyſſenteria moleſta, cum febre uero peſſima eſt. Hoc dicit Hippocrates, quia uirtus appetitiua, in iſtis eſt præmortua. Similiter & in omnibus diuturnis morbis eſt mala.

De excitanda uirtute in appetendis cibis. Cap. XXIII.

OPortet ut intente perpendamus cauſam ablationis deſiderij. Quę ſi fuerit propter frigidos humores & groſſos, mundificet cum medicaminibus mundificatiuis, ſicut uomitũ prouocantibus, uel pharmacia, quæ ſuperius nominauimus. Quos ſi purgare nequimus propter aliquod impedimentum, eorum qualitates temperemus, ut ad temperiem perducantur, cum ſirupis uidelicet & elect. & ſimilibus adiutorijs, ſicut diacitoniten, diacyminum, diatrionpipereon, theriaca, oxymelle, & ſimilibus phlegma de ſtomacho mundificantibus.

Electuarium ualens contra omnem paſſionem ſtomachi factam de faſtidio, & de frigititudine, rugitũ, inflationem, & acetoſam ructationem amputat, & phlegma, & omnẽ putredinẽ de ſtomacho mũdificat: Rec. maſtichis, zingiberis, galãgę, cinnamomi, ſpicæ, gariophylli, piperis longi & nigri, cyperi, añ. drach. 6 caſſię, aniſi, aſari, apij, cymini, carpobalſami, xylobal. carui, ameos,

©BIUM

ameos,marathri,añ.drach.3.pyrethri,calamẽthis,cardamomi,cubebę,nucis muſcatę,macis coſti,calami aromatici,amomi,foliȷ,thymi,origani,añ. drach.1.& s. mellis quantũ ſufficit. Quod ſi cauſa ablationis deſiderij propter cholericos chymos ſit, oportet eos purgari cum uomitu,aut pharmacia,& cholera rubea purgantibus,ſicut apozemate abſinthij,ſucco granatorum,ſero cum oxyſaccharo,& cæteris medicinis,cuſcutę, uiolæ,fumum terræ,oxyfœnitia recipiẽtibus,ſiue ſint apozemata aut electuaria. Similiter & ſirupi ſunt optimi,qui calorem extinguũt, ſitim mitigant, & choleram purgant. Sirupus Ioan. Damaſceni ualens contra calorem ſtomachi, & deſiderij ablationem,propter nimium calorem, uomitum cholericum conſtringit:Recipe pirorũ acetoſorum,libram 1. pruna 100.ſucci uuę agreſtis, ſucci granatorũ agreſtium,aceti,pomi citrini, ana.lib.2.ſeminis cucumeris,melonis,citrulis,ana.drach.1.aceti,lib.5.omnia coquantur ſufficienter,& colatis pone ſaccharum,& fac ſirupum,quod condiatur cum modico cãphoræ.

Sirupus de oxyfœnitijs ualẽs cõtra calorem ſtomachi propter choleram rubeam eius appetitum deficere facientem,ſitim extinguit,uomitum cholericum arcet,& egeſtionem humefacit. Valens etiam contra febrem: Rec. oxyfœnitiorũ libram 1. iuiubæ,lib.s.roſarum,drach.20.ſandali,uiolæ,ſpopij,añ.drach.10.omnia in 10.lib.aquæ uſq; ad medietatem cocta,colentur. Deinde cõmiſces ſucci granatorum lib.1.malorũ acetoſorum & uuarũ agreſtium ſucci,ana lib.1.& s.ſacchari,lib.4. Trochiſci appetitum cõfortant & calorem extinguunt:Rec.ſpodij,roſę,ana.drach.6.ſacchari,drach.5.ſuci liquiritię,ſeminis portulacæ,ſandali,albi,& citrini, berberis,dragaganti, ſeminis melonis citroli,& cucurbitæ,lactucę,ana drach.1.& s. hioſcyami albi,camphorę,añ.drach.s. tempera cum aqua roſata. Quod ſi hęc paſſio fuerit propter oppilationem cutis,& patefiat nobis,prędictã dietam damus, & adiutoria poros cutis aperiẽtia,ſicut calida epithimata,& balnea hanc uirtutem facientia,ſtomachũ confortant & poros aperiunt. Damus etiam medicinam diureticam,& aperitiuam,ſicut ſirupũ de abſinthio,aut de ſquinanto. Damus quoq; apozema radicum,& oxyſaccharum. Iubemus eis uigiliȷs uti, temperate tamen,& mediocriter. Quia in uigilia naturaliter calor ab interioribus ad exteriora egreditur. Vnde quia cutis horum exuiſcoſis humoribus fuerat ſolida, calor naturaliter egredi uolens, illos diſſoluit humores,& poros aperit. Iterum cum uigilia ſemper ſit motio, motus uero eſt cauſa caloris. Quo calore,humores in poris exiſtentes, diſſoluuntur. Sunt etiã antiqui concordati, qui frigiditas ori ſtomacho dominans eius naturalem extinguit calorem. Vnde cibi deſideriũ amputatur,fitq; cauſa defectionis uirtutis totius corporis,quia membrorũ concauitates fiunt de cibi inanitate. Quoniam quod ab eis diſſolutum fuerat, cum ciborũ ſupplemento non reſtauratur. Qua de cauſa corpus inanitũ, permanet abſq; cibo. Idcirco, acci

dit eis

©BIUM

dit eis ſyncopis,& defectio,& poſtremo patiuntur buliſmũ. Proinde oportet eis ſuccurrere cum corporis calefactione & humectatione, & reſtaurare defectionẽ uirtutis eorũ cum cibarijs confortatiuis, epithimata & cataplaſmata ſuper eorũ ſtomachũ inducant calefaciẽtia,& confortationẽ faciẽtia.

De non naturali appetitu ſtomachi. *Cap.* XXIIII.

NOnnunquã accidit ut ſtomachus nõ naturalem habeat appetitum, ſicut cum acuta deſiderat cibaria,aut põtica,ſiue acetoſa, uel lutum,carbones,cretam,& ſimilia. Quam paſſionẽ antiqui uocauerunt malum deſideriũ. Cauſa huius humores ſunt corrupti,& putrefacti in pelliculis, & uillis ſtomachi concluſi. In qua uidelicet paſſione diuerſitates ſunt deſideriĳ, ſecundum humorũ materiam in ſtomacho coadunatorũ: Qui aut in eo ſunt creati, uel de alio loco ad eum fluxerunt. Sed plurimum hanc paſſionem mulieres incidũt, maxime frigidas naturas habentes,& prægnantes. Hanc patiuntur in primo & ſecundo & tertio menſe. Cauſa,quia fœtus eſt paruus,& materia quę ad eum nutriendum in uuluam manat,non omnino in ſuo nutrimento conſumitur. Cumq; menſtrua coadunata abundant in uulua cõcipientium,aſcendentia ad ſtomachũ coadunantur. Vnde fit cauſa,coadunãdi in eo corruptos & putridos humores,hunc uidelicet malum appetitum generãtes. Sed tamen in ſeptimo menſe,ceſſatur. Fœtus enim tunc magnificatus attrahit ſibi illam materiã ad nutrimentum. Maſculis uero nõ accidit hæc paſſio,niſi cum per longum tempus malam ſumpſerũt dietam,unde mali & putridi chymi in ſtomacho coadunati, malum generant appetitum. Oportet nos mũdificare ſtomachum eorum de illa chymorũ putredine,ut ad ſuam naturalitatẽ conuertatur. Sed utilius omnibus medicinis, uomitus prouocatio & mundificatio ſtomachi cum ſuaui pharmacia nullum laborem ſtomacho faciente, ſicut hierapicra, pilulis aureis,ſirupo de abſinthio,ſtomachicon, & ſimilibus. Confectio mundificans ſtomachum de corruptis humoribus, & malum appetitũ amputans: Recipe hierę picræ,drach.ʒ. mirobalani citrini,indi,& chebuli,abſinthĳ,aã.drach.ı.& ſ. maſtichis,aniſi, emblici,ana. drachmas 2. zingiberis, drach.ı. gariophylli,ſalis gemmæ,ſquinãti,ana.drach.ſ. fac puluerẽ, quem temperabis cum apozemate, cyperi, & mentæ, fac pilulas, de quibus dabis drach.ı.& ſ. cum aqua tepida Cõfectio ualet ad eĳciẽdam putredinem humorum de ſtomacho,& ad reſtaurandum malum appetitum, acidam ructationẽ amputat: Rec. hieræpicræ,drach.ıo. chebuli,agarici,aã.drach.ʒ. maſtichis,ſcammonĳ,marathri,aniſi,roſarum,ana.drach.2. tempera cum apozemate maſtichis,cyperi,cinnamomi, gariophyllorum. Confectio ualet contra fœtorem & fumoſam ructationem, atq; malum appetitum: Recipe aloẽs,drach.ʒ. mirobalani nigri,chebuli,ana,drach.ı.& ſ. roſarum,ma-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 269 sur 404

©BIUM

ſtichis,añ.drach.1.cardamomi,ligni aloēs,ſandali citrini,cubebę,gariophyl li,ſquinãti,nucis muſcatę,ana.drach.s.tẽpera cũ uino odorifero, & fac pilu las in modũ ciceris:de quibus omni die 7.dabis. Puluis ualet cõtra deſide riũ luti,carbonis,ſtomachũ corroborat,malos humores deſiccat: Rec. car damomi,cymini,cubebę,marathri,aniſi,roſarũ,aſari,ſpicę,maſtichis,anto phylli,cinnamomi,ligni aloēs,ſquinanti,frondiũ.citrini pomi,ſamſuci,zin giberis,añ.drach.1. & s. ſacchari,quantũ omnes ſpecies, omnibus pulueri zatis,dentur drach.3.potui cum tepida.Sed oportet hos infirmos ſe ad tem perata exercitia aſſuefacere, maxime mulieres. Bibãt apozema anethi cum melle. Potẽt etiam oxymel,ut groſſos attenuẽt humores. Vtile quoq; eſt ui num uetus,odoriferũ & rubeum. Panẽ accipiãt bene fermentatũ, annuales agnos,endiuiã, lactucam: In fine cibi,coctana,granata,pira,& ſimilia.Cata plaſmetur ſtomachus de odoriferis rebus, & epithimet ſtomachus de oleo nardino. Pilulę ualent cõtra putorẽ de corruptione phlegmatis natum, & bonum odorẽ prętãtes:Rec.pyrethri,ſquinanti,cyperi,cynnamomi,añ. drach,1.& s.maſtichis,drach 1.tẽpera cum aqua roſata, & fac pilulas in mo dum ciceris,de quibus dabis drach.1.& s. Pilulę ſimiliter ualentes:Recipe maſtichis,gariophylli,cardamomi,nucis muſcatę,roſę,ſandali,ana. drach. 2.ſquinanti,macis,galiæ muſcatæ,cubebæ,ligni aloēs,cyperi,cinnamomi, ana.drach.1.& s.cãphoræ,croci,ſpicę,ſtyracis,calami aromatici,thuris,añ. drach.1.omnia pulueriz ata,cum ſucco citrini pomi temperabis. Electua rium cõtra frigiditatem ſtomachi,groſſos & phlegmaticos humores corru ptos purgat,bonũ odorẽ prętat, & malum appetitũ curat:Recipe cinnamo mi,piperis longi,ſpicæ,gariophylli,maſtichis,aſari,caſſię,ana.drach.2.cro ci,nucis muſcatæ, cardamomi,ameos, aniſi,macis,coſti,cubebę,ſquinanti, ana.drach.1.zingiberis,galangę,ana.drach.3.turbith,drach.15.fac puluerẽ quem fricabis cum unc.1.olei amygdalini,& 3.unc.ſacchari.

De quantitate mali appetitus,id eſt,canini. Cap. XXV.

DIximus in hoc libro quia ſtomachus cum frigiditas ſibi domi natur, fortius appetit,quàm ſi fuerit calefactus. Diximus iterũ quoniã uigilia appetitum augmẽtat, quia corpus cauſa uigiliæ diſſoluit. Vnde oportet adhuc intelligi, quia acetoſi humores ſi ori ſtomachi dominauerint,creſcit appetitus quatuor modis: Vnus, quia acetoſitate ſua pungunt & cõmouent ſtomachum,quemadmodũ mouetur uenis eum ſuccãtibus. Propter hoc quaſſatus mouetur in appetendis ciba rijs,ſicut fit in ſanis,uenis eorũ ſtomachum ſuccãtibus. Alius,quia cum ſua frigiditate coadunatus, & cõſtringit adeò cibum,ut in paruo ſtomachi loco cõglobatus cõſiſtat. Vnde reliquis partibus uacuis exiſtentibus, quęrit natu ra appetere cibũ quo impleãtur, Proinde omnes antiqui maxime Gal. con cordant,

©BIUM

cordantur, dicũt omne acetoſum appetitus augmentatiuũ, & omne unctuoſum calidũ, & dulce eſſe uelociter ſaturatiua, quia calore diſſoluta membrorum cõcauitates fulciunt. Tertius, quia cum ſua frigiditate ſubſtantiam ſtomachi ſuccando coadunant. Ob hoc fit cauſa appetitus. His itaq; cauſis coadunatis, & multiplicatis, mouetur ſtomachus in appetendo pluſquã oportet, & dicitur caninus appetitus. Cauſa cuius tripliciter eſſe dicitur, aut quia frigida cõplexio ori ſtomachi dominat: aut quia acetoſi humores in ſtomacho ſunt coadunati: aut cum corpus nimiã patitur inanitionẽ. Quæ inanitio aut propter calorẽ fit diſſolutũ aut propter defectionem cõtentiuę. Sed caninus appetitus quãdo fit propter frigiditatẽ ſtomacho dominantem, uel propter acetoſos humores in eo accumulatos, ſequũtur eum nimia uentris ſolutio, & corporis defectio. Hanc enim paſſionẽ habentes, cauſa frigiditatis multũ comedũt, & parũ digerunt, ex caloris paucitate. Quia nimirũ cum comederint, pluſquã calor eorũ digerere ualeat, citiſſime neceſſe eſt indigeſtus egrediatur. Quo uidelicet ſtomachũ exeũte, ſtomachus cauſa ſuæ inanitionis appetit cibum, ut ſuæ paupertatis inanitionem reſtauret. Vnde ſtomacho ſemper appetitũ habente, & cibo magna uelocitatis feſtinatione egrediẽte, neq; fames ceſſat, neq; defectio minuitur, neq; corpus nutritur. Quod ſi cauſa huius paſſionis eſt diſſolutio corporis propter calorẽ, nõ nimia uentris ſolutio ſequitur, Quia quantũ appetit, tantum per corpus diuiditur. Calor iterum corpori cũ dominat, poros aperit, & humoribus diſſolutis, corpus neceſſe eſt deſiccetur, quouſq; deſiccatio ad os ſtomachi perueniens, appetitũ generat. Quod ſi fuerit propter defectionẽ cõtentiuę, cibi quos accipiũt nullo modo in ore ſtomachi morantur, ſed citiſſimo uelocitatis curſu, egrediuntur. Vnde fit cauſa appetendi altera.

De *cauſa canini appetitus.* Cap. XXVI.

DEcet nos intẽte præuidere cauſam huius caninę paſſionis. Quę ſi fuerit propter frigiditatẽ ori ſtomachi dominãtem, ſiue propter frigidos & acetoſos humores in eo exiſtẽtes, dabimus purum uinũ forte. Sicut dixit Hippoc. in aphoriſ. & Galen. ſuper eum locũ: Non, inquit, intentio Hippocratis fuit hoc in loco de fame, id eſt, inanitione cibi, neq; de illa quę fit cum naturali appetitu, ſed de nõ naturali appetitu uehementiſſimo uidelicet & inceſſabili, quem antiqui uocauerunt caninum. Galen. iterum: Multis, inquit, uicibus dedi his qui caninum appetitum patiebantur, uinum forte, & calefactiuum. Quod cum hæc paſſio fit propter frigiditatẽ, uino pontico famis nõ amputatur, quia nõ calefacit. Sed decet dari rubicundiſſimũ, & calefactiuũ. Quia cũ hæc paſſio fit propter frigiditatẽ ori ſtomachi dominãtem, ſiue propter frigidos & acetoſos humores in ſtomacho exiſtẽtes, neceſſe eſt ut uinũ huiuſmodi exiſtens, curet hanc paſſionem ex utroq; naſcentem. Hoc etenim uinum cito in ſanguinem con-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 271 sur 404

©BIUM

uertitur,& impletis ex eo uenis,corpus nutritur, & cõfortatur. Sed oportet ut cibaria eorũ ſint unctuoſa, & oleoſa,ſicut butyrũ,lac, craſſa caro, & quæcunq; alia comederint cibaria,fiant unctuoſa. Caueãt à pontico uino. Quod diximus potent,accipiãt elect. calida, & odorifera, ſicut diatrionpipereon, diaroma,diacoſi,& ſimilia. Studeamus nimiũ ut omnes eorum cibi ſint unctuoſi. Sicut Hippocrates: Omnis,inquit,cibus unctuoſus,uel dulcis,cito ſaturatiuus,quia uenas inflat,& implet. Vnde fit cauſa quieſcendi appetitum. Acuti uero cibi uel amari,pontici,ſeu ſtiptici,excitant appetitum. Quia acumine eorum & amaritudine,uenę aperiuntur,cibaria attenuantur, & deſiccantur. Stiptica uero & pontica coadunant cibum in paruo loco. Vnde hęc omnia ſunt cauſa ſuſcitandi appetitum. Electuarium ualet contra dolorem ſtomachi de frigiditate,acetoſam ructationẽ emendat,caninum appetitum amputat,ſingultum, inflationẽ,uẽtoſitatem curat, colorem clarificat: Rec.cinnamomi,piperis longi,zingiberis,galẽgæ,añ.drach.10.maſtichis, caſſię,croci,marathri,aniſi,ana.drach.5.coſti,aſari,amomi,ſpicę, apij, carpobalſami,xylobalſami,gariophylli,cardamomi,cubebę,folij,añ. drach.3. fac puluerem. Deinde accipe calamenthis domeſtici,& agreſtis, liquiritiæ, drach.10.mentæ,cymini,ſamſuci,ana.drach.5.rutę,drach.1.& s.paſſorum enucleatorum,unc.1.omnia coquantur in tribus libris aquæ uſq; ad medietatem. Quibus optime colatis,duplũ mellis adde,& coquant donec ad ſpiſſitudinem redierint mellis. Et colatis ſupradictum puluerẽ ex eo tẽperabis.

Quod ſi hæc paſſio fuerit propter calorẽ corpus diſſoluentẽ, ungatur patiens omnino ex oleo roſato,uiolato. Aër uero eorũ fiat frigidus. Dẽtur medicamina & ſirupi mẽbra cõfortantia. Iubemus infirmo quietem habere & dormire. Sicut dixit Hippoc. in aphoriſ. Vbi indigẽtia nõ oportet laborare.

Quod ſi fuerit hæc paſſio propter defectionem cõtentiuæ,damus elect. cõfortationem facientia,ſicut diacitoniten,diacoſi,tripheram, & ſimilia frigida & ſicca,contentiuam iuuantia & confortantia.

De ablatione deſiderij aquæ,uel potus competentis,& cura. Cap. XXVII.

ALiquãdo deſiderium aquæ omnino amputat. Cauſa uel nimia frigiditas, uel multa humiditas ori ſtomachi dominatiua, aut culpa ſenſus ſtomachi. Vnde Gal.ſuper epidemiorũ libros: Ablatio, inquit,potus, tribus modis fit. Aut propter multitudinẽ humiditatis in ſtomacho accumulatã, uel ꝓpter ablationẽ ſenſibilis uirtutis in ſtomacho exiſtentis, aut propter diſtemperantiã mẽtis. Quæ paſſio cum naſcitur propter ſenſus defectionem,moleſta eſt: peior uero ſi non deſiderauerint. Quia ſenſibilem uirtutẽ,quæ cõſiſtit in ſtomacho,ſignificat eſſe prę mortuam. Et ſicut uidemus arbores deſiderari,cum non habeant humiditatem,ita corpus deſiccatur cum potũ non deſiderauerit. Quibus oportet uelociter ſuccurrere. Nimiam inueſtigationis curam oportet nos habere circa huiuſmodi

©BIUM

huiuſmodi paſſionis notitiam. Quia ſi fuerit propter nimiam humiditatem ori ſtomachi dominantẽ, purganda eſt materia cum uomitu, & pharmacia, ſtomachũ de humidis humoribus mundificantibus. Quod ſi aliquod nobis impedimentũ obſtiterit, demus cauſam ſuauiter mundificantẽ, & eius qualitatẽ mutantẽ, ſicut oxymel, apozema radicũ, ſirupos aromaticos, & ſimilia. Quod ſi hæc paſſio fuerit propter frigiditatẽ ori ſtomachi dominãtem, donamus adiutoria calefactiua, ſicut diatrionpipereon, dianiſon, diacyminum, diaroma, & ſimilia.

De appetitu extra naturam aquam deſiderante. Cap. XXVIII.

SI deſideriũ appetendi aquam extra naturã fuerit, cognoſcimus quia cauſa eius eſt paſſio interiorũ membrorũ. Sed plus cęteris pertinet ori ſtomachi. Poſt hũc meri, deinde pulmoni, poſt hũc epati, poſtremo, ieiuno inteſtino. Augmentatio uero ſitis propter ſtomachũ duobus modis fit: Aut cũ in eo fuerint multi humores cholerici, ſeu ſalſi phlegmatici, aut nimiã habet ebullitionẽ, & calorẽ, ſicut fit febricitãtibus, & calida, & ſalſa cibaria aſſidue comedẽtibus. Si aũt ſitis ſit propter cholerã rubeã in ore ſtomachi, ſiue in eius pelliculis inuiſcatam, ſentiet infirmus cum aquam potauerit in ore amaritudinẽ, & fumũ uſq; ad gulam aſcendentẽ, cito etiã aquã quam ſumũt, in eorũ ſtomacho calefiet. Quod ſi fuerit propter ſalſa phlegmata, in ore bibentiũ ſalſitas ſentitur, quę quieſcit, bibita aqua calida. Si autem ſitis fuerit propter inſtrumentũ pectoris, cauſa eius eſt cõplexio calida dominans illi membro, aut calida apoſtemata in eo naſcẽtia. Quam ſitim habẽtes magis irrigant ex attractu frigidi aëris, quàm ex aqua. Si aũt fit propter epar, aut eſt propter calidam cõplexionem, aut eſt propter calida apoſtemata. Quam qui habebũt cum aquam biberint, ſentiẽtur dolorem in dextro latere, maxime ſi ſe exercitauerint, aut ambulauerint. Nõnunquã etiam eorum ſpiritus cõſtringitur. Plerunq; etiam fit ſitis non magna. Cauſa eius non de illis quas diximus, ſed propter ſiccitatẽ & calorẽ meatus, per quem humiditas ab ore ſtomachi fluit. Et aliquando fit ſitis renibus patientibus calorem, ac defectionem habẽtibus. Quam quidẽ habuerint, nunquam ſaturantur de aqua, neq; ſitis deficit.

De nimia ſiti quæ fit ab interioribus membris. Cap. XXIX.

OPortet nimiam minui ſitim, quæ fit de paſſione interiorũ membrorum. Iubeamus patienti requiem habẽdo ſilere, ſtudebimus ut aër ſit frigidus, maxime in æſtate. Potus eorum ſit frigidus, calorẽ extinguens, ſicut aqua cucurbitę cum ſaccharo, aut melones paleſtinos accipiant, cum ſirupo uiolato, & pſyllium cum ſucco granatorum, & ſirupo roſato. Cibus eius ſit portulaca, lactuca, blitũ, & cucurbita. Quod ſi ſitis fuerit propter choleram in uillis ſtomachi inuiſcatã, purgetur,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 273 sur 404

©BIUM

purgetur,ſiue cum uomitu,ſiue catharticis ſuauiter purgãtibus,& calorem infrigidantibus. Sirupus ualẽs ad refrigerandum calorem ſtomachi,& ſitim & ardorem mitigans:Rec.uiolarum,roſarum,añ.drach.10.ſandali albi & rubei,ana.drach.5.prunorum,iuiubæ,ana.drach.30. omnia in tribus libris aquę ad medietatem coquantur. Quibus colatis,adde libram unã ſucci granatorũ,uel libras 2.ſacchari. Sirupus ſimiliter ualet:Recipe pruna 40.oxyfœnitiorũ,mannæ,ana.unc.1.ſeminis cucumeris,melonis,& cucurbitæ,añ.drach.4.ſpodij,drach.3.omnia in tribus libris aquę coquẽs ad medietatem,& cola, cui addes librã unã ſucci granatorum, & mediã rhodoſtomatici,& ſacchari lib.duas,fac ſirupũ. Sirupus ſitim extinguens,punctionem amputans:Recipe cucurbitæ,lib.unam,mannæ,unc.1.ſucci granatorum,lib.unam,rhodoſtomatici,lib.s.ſacchari libras 2.fac ſirupum.

Apozema Ioan.Damaſceni ualet ſimiliter:Recipe roſæ,drach.5.oxyfœnitiorum,drach.10.caſſięfiſtulæ drach.3.ſeminis coctanorum,dragaganti, ana.drach.2.marathri,drach.1.omnia duobus libris aquæ calidiſſimæ die & nocte permaneant,deinde colatis,da potui,drach.5. Apozema ſimiliter ualet.Rec.oxyfœnitiorum,drach.5.caſſięfiſtulæ,drach.3.lentium mundatarum,drach.2.roſæ,laccę,ana.drach.2.omnia in libra una aquę calidiſſimæ die ac nocte iaceant. Quibus colatis,da potui drach.5. Trochiſci utiles ſimiliter: Recipe ſpodij,roſæ,ana.drach.5. dragaganti,gummi,ſeminis portulacæ,lactucæ,ſucci liquiritiæ,amyli,ſeminis melonis,citroli,& cucurbitę,ana.drach.1.fac puluerem,quem cum aqua roſata temperabis.

Pilulę,Recipe ſeminis cucũmeris,drach.12.dragaganti,drach.6. dragagantum liquefac in ſucco hordei, Deinde puluerem ſuperiorum temperabis, & fac trochiſcos. Danda ſunt infirmo ptiſana, oxyſaccharum, ſuccus granatorum. Vnde Paulus in regimento ſanitatis: Qui, inquit, nimiam ſitim habuerint,non multũ comedant,& abſtineant ſe à labore. Quod ſi ſitis fuerit propter ſalſum phlegma in ſtomacho exiſtens, eĳciendum eſt uomitu,& pharmacijs ſuauiter mũdificantibus.Deinde damus adiutoria phlegma leuiter expellentia, ſicut ſuccum endiuiæ, marathri,apij, coctum & colatum,4.horum unc.cum oxymellis,unc.2. aut rhodomellis, unc.1.

Trochiſci de roſis,ualent cõtra dolorẽ ſtomachi,defectionem, febrem, & ſitim quę fuerit propter ſalſa phlegmata:Recipe roſarum,drach.10. liquiritię,drach.5.ſpicę,marathri,aniſi,maſtichis,ana.drach.3.cardamomi,croci,cubebę,ligni aloẽs,ſquinanti,ana.drach.2.ſpodij,ſandali, dragagãti,añ. 1.& s.tempera,cum ſucco endiuię,& fac trochiſcos, de quibus potui detur, 1.cum oxyſaccharo.Qui uero ſitiunt propter ſiccitatẽ aditus ſaliuę, ſomnus eis inducatur. Quod ſi propter calorem illius loci ſitis fuerit, danda ſunt ea quę ſuperius diximus.

De diffi-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 274 sur 404

©BIUM

De diffinitione & cauſa ſingultus.
Caput XXX.

SIngultus eſt innaturalis motus ſtomachi, propter deſideriū uir tutis nocitiua expellētis. Vnde Gal. in lib. de accidētijs & mor bo: Singultus eſt inoportunus motus, prius ab expulſiua, dein de à retentiua peractus. Actio enim contentiuę, in ſingultu eſt quaſi uoluntaria. Sed differentia eſt inter uomitum & ſingultū. Quia uomi tu expelluntur ea quæ ſunt clauſa in concauitate ſtomachi, & expulſa ſenſui apparent. Singultu uero non expellitur, niſi quod eſt in eſſentia ſtomachi, quod ſenſui occultatur. Cauſa quod ſingultus res eſt uirtuti nocumentū infe rens. Aut cum ſua frigiditate, ſicut uidemus fieri in rigore. Aut cum ſuo ca lore ſicut fit piper accipiētibus, maxime ſi ſubtile ſiue puluerizatum, facilli me ad os ſtomachi penetret. Porrò ſingultus eſt multiplex, & cauſa eius di uerſa, quia aliquando fit ex plenitudine, aliquando de inanitione ori ſtoma chi dominante, & nonnunquam de uentoſitate ſtomachum inflante, & ſpi ritum claudente, & extinguente: unde fit ſingultus. Plerunq; etiam fit de apoſtemate in ore ſtomachi naſcente, & nonnunquam de ciborum corru ptione, & eorum conuerſione in malam & pungitiuam qualitatem. Quo rum uniuſcuiuſque ſignificationes ſum, ut oportet, oſtenſurus. Cum ſin gultus de plenitudine generatur, ſentit patiens grauedinem in ſtomacho, & plenitudinem, & digeſtionis defectionem. Quod plurimū patiuntur ſe niores, & illi qui delectationibus, & requie utuntur, & ſe ad humidam aſſue faciunt dietam. Quod teſtificatur, quia plurimos pueros hac paſſione mo leſtari uidemus, maxime cum ciborū multitudine refecti, frigus aēre infri gidato patiūtur. Aēris enim frigiditas diſſolutioni illius minime repugnat. Quod ſi fuerit ſingultus de inanitione, ſicut nimio uomitu, uel uentris ſolu tione, aut ingenti & acuta febre, patietur infirmus in ſtomacho ſiccitatem, extenſionem, & nimium calorem. Quem plurimum iuuenes, & laborantes patiuntur, ſed raro tamen. Vnde Hippocrates in Aphoriſmis: Spaſmus aut ſingultus ex inanitione factus, malum. Oſtendit iterum Hippocrates in alio loco. Quod ſpaſmus ex inanitione generatus ſit malus. Galen. in hoc lib. di cit: Hippocr. nobis inſinuat, quod ſingultus poſt inanitionem factus, ſit ſpaſ mus in ore ſtomachi, & meri exiſtens. Dixit etiā alibi: In nimio ſanguinis flu xu ſpaſmus, uel ſingultus, malum. Singultus autē ſi fuerit propter frigidita te oris ſtomachi, nil ſuperiorū patiens ſenſerit, ſed augmentatur ſingultus, cum patiens ſtat in aēre diſcoopertus, aut cū frigidā potauerit. Quod mani feſtatur ex frigiditate quam patitur. Singultu uero ex uētoſitate ſtomachi na ſcente, ſentit ęger in uentre uentoſitatē, inflationē, & extenſionē. Quod ſi fit propter apoſtema in ore ſtomachi generatū, patit infirmus grauedinē in ore ſtomachi, & dolorē infra ſpatulas, & cum tactu percipit eſſe apoſtema.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 275 sur 404

©BIUM

Quem ſingultũ ſequitur ſpiſſitudo ſpiritus. Quia apoſtema prohibet aërem in ſuo naturali curſu currere. Vnde coadunatus in ſtomacho, ſuffocatur, & cum ſingultu egreditur. Idcirco huiuſmodi ſingultus prolixus fit, ſecũdum groſſitiem materię, & apoſtematis magnitudinẽ. Quod nõ uidetur trãſire, niſi apoſtema ceſſauerit, & apoſtema non tranſit, niſi longo tẽpore. Propter hoc ergo iſte ſingultus moleſtus eſt, & ſignificat malum. Sicut Hippocrates in aphoriſ. Singultus & oculorũ rubor poſt uomitũ malũ. Vnde Galen. Singultus, inquit, niſi cũ uomitu ceſſauerit, duobus modis ſignificat. Aut fundamentũ nerui, id eſt, cerebrũ patit apoſtema, aut ſtomachus. Rubor oculorum ad utrũq; pertinet, ſed tamẽ magis cerebro. Quod ſi fuerit ſingultus de cibis corruptis in acutã qualitatem conuerſis, aut propter calida alimenta, ſentit infirmus nimium ardorem in ore ſtomachi, & nimiam ſitim.

Cura ſingultus. *Cap.* XXXI.

OPortet primum perpẽdere cauſas unde fit ſingultus. Quod ſi fuerit propter plenitudinẽ, optima eis erit hæc medicina, id eſt, purgatio illius materiei, ſiue inferius cũ pharmacia, ſiue ſuperius cũ uomitu: ſic tamen ſi ętas, tẽpus, & uirtus cõuenientia ſunt: Quod ſi ſint contraria, demus medicamina illã materiã incidẽtia, id eſt, diſſoluentia, quemadmodũ caſtorei, ſcrup. 1. cum aceto propinatus, aut cũ ſucco ſyſymbrij. Vngatur ſtomachus exterius cum oleo uetuſtiſſimo & caſtoreo. Valet etiam ſi mouetur ſtomachus cum ſternutationibus. Vnde Hippocrates in aphoriſmo: Sternutatione mitigatur ſingultus. Vnde Galenus: Singultus & de plenitudine, uel de inanitione eſt ſicut ſpaſmus: ſæpe tamen fit de plenitudine. Idcirco iuuat nimius motus, ut diuidat & diſſoluat illam materiam, quod facit ſternutatio. Singultus uero qui fit ex inanitione, raro contingit, neq; cum ſternutatione tranſiet. Singultui etiam qui eſt de plenitudine, ualent petroſelini, cymini, ana. drach. ʒ. ſi puluerizate cũ ſucco ſyſymbrij propinent. Valet etiam cõtra ſingultum qui fit de plenitudine uiſcoſorum, groſſorum & frigidorum humorum, theriaca philonium, dianiſum, diacyminum, diacalamenthi, diatrionpipereon, dialacca maior, diarheum barbarum, & ſimilia, propinata pondere, drach. 1. cum aqua calida, in qua cocta fuerint ſamſucus, menta, origanus, laurus, calamenthũ, abrotanum, anethum, melilotus, ſimpliciter ſiue compoſitæ. In qua madefacti panni, ſeu ſpongia ſtomacho applicentur. Deinde epithima ſtomacho apponatur de oleo nardino, oleo laurino, chamomileon, anethileon, caſtoleon, abſintheleon, & ſimilibus.

Trochiſci ualẽtes cõtra plenitudinem, groſſam uentoſitatẽ, & ſtomachi frigiditatem curantes: Rec. aniſi, cymini, carui, maſtichis, cinnamomi aſari, ana. drach ʒ. calamẽthi, mentæ, rutæ, ana. drach. 2. ameos, apij, croci, ſpicę, caſſiæ, ſquinanti, coſti, ligni aloẽs, gariophylli, baſilici, eupatorij, folij, aniſi,

drach.

©BIUM

drach.1.tempera cũ odorifero uino,& fac trochiſcos,de quibus dabimus 1. cum mellicrate. Apozema ualens cõtra ſingultum de plenitudine ſtomachi,uentoſitatem & oppilationem aperit:Rec. calamẽthi,mentę,rutæ,añ. drach.6.carui,ameos,abrotani,abſinthij,añ.drach.3.dauci,rheũbar.aniſi, ana.drach.1. & s.omnia tuſa in 1.libra aquæ nocte & die una permaneant. Deinde addelib.s.amygdaleon,& olei laurini,drach.2. & iterũ ſuauiter coquantur, quouſq; medietas aquæ cõſumatur. Quibus infrigidatis, coaduna ſuperficietenus oleum. De quo drach.3. potui dabis cum aqua frigida.

Oleum Ioan. Damaſceni ualet cõtra ſingultum de frigiditate ſtomachi: Rec.rutę,drach.30.,fœnugræci,drach.15.anethi ſeminis,aniſi,,ana.drach. 8.olei libram s.omnia trita in 1.& s.lib. aquę calidiſſimę nocte dieq; permaneant. Deinde coquantur cum oleo donec ſufficiat, & uſq; ad conſumptionem aquæ,quod potui dabis cum ſucco rutæ,& aqua calida. Valet etiã ſam buceleon,oleũ laurinũ, & coſtoleon, & ſimilia, ſi cum aqua calida potẽtur. Sternutatio prouocetur cum pipere,ſinapi,condiſi,& ſimilibus.Si autem ſingultus fuerit propter inanitionẽ, & patiẽs habuerit calorẽ, oportet eum cauere à ſupradicta dieta, & utatur cõtraria, id eſt,aſſuefaciat ſe ad ptiſanã, iulep cum frigida,ſirupũ cum oleo roſato, pſylliũ,ſirupũ uiolatũ,aqua roſata, & ſimilia: Succũ etiam granatorũ, acetũ pomorũ citrinorum, cibos humidos,ſicut portulacæ,cucurbitæ,blitos, cum amygdaleon, aut oleo uiolato. Quod ſi patiens habuerit ſolutionẽ,oportet frigida & ſtiptica dari,ſicut ſirupum myrtinũ, aut malorum,uel pirorũ, reficiatur ſtipticis cibis. Confectio contra ſingultum,de inanitione & calore factum,Rec,ſeminis portulacę,dragaganti,ſeminis citruli, melonis,ſacchari,ana.drach.7.amygdalarũ purgatarum, drach.5. omnia puluerizata cum oleo uiolato fricabis. Deinde cum ſirupo uiolato eadem temperabis. Si autem ſingultus propter acuta fuerit cibaria,ſicut piper,ſinapis,allia, & ſimilia: damus ſirupum acetoſum, cum aqua frigida,damus etiam uiolatũ.Quod ſi fit propter cibos in ſtomacho corruptos,purgẽt ſtomachus.Si autẽ ex frigiditate ſtomachi fuerit uel uẽtoſitate,accipiat calida antidota,quæ diximus in ſingultu de plenitudine. Damus etiã zingiber condîtum,origanũ,mentam,& ſimilia condîta.Hæc enim omnia ſunt iuuatura.Vngat quoq; deforis ſtomachus cum oleo rutaceo,coſtino,nardino,& ſimilibus.Ligẽtur digiti manuũ & pedũ,& prouocetur ſternutatio cum rebus calidis.Valet etiã aliquando flatus cõſtrictio,unde Galen. Anhelitus,inquit,cõcluſio, magna medicina fit ſingultãtibus de groſſa uentoſitate, atq; frigiditate. Spiritu enim concluſo egredi nequente,& eo in pectoris concauitate coadunato, calor ſuſcitatur, & calefacit illa loca. Vnde attenuatur,diſſoluitur,& digeritur materia ſingultus generatiua.Quod ſi fuerit propter apoſtemata in ore ſtomachi naſcentia.,nullo modo curari poterunt niſi apoſtemata tranſierint,quæ cito ſanari non poſſunt. Vnde huiuſmodi ſingultus eſt ad curandum moleſtus.

De ructatu

©BIUM

De ructatu & causa. *Cap.* XXXII.

RVctatus augmentans,& modũ temperamẽti excedens, prohibet cibos in ſtomacho digeri. Quia ructatus eſt uẽtoſitas in ſtomacho generata, & augmentata, quam natura per os ſtomachi expellit. Cauſa cuius uẽtoſitatis eſt defectio ſtomachi. Defectio autem ſtomachi, aut propter malam cõplexionem cum materia, aut ſine materia, cuius medicinã ſuperius oſtendimus. Sed Gal. defectionem naturalis caloris, dixit cauſam eſſe ructatus. Quia naturali calore deficiente, cibus ut oportet non digerit; ſicut fit in paruo igne, cui groſſa ligna,& uiridia apponuntur. Sed diuerſitas ructatus fit propter uarietatẽ rerum naturalem calorẽ deficere facientiũ. Fu moſę enim ructationis cauſa triplex eſt: Aut fortitudo caloris ſtomachi, aut cholerici humores in eo coadunati, aut ſi natura ciborũ iam ſumptorũ fuerit calidiſſima, ſicut mel, alliũ, & ſimilia. Acetoſa uero ructatio ſimiliter fit tripliciter: Aut propter frigiditatẽ ſtomachi, aut propter phlegma in eo exiſtens. Aut propter frigida cibaria, ſicut lac, fructus, & ſimilia.

De cura ructatus. *Cap.* XXXIII.

OPortet nos intente perſcrutari cauſam unde ructatus augmẽta uerit,& modũ exceſſerit. Quia ſi fuerit propter calorem ſtomacho dominantẽ, decet dari frigida,& ſtomachũ cõfortantia, ſicut ſirupũ roſatum,& malorum granatorũ, iulep,& aquã roſatã,& cibaria frigida,& confortatiua, ſicut ſuperius diximus. Quod ſi ſit propter cholerã rubeam in ſtomacho coadunatã, purgẽt cum hierapicra, apozemate, abſinthĩj, aloẽ, ſero, & ſimilibus. Quod ſi fuerit propter frigiditatem ſtomacho dominantẽ, demus adiutoria ſtomachũ calefacientia, quem admodum theriacã, diacyminum, zingiber, diagalãga,& ſimilia. Si aũt propter phlegmaticã materiã in ſtomacho coadunatam, purgetur cum hiera Gal. hierapicra, hieralogodion, & ſimilib. Antidotũ ad idem ualẽs cõtra nimiã ructationẽ, quæ fit ꝑpter ſtomachi defectionẽ, acetoſam etiã ructationem,& groſſam uentoſitatẽ curat: Rec. maſtichis, aniſi, caſſię, aſari, coſti, ſpicæ, ana. drach. 3. zingiberis, cinnamomi, piperis longi & albi, gariophylli, añ. drach. 4. dauci, apĩj, cardamomi, nucis muſcatę, galangę, ameos, macis, marathri, carui, ana. drach. 1. & s. folij, acori, ligni aloẽs, liuiſtici, caſtorum, ſquinanti, ana. drach. s. pendĩj. unc. 1. mellis quantũ ſufficit dabis cũ calida.

De inflatione ſtomachi. *Cap.* XXXIIII.

PAſſio quę dicitur inflatio ſtomachi, fit propter groſſam uentoſitatem indigeſtam ſemper in ſtomacho, propter inordinationem dietæ generatã: & aliquando fit in capite,& nonnũquam in cæteris membris, hydropiſin maxime patientibus. Si autem natura ſtomachi fuerit frigida, generat inflationem, ſed tamen paruam, quę ſolet ructationibus diſſolui. Sicut uidemus in aẽre ſeptentrionali, nebulã non generari. Quod ſi fuerit calida,& cibi naturaliter nõ ſunt inflatiui, nõ faciũt

inflationem

©BIUM

inflationem, quemadmodum æſtiuum aëra uidemus nebulam non genera re. Calor enim eſtiuus aërem attenuat, & diſſoluit. Si autē cibaria ſint inflatiua inflationem generant, ſed paruam quę ructatibus diſſoluitur. Quod ſi ſtomachus neq; multū ſit calidus, neq; frigidus, cibi ſiue humores in ſtomacho exiſtētes ex ſui paruitate caloris indiſſoluti, neq; digeſti, ingroſſantur, & in fumoſitatē conuertuntur. Vnde groſſa & uentoſa generatur inflatio. Sed aliquando hęc inflatio per os purgatur cum ructatibus, & aliquādo inferius cum uentoſitate. Quę niſi ſuperius uel inferius egrediatur, inflationem uel torſionem generat in uentre. Quę inflatio autē fit propter humores melancholicos, aut propter phlegmaticos. Quia inter ſe differūt. Si enim de phlegmate fuerit, eſt humida. Sed quę de melancholico generatur humore, eſt ſicca. Porrò melācholica uētoſitas moleſta eſt & peſſima, magnū generans nocumentū animę & corpori. Animę, ut triſtitiam, timorē mortis, ſuſpicionē, & cogitationē rerum, ut nō ſunt cogitatę exiſtentiū, propter melancholicā à ſtomacho in cerebrū ſalientē. Quia cerebrū totius corporis cœlū ſuſcipit omnē fumoſitatē, eam maxime quæ ab ore ſtomachi aſcendit propter colligantiam quam utrūq; habere diximus. Vnde Gal. in libro de accidentijs & morbo intitulato: Sed quædā pars rationalis animę tenebroſo operta fumo fuerit, neceſſariò fit homo timoroſus, & ſuſpicioſus, quia ſecum uehit rem qua timor & ſuſpicio generat. Nonne uides quia cū per tenebroſa & obſcura loca ambulauerimus, timorē patimur & ſuſpicionē. Eodē modo patiūtur manioſi & melācholici timorē & ſuſpicionē melācholico uidelicet fumo ad caput ſaliēte. Sicut uidemus fieri in illa melancholicæ ſpecie, quę hypochondriaca dicitur. Corpori uero generat nocumentū, quia prohibet digeſtiuā ſuam cōplere actionem. Vnde cibus corrūpitur, & in malam mutatur qualitatem. Quia inflatione augmentata in ſtomacho, ingroſſatur cibus & induratur. Vnde generatur extenſio & tethinoſitas ſub diaphragmate. Et aliquando hæc uentoſitas eleuat cibum à fundo ſtomachi, qui eſt locus coctionis ad ſuperiora. Vnde fit indigeſtio. Quod ſi deficit ſtomachus, pro huiuſmodi occaſione fit cauſa recipiendi humores à toto corpore. Vnde mēbris paupertate nutrimenti fit nocumentum multiplex.

De cura inflationis ſtomachi. Cap. XXXV.

CVm autem hanc paſſionē quæ inflatio dicitur, uiderimus eſſe creatam, oportet nos magna uelocitate ei obuiare, neq; ullam corporis inertiam habeamus. Cuius utiliſſima curatio ut ſtudiū impendamus in confortanda digeſtiua uirtute. Et ingeniemus prout melius ſcimus, ne cibi in ſtomacho cōuertantur in malam qualitatē. Intente etiam curam imponamus circa eorū dietam, ut ſit humida actu, & poteſtate. Aliquando tamen miſceamus eis quædā aliquantulum acuminis habentia,

©BIUM

habentia,per quæ uentoſitas ualeat expelli,ſicut calamenthū,mentam & ſimilia,& tamen diu non ſe aſſuefaciāt,ne ſanguinis ſubſtantiā corrumpāt, & quemadmodum humida cibaria citius quàm ſicca digeruntur,ita & calida frigidis poſſunt digeri uelocius. Porrò medicina uētoſitatis expulſiua ea eſt quæ attenuat,& diſſoluit,ſicut cyminum,aniſum, apium,marathrū,liuiſticum,daucum,& ſimilia,cocta in quibuſdam oleis, deinde ſtomacho & diaphragmati iunctis aut clyſterizatis. Quod ſi conſideras calidiora eſſe neceſſaria,pone rutam, baccas lauri,laurinū oleum,anethileon,abſiceleon, & ſimilia. Caſtoreum idem operatur,& ariſtolochia longa. Valēt & calida & odorifera antidota,ſicut diaſpermaton,diacyminum, dianiſum, diatrionpipereon,& theriaca. Pilulę Ioan. Damaſceni contra inflationem,& uentoſitatem ſtomachi: Rec. ſpicę,gariophylli, piperis longi,coſti,ligni aloës, ſpodij,ana.drach.1.& s. aniſi,drach.3.cinnamomi, caſſię,folij, aloës, galangę, croci,myrrhę,ana.drach.1. tēpera cum uino odorifero & uetuſto,& pilulis compoſitis,dabis drach.1. Apozema ualens ad diſſoluendam uentoſitatem & inflationem,atq; ſtomachi dolorem: Rec. galangę,zingiberis,gariophylli,maſtichis,ana.drach,1.& s. trita mittantur in unam lib. aquę calidiſſimę. Deinde ſufficiēter cocta colent,& potui tribuātur. Galen. Ventoſa umbilicum undiq; circūdans,ualet contra uentoſitatē ſi imponatur abſq; ſcalpellis. Similiter balneum aquę in qua cocta ſunt abſinthium,chamomila,ſamſucus,anethū,& ſimilia. Epithima etiam de calidis. Trochiſci Ioan. ualent contra inflationem,& dolorem ſtomachi, uentoſitatem & acetoſam ructationem curant,ſunt & cōtra uenenum, ſanguinis fluxum conſtringūt,ſi fuerit propter defectionem & molliciem uenarum,uentris ſolutionem propter frigiditatem,& humiditatē,& groſſam uentoſitatem, quę fit propter groſſos humores curant,menſtrua prouocāt: Rec. Caſtoreum,ſpicę celticę,gentianę,boli,terrę ſigillatę,caſſiæ,cinnamomi,mandragorę,ana drach.6. croci,opij,coſti añ.drach.8. papaueris albi & nigri,ana.drach.9. dauci,aniſi,ſiſelei,apij,marathri,hyoſcyami,gūmi,granati,medullæ,ſeminis citri, dictamni,praſſij,ana.drach.10. cymini,ameos, liuiſtici, calamenthi,baſilici,ana. drach.8. omnibus tritis,gummi in uino liquefiat, & in ea puluerem ſpecierum tēperabis,& trochiſcos informabis,unuſquiſq; cū ſiccus fuerit,drach.1. & s penſet. Sed ſeptimo menſe potui dentur. Apozema de radice cum amygdaleo dulci & amaro bibitur,quia ualet contra uentoſitatē,hypochondriorum oppilationē ſtomachi,epatis,& omnium uiſcerum aperit: Rec. radicis apij,marathri,ana.drach.10. endiuię,ſquināti,liquiritiæ, ana.drach.6. marathri,aniſi,apij,ana.drach.4. polij,ſquinanti,calamenthi,abſinthij,añ. drach.3. maſtichis,eupatorij,aſari,ana.drach.2. folij,hyſopi,ana. drach.1. omnia in 1.lib. aquæ die ac nocte iaceāt. Deinde cocta ad 3. colentur. Poſtremo accipe,mannę,caſſięfiſtulę,mundatę,ana.drach,10.& liquefiant in ſuperiori

©BIUM

riori aqua. Deinde colatis da potui unc.5. cũ olei amygdalini dulcis & amari, ana drach.2. Sirupus calamenthi cõuenit frigido ſtomacho, & epati, & digeſtiue deficiẽti, groſſam & phlegmaticam uentoſitatem ſiue melancholicam digerit, oppilationẽ aperit. Valet etiam ſenibus hypochondriacam uentoſitatem habẽtibus, torſionem, quæ fit propter frigiditatem ſtomachi, curat, ſpleneticis ſubuenit: Rec. calamẽthi domeſti & ſylueſtris, ana. drach. 20. polij, ſquinãti, liquiritiæ, marathri radicis, & apij radicis, ana. drach. 10. apij ſeminis, petroſelini, marathri, aniſi, dauci, ameos, praſſij, ſamſuci, ana. drach. 5. thymi, mentæ, centaureæ minoris, ana. drach. 5. omnia tuſa in 10. lib. aquæ coquantur ad medietatẽ, & colatis fece cum ſex libris aquę ad medietatem recoque, deinde cola, & cõmiſce utrũq; apozema cum tantũdem mellis, & iterum coque illa, ſed initio decoctionis accipe ſpicę, cinnamomi, gariophylli, croci, zingiberis, galãgę, aſari, caſſię, piperis longi, añ. drach. 1. hæc ſubtiliter trita, in panno ligentur, & in illa decoctione deponatur. Deinde coquantur ſuper prunas leniter donec fiat ſirupus. Electuariũ diaſpermaton ualens contra oppilationẽ & groſſam uentoſitatem ſtomachi: Rec. cymini, marathri, aniſi, carui, ana. drach. 10. petroſelini, apij, ameos, ſeminis ſcariolę, anethi, ana. drach. 5. pyrethri, zingiberis, galangę, piperis longi & nigri, añ. drach. 4. maſtichis, croci, aſari, amomi, cinnamomi, ſquinanti, ſpicę, cyperi, coſti, ana. drach. 3. cardamomi, cubebę, gariophylli, nucis muſcatæ, thymi, folij, ana. drach. 2. mellis quantum ſufficit.

De uomitus abominatione. Cap. XXXVI.

OPortet intelligi quia ſi ſtomachus in ſuo naturali fuerit curſu, appetit cibum, & eum in ſuo fundo deponit, ut digeratur. Qui ſuum uidelicet curſum egrediens, diuerſas & multas patit paſſiones. Quarũ una dicit uomitus. Vomitus enim non eſt aliud, niſi motio oris ſtomachi, rem in eo habitã expellere uolentis eum aggrauantem, ſiue mordentem. Quæ naſcitur de malis cibis, aut de mala humorum qualitate. Motio uero, aut fit propter multitudinẽ cibi aggrauantis uirtutẽ, aut propter eius malam qualitatem, ſi fuerit acuta, pungitiua uel acetoſa. Sicut uidemus fieri cũ ſtomachi cõplexio mutatur in acetoſitatem, & aliquando in uentoſitatẽ uel fumoſitatẽ. Aut propter humores phlegmaticos, ſiue aquoſos in ſtomacho coadunatos, aut propter cholericos. Sed plurime hęc ſtomachi defectionẽ ſequuntur: Membra enim deficiente, profluũt ad illud humores reliquorũ membrorũ, maxime phlegmatici & cholerici, ſicut uidemus in ſtomacho famem habente, fluere humores, maxime quibus cholera rubea naturaliter dominatur. Quod teſtatur eorum uomitus, quia cholerici coloris eſt. Vnde cum uomitum, uel abominationẽ aliquis habuerit, neq; ullum ſumpſerat cibum hoc facientẽ, liquet acutos humores in eius ſto

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 281 sur 404

©BIUM

macho esse coadunatos, substantiã stomachi pungẽtes. Quod si fuerint cholerici, per uomitũ perpenduntur. Quod si fuerint phlegmatici, uomitus erit crudus, nullam ostendens digestionẽ. Sanguis autẽ egrediens cum uomitu mixtus, significat crepiturã aut rosuram, aut incisionẽ alicuius uenæ, in meri uel stomacho. Qui si absq; dolore exierit, insinuat uenam qua egreditur esse apertã. Qui si sit rubicũdissimus atq; clarus, demonstrat uenę incisionẽ. Si uero tarde exeat, dolore eum prȩcedẽte, & color eius fuerit niger, ostẽdit uulnera esse in stomacho. Sed tamen aliquãdo egressio sanguinis fit propter incisionẽ alicuius uenę in epate, quod cognoscitur qua parte ueniat, per dolorem qui sentitur, & per eiusdem sanguinis colorẽ. Porrò aliquãdo stomachus à sua natura exiens deficit, & suscipit quod ad eum ex inferiori uenerit parte, non eo illud attrahẽte, sed ui expulsiua intestinorum cum ex inferiori nequit, per superiorem partem suam superfluitatem expellere quȩrente. Sicut uidemus fieri in ileon habẽtibus. Similiter plerũq; nonnulli desiderium egerendi habent, sed causa magni pudoris & terroris tolerant egestionem. Vnde superius ascendens, sese q; stomacho propinquans, & fœtor, & uentositas inferius egredi non ualens, ad stomachũ ascendit, & uomitũ, & abominationem facit. Sed quidã aliquando patiũtur abominationem, absq; uomitu. Causa, quia eius materia est modica, & in uillis stomachi inuiscata, aut in eius substantia clausa, quemadmodum aqua in spongia. Vnde fit difficilis ad purgãdum, maxime si fuerit, uiscosa. Quod si cholerica sitim generat. Si uero frigida appetitum augmentat, & confortat.

De causa uomitus. Causa. XXXVII.

SI cibaria exierint cum uomitu indigesta & immutata, digestiuã in stomacho ostendunt esse defectam. Vnde dari oportet stipti ca, odorifera, stomachum cõfortantia, sicut superius diximus. Quod si materia uomitus sit pungitiua, stomachum aggrauans propter humores in eo corruptos, aut propter cibos in eo conuersos in malam qualitatem. Non decet uomitum constringi, maxime in initio, nisi cum dubitauerimus ęgrum in defectionem uenire. Sed si ęger fuerit fortis, dari necesse est, medicamina illam materiã destruẽtia, si uidetur in stomacho esse generata. Quod si fuerit cholerica, clystere faciamus, de uiola, iuiubis, hordeo purgato, chamomila, succo lupuli, & similibus, materiam inferius purgãtibus. Si phlebotomia fuerit necessaria, basilica dextri brachij incidatur. Si autem uomitus fuerit cum uẽtris stipatione, damus catharticũ de prunis, oxyfœnitijs, succo malorum granatorum, & similibus. Dietamus eos cum pullis gallinaceis, iussellatis, & cum prunis, & amygdaleo condĩtis. Sirupus ualens ad refrigerandum stomachum, sitim mitigat, febrem amputat, & uomitum cholericũ extinguit: Rec. succi granatorũ acetosorũ & dulciũ, ana. lib.

©BIUM

ana.lib.1.& s.ſucci prunorũ acetoſorũ,lib.1.aceti pomi citrini,ſucci oxyfœnicię,lib.1.omnia coquantur in modũ ſapę,de quo dabis ſcrup.1. Si autẽ uomitus fit cum uentris ſolutione,accipiant ſapam myrtinam,granatorum,& malorũ,ſirupũ roſatũ,citonia pondere drach.1.cũ ſpodij,galię,añ. drach.1. Dietã hanc accipiant,pullos uidelicet gallinaceos,iuſſellatos,cum ſucco malorum acetoſorum,coriandri ſucco,granatorũ,& pomorũ citrinorum. Cataplaſmet ſtomachus de roſis, ſandalis,polline hordei, cãphora galia, aqua roſata,& ſimilibus. Electuarium ualens cõtra cholericũ uomitum,& egeſtionem, ſtomachũ confortat:Rec. granatorũ aſſorum, malorũ granatorũ, ſumac,añ.drach.10. roſę,ſpodij,ſandali,citrini,ſeminis portulacę,añ.drach. 5.galiæ,maſtichis,añ.drach.3.cubebę,cardamomi,ligni aloës,añ.drach.1. tempera cum ſucco coctanorum,& da drach.3. Trochiſcos ſimiliter ualentes:Recipe roſarum,drach.10.berberis,ſpodij,ana.drach.6.boli,ſumac, galiæ,ſeminis herbæ acetoſæ, ana,drach.5. ſandali, croci,gũmi, balauſtiæ, myrtillorum,ſpicæ, mentæ,maſtichis,ana.drach.1.& s.pollinis granorum granatorum,drach.5. fac trochiſcos cum aqua roſata. Vnde Hippocrates in epidemijs:Quædam, inquit,mulier dolens in præcordijs,& nimiam habens auguſtiam, ſanata eſt cum polline hordei, & ſucco granatorum.

Sirupus cõueniens defecto ſtomacho, cholericum uomitum & egeſtionem compeſcit: Recipe roſæ,drach.10. ſandali,ſpodij,croci,myrtillorum, ana.drach.5. berberis,maſtichis,ſumac,ana.drach.3. omnia coquantur, in lib.1.& s.aquę,quouſq; ad medietatem redigentur,& colatis,adde ſucci granatorũ acetoſorum,lib.1.ſucci malorũ, pirorum,lib.s.ſacchari,lib. 2.fac ſirupũ. Quod ſi uomitus fuerit propter phlegma, purget ſtomachus cũ hierapicra. Damus & has pilulas,recipientes hierãpicrã,drach.3. chebuli, indi,drach.2. maſtichis, roſarum, mentæ, ligni aloës,aniſi,ana. drach.1. ſalis gemmæ,bdellij,ana.drach.1. tempera cum ſucco mẽtæ, & pilulas in modũ ciceris informabis. Sapa granatorũ cum ſucco mentę facta: Recipe ſucci malorum utrorumq; granatorum,ana.lib. 2.ſucci mentæ,lib.1.mellis deſpumati, lib.2.coquãtur ad ſpiſſitudinẽ, deinde adde maſtichis, ligni aloës, galię,ana.drach.1. Sirupus confortans ſtomachum,uomitum phlegmaticum,abominationem,& ſingultũ compeſcit,digeſtiuam corroborat:Rec. calamenthi,mẽtę,ana.drach.10.maſtichis,ſpicæ,ana.drach.4.corticis fiſtici,drach.3.omnia in tribus libris uini odoriferi ad medietatem coque,& colatis adde ſucci granatorum,lib.1.ſucci coctanorũ,2.ſacchari,3.deinde condiatur cum galię,nucis muſcatæ,gariophylli,cinnamomi,cardamomi, añ. drach.s.Quod ſi uomitus fuerit propter cholerã,nos damus ſerũ factũ cum oxymelle,mirobalanis,indis,& chebulis.Clyſtere ei fiat ex illis,niſi pręgnãs ſit.Mũdificetur ſtomachus cum hierapicra. Si autẽ uirtus ægri fortis extiterit,baſilica uena brachij incidat ſiniſtri. Quod ſi uomica ſanguinolenta fue-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 283 sur 404

©BIUM

rit, basilica dextri incidatur, & confortetur stomachus cum trochiscis camphoratis, rhodosaccharo, & similibus. Scalpellentur crura, si fortis fuerit uirtus, & curentur, secundum modū sanguinis de pectore fluentis, & cum medicina uulnerato stomacho, sicut diximus, conueniente. Cataplasma ualet calidum habentibus stomachum, incensionem, uomitū, & defectionem curat. Recipe sandali albi & rubei, ana. drach. 5. rosarum, galię, myrtę, ana. drach. 3. boli, balaustiæ, mastichis, berberis, spodij, ana. drach. 1. croci, camphorę, gariophylli, ana. drach. s. tempera cum oleo rosato, & aqua rosata. Quod si abominatio fit absq; uomitu, intelligendum est humores esse inuiscatos, in uillis stomachi. Cuius curationem oportet tripliciter intelligi. Primo, ut illa materia abominationis digeratur. Secundo, ut temperetur. Tertio, ut expellatur. Si enim materia sit liquida, cum uomitu ejiciatur, aut inferius cum cathartico, aut cum apozemate absinthij, hierapicra, pilulis aureis stomachicis, & similibus. Quod si fuerit grossa, uiscosa, & difficilis ad digerendum, damus oxymel cum aqua calida, & radicibus. Deinde dabimus hierampicrā. Galenus dicit diatrionpipereon esse ad hoc utilissimū. Cumq; certificaueris materiam esse purgatam, confortemus stomachum.

Electuarium Ioannis Damasceni, ualet contra solutionem factam de frigiditate stomachi. Rec. granorum granatorum assorum, drach. 20. sumac. drach. 10. zingiberis, ameos, mastichis, galię, ana. drach. 5. tempera cū succo coctanorum. Electuarium stomachum confortans, solutionē uentris atq; uomitum propter calorem stomachi compescit, & febrem declinat. Recipe coctanorum mundatorū, drach. 100. mala & pira 100. omnibus coctis in aqua rosata, accipe sacchari, drach. 200. & coquantur cum tantundē succi granatorum usq; ad spissitudinem, deinde omnibus cōmixtis in modum diacitonitis coquantur & condiantur de puluere spodij, sandali, berberis, ana. drach. 6. galię, mastichis, ana drach. 2. seminis portulacę, drach. 3. ligni aloēs, croci, spicę, ana. drach. 1. Micliete ualidissima cōtra solutionem ex defectione stomachi factam. Recipe chebuli nigri assi, cum oleo rosato, ana. drach. 10. cymini die ac nocte in aceto succo myrtę commixto infusi, & assi, drach, 10. seminis apij, anisi, assorum, drach. 4. xylocaracte, balaustię, hypochistidis, ana. drach. 5. seminis myrtæ, & seminis arnoglossæ assorum, ana. drach. 7. nastuttij assati, drach. 10. coriandri die ac nocte in stiptico uino infusi & assi, drach. 4. ligni aloēs, mastichis, sauinę, cyperi, galię, sumac, ana. drach. 3. gallarum non perforatarū, drach. 2. fac puluerem, dabis drach. 2. cum frigida. Cataplasma conueniens contra solutionem factam propter defectionem stomachi. Recipe aloēs, acatię, absinthij, balaustię, aā. drach. 5. mastichis, thuris, ladani, ana. drach. 2. croci, drach. 1. & s. tempera cum succo myrtę. Aliud ualet contra solutionem & uomitum. Rec. absinthij, mastichis, ana. unc. 1. aloēs, drachmas 3. tempera cum succo coctanorum.

Ius solu-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 284 sur 404

©BIUM

lus ſolutionem mire cõſtringens. Rec. milij mundati & aſſi, drach. 50. piſtentur, & in apozemate ſumac fricentur. Deinde coquantur, & cum malis coctanis, & cum modico coriandri condiantur.

De dictis ſtomacho conuenientibus. *Cap.* XXXVIII.

Cibaria ſtomacho conuenientia, ſunt ſtiptica, ſicut coctana, oliuę dulcoratæ in ſola aqua, maxime quæ ſint cum aceto condîtæ, uuę paſſę, ponticę, dactyli immaturi & acerbi. Vinum odoriferum, & ponticum, myrtilli, mala acetoſa. Hæc maxime conueniunt, quorum in ſtomacho calor & uiſcoſum phlegma habet. Põtica uero ſunt utilia ſtomachis ex frigiditate defectis. Dulcia frigido ſtomacho optima. Vnde Dioſcorides: Viride, inquit fœnugręcum cum aceto ſumptum, prodeſt defecto ſtomacho uel uulnerato. Lactucę morſuram ſtomachi mitigant. Fumus terræ cum aceto, ſtomachum confortat. Gal. Cibaria uirtute æqualia in conſeruanda ſanitate ſiue reſtituenda quod ſaporoſius, magis eſt cõueniens, & facilius digerit. Dixit iterum: Omnis cibus quiddam habens acuminis, ſi fuerit odoriferus & ſapidus, digeſtionem corroborat. Rurſus uero, cibaria ſi fuerint in omnibus, excepto ſapore, ęqualia, ſaporoſius erit habilius, & magis conueniens. Omne etiam alimentum ſiue ſit ſapidum, ſiue inſipidum, niſi accipiẽtibus delectationem inferat, non poteſt circũdari à toto ſtomacho, uel amplecti. Vnde non bene contentus, in abominationem & uomitum, commouetur. Sed tamen aliquando coadunatur in ſtomacho uiſcoſum phlegma propter quod fit lubricatiuus, unde in eo appetitiua deficit. Proinde huiuſmodi ſtomacho bonum eſt quod colet, attenuet, & incidat phlegma, & omnem ſtomachi immunditiem purificet, ſicut faciunt ſinapis radices, ſenetiones, forte uinum, nuces cum ficubus, & his ſimilia. Quod ſi cibus prius quàm digeratur ſtomachum exierit, oportet dari ſtiptica & ſicca, ſicut pira, meſpila, lentes mundatas, uinum ponticum, milium, panicum, pollines hordei aſſi. Curam etiam acetoſam, ſicut mala, mala granata, & ſimilia. Hęc enim ſi inuenerint in ſtomacho groſſum chymum, incidunt eum, & uentrẽ humectant. Sed ſi ſtomachum purũ reppererint, uentrem conſtringunt. Quibus cibaria in ſtomacho corrumpuntur, bonum eſt ut groſſa & dura ad digerendum accipiãt, ſicut panem ſimilaceum, uel azymum, carnem uaccinam, & ſimilia, quia quoſdam iuuenimus dura & groſſa digerentes cibaria, ſicut carnem bouinã, panem ſimilaceum, & ſimilia melius quàm pullos gallinaceos & piſces. Hęc etiam ſi comederint, generãt in eorum ſtomacho aut fumoſam ructationem, aut morſurã, aut utrunq;. Vnde Ariſtoteles inquit: Cauſa eorum multiplex eſt, Aut enim fit propter cholericos humores in ſtomacho coadunatos, aut fit quia calidã ſtomachi habent complexionem, aut propter eorum formam. Verbi gratia: Si uia fellis

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 285 sur 404

©BIUM

quę debuit ire ad ſtomachum uadat ad inteſtina, & inteſtinorum uia tendat ad ſtomachum: aut complexio totius corporis eorum funditus eſt calida, ſicut in febricitãtibus. Dioſcorides dicit: Ius pullorũ gallinarũ, ſimpliciter bonum eſt ad temperandos malos humores ſtomachi, & ad mitigandum calorem. Cibaria in ſtomacho ad corruptionẽ facilia ſunt hęc, mora, melones, coctana, & ſimilia. Quæ oportet & in initio refectionis mundificato ſtomacho manducare, ut uelociter exeãtur, & uiam ſequenti cibo faciant. Quæ ſi in fine manducentur, ſe & reliqua alimenta corrumpunt. Porrò ſi chymũ in ſtomacho inuenerint, corrũpentes eum prępparant ei mortiferã qualitatẽ. Sicla peſſima eſt ſtomacho, quia in ſua nitroſitate pungit eum. Seſamũ propter ſuam uiſcoſitatem malum eſt ſtomacho, & dure digeritur, abominationem generat, & malum facit odorem. Iura cito digerũtur, ſed parũ morantia corrũpuntur, & in malum chymũ conuertuntur. Semen lini peſſimũ eſt ſtomacho, quia difficile eſt ad digerendũ, & inflatiuũ. Cucumeres, citroli, perſica, ſunt cõuertibilia. Pineę durę ſunt digeſtionis. Senetiones ſtomacho nocent, frondes tamen eorũ peiores ſemine. Similiter frondes ſinapis. Nuces ſi inuenerint ſtomachum temperatũ, aut frigidũ, uelociter digeruntur, & nutriunt. Quod ſi fuerit calidus, cito in fumoſitatẽ cõuertuntur, & cholerãgenerãt. Auellanę ſtomacho moleſtę. Iuiubę durę ſunt digeſtiõis & malę ſtomacho. Pruna dulcia ſtomacho ſunt nociua. Rapę niſi perfecte coquantur, indigeſtibiles ſunt, & uentoſitatem generant. Radices uentoſitatem, & inflationẽ faciunt, & natãt, & digeſtioni inobediunt. Caules eſtiui ſtomacho incõgrui. Radices etiam omniũ herbarũ uniuerſaliter ſtomacho nocent, & digeſtioni non obediunt. Lac in corruptionẽ cito conuertitur in calido ſtomacho. Mel multum comeſtum puncturam in ſtomacho & ab abominationem facit. Caſeus groſſus eſt digeſtioni inobediens. Butyrũ ſtomachũ mollificat, & humefacit. Cerebella omnino ſtomacho inimica, ablationem appetitus facientia. Similiter & medullę. Oculi penitus auferendi. Vinum uetus & groſſum ſtomacho peſſimum. Cito enim in acetoſitatem conuertibile. Piſces cito corruptioni obedientes. Similiter & melones, lupini, cepę, & xylocaracta, omnia indigeſtibilia.

De electuarijs ſirupis, & emplaſtris ſtomacho conuenientibus. Cap. XXXIX.

LEctuariũ ualens contra calorem in ſtomacho & fumoſam ructationem & ardorem ſtomachi: Rec. roſarum, ſacchari, ana. drach. 15. ſpodij, ſandali citrini, ſeminis portulacę, añ. drach. 6. maſtichis, ſucci liquiritię, dragagãti, herberis, ana. drach. 4. cubebarum, cardamomi ligni aloẽs, ſeminis cucumeris, cucurbitæ, omnium mundatorum, drach. 5. croci, gariophylli, cinnamomi, ana. drach. 1. fac puluerem, tẽpera cum ſirupo roſato, da potui cum ſirupo albo. Aliud utiliſſimum

©BIUM

mum cõtra calorẽ ſtomachi & dolorem ex calore refrigerat & mitigat, ſtomachũq; cõfortat. Rec. ſucci maligranati dulcis & acetoſi añ. lib. 2. coquantur ad ſpiſſitudinẽ, deinde accipe roſarũ, ſpodij, ſeminis portulacę, ſandali albi, añ. drach. 10. maſtichis, dragagãti, liquiritię, ana. drach. 5. gallię, cacabrę, berberis, añ. drach. 3. cãphorę, cubebę, cardamomi, croci, ſpicę, ligni aloẽs, añ. drach. 1. ſacchari, unc. 3. fac puluerẽ, & tẽpera cum illa coctione, cũ aqua frigida propinetur. Triphera magna ſtomachi calorẽ habenti, defectionem, punctionẽ & incendiũ mitigat. Rec. mirobalani citrini, drach. 10. chebuli, belliricorũ, emblicorũ, ana. drach. 5. omnia in puluerẽ redacta cũ oleo roſato, tẽperabis, deinde accipe roſarũ, ſpodij, ana. drach. 4. ſandali rubei, albi, ſeminis myrtę, ſem. portulacę, gallarũ, liquiritię, añ. drach. 2. croci, maſtichis, ambrę, cãphorę, ſpicę, añ. drach. 1. fac puluerẽ, quẽ miſce cũ priori cõfectione, deinde omnia cũ ſucco roſato tẽpera, & in modũ auellanæ cũ ſiropo roſato dabis. Trochiſci Ioan. Damaſc. cõtra calorẽ ſtomachi. R. ſpodij, ſandali albi, boli armeni, ana. drach. 5. roſarũ, drach. 5 berberis, drach. 6. croci, camph. caſię, carui, gallię, gallę, añ. drach. 1. & s. ſeminis portulacæ, cucumeris, cucurbitę, radicũ pſyllij, mannę, ana. drach 3. ligni aloës, drach. 1. fac puluerem, tẽperabis cũ aqua roſata, & trochiſci informẽtur pondere unius exagij quorum unus cum aqua frigida tribuatur. Trochiſci cãphorę, contra calorẽ ſtomachi & epatis incẽſionem, dolorem qui fit propter caliditatẽ mitigant, & ſitim extinguunt. Rec. ſpodij, roſarum, ana. drach. 6, ſacchari, mannę, ana. drach. 4. ſucci liquiritię, dragaganti, ſeminis portulacę, ſandali citrini, gummi, ana. drach. 2. camphorę, amyli, ſeminis cucurbitę, citrulorũ maſtichis, croci, cardamomi, ana. drach. 1. omnia puluerizata temperentur cũ muſcilagine pſyllij in aqua roſata madefacti, deinde trochiſcos informabis, & dabis in modo priori cum ſirupo roſato. Vtile eſt etiam calidũ ſtomachũ habẽtibus, ſæpe utantur ſirupis factis cum aqua frigida, ſicut ſirupo uuarũ agreſtiũ. Sirupus ualens ad purgãdam choleram rubeam de ſtomacho, & refrigerat epar atq; uiſcera, uentrem humectat, calorẽ ſtomachi qui eſt propter cholerã rubeã refrigerat. Rec. mirobalani citrini, abſinthij, ana. drach. 12. cuſcutę, fumi terrę, uiolarũ, roſarum, añ. drach. 8. oxyfœnitiorũ, drach. 30. pruna, iuiubæ, ana. drach. 40. maſtichis, ſpodij, ſandali, aniſi, ana. drach. 3. endiuiæ, quantum in manu ſtringitur: omnia ponantur in 10. libris aquæ calidiſſimę per diem & noctẽ, deinde coctis ad tertiã & colatis, accipe mannę, caſſiæ fiſtulæ mundatę, ana. drach. 10. & in ſuperiori aqua manibus confricentur & colentur, poſtea ſume libras 2. utriuſq; maligranati, ſacchari 3. & fac ſirupum & dabis potui, unc. 3. cum frigida. Si autem laxatiuum facere uolueris, da cum aqua tepida illum ſirupũ cum ſcammonea, dragaganti, unc. 1. & modico olei uiolarum. Sirupus Ioan. Damaſceni, ualens ad extinguendam choleram ſtomachi, calorẽ refrigerat, appetitum cõfortat.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 287 sur 404

©BIUM

Rec. aceti pomorum citrinorum lib. 3. prunorum damaſ. iuiubę, uiolarum, ana. drach. 30. mannæ, drach. 20. ſpodij, drach. 10. ſandali citrini & albi, añ. drach. 3. mirobal. citrinorum, drach. 10. omnia in 5. lib. aquæ coquantur ad ſpiſſitudinẽ, deinde colentur appone ſacchari in eodem pondere quo aqua. Cumq; coquere inceperit, pone ſcrup. tot, ſcilicet diagridij in coctanis aſſati, quot libræ fuerint aquę, & dabis unc. 2. uel 3. ſecũdum uirtutẽ accipiẽtis.

Trochiſci ualẽtes cõtra calorem ſtomachi. Rec. roſarũ, uiolæ, ſacchari, ana. drach. 4. ſpodij, ſandali citrini, ſeminis portulacę, ſucci liquiritię, abſinthij, ana. drach. 2. ſucci fumi terræ, dragaganti, maſtichis, ſcamonij, ſeminis cucumeris, cucurbitæ, ana. drach. 1. ligni aloës, croci, cãphorę, aniſi, añ. drach. 1. omnia puluerizata cum ſucco lupini temperẽtur, & trochiſcos informabis. Sed ſemper oportet ut ſe aſſuefaciant ad uomitum cum rebus ſtomachum mundificantibus, quas ſumus dicturi, & ungatur ſtomachus cum oleo roſato uel uiolato. Epithima ualens ad punctionem caloris ſtomachi, & incenſionem quæ fit propter cholerã rubeã. Recipe roſarum, ſandali albi & rubei, ana. drach. 3. ſpodij, gallię, maſtichis, ana. drach. 1. & s. omnia trita coquantur in una libra ſucci ſolatri uſq; ad medietatẽ, quo colato mitte olei roſati, unc. 4. deinde iterũ coquatur quo uſq; remanſerit ſolum oleũ, ungatur tandem ſtomachus ex eo. Aliud: Recipe ſucci ſolatri, ſucci uuæ agreſtis, ſucci myrtę, ana. drach. 1. olei roſati & uiolati, ana. drach. 2. ſandali albi & citrini, galię, ana. exagium unum, omnia coquantur quouſq; ſolum oleum remaneat. Cataplaſma ualens contra calorem ſtomachi & epatis, uſtionem cholerę rubeæ refrigerat, & eſt febricitãtibus utile: Recipe ſandali albi & rubei, pollinis hordei, ana. drach. 4. roſarũ, uiolę, ana. drach. 2. memithę, apij, gallæ, boli armeni, camphorę, ana. drach. 1. fac puluerem tempera cum muſcilagine pſyllij, aut ſucco ſolatri, aut cucurbitæ. Electuarium Galeni ualens contra frigiditatem ſtomachi & renum, groſſam diſſoluit uẽtoſitatem, digeſtionem confortat, groſſum phlegma attenuat quod in ſtomacho moratur, memoriã corroborat, caniciem retardat, tuſſim ex plegmate factam curat: Recipe piperis albi nigri & longi, zingiberis, galangæ, cinnamomi, caſſię, cyperi, gariophylli, croci, aniſi, añ. unc. 1. maſtichis, penidiarũ, añ. unc. 2. ſpicę, cardamomi minoris, aſſari, carpobalſami, ſeminis myrtæ, coſti dulcis, ana unc. s. calami aromatici, ligni aloës, nucis muſcatę, macis, ana. unc. 4. fac puluerẽ, mellis qnantũ ſufficit, dabis ante cibum & poſt cibũ in modũ auellanæ. Electuariũ ſtomachũ cõfortans & calefaciens, inflationem, torſionem & ue ntoſitatem diſſoluens, digeſtionem confortans, mentem acuit, colorẽ præſtat, uiſum clarificat, rugitũ in ſtomacho mitigat, renes calefacit libidinẽ excitat, & cõfortat, acidos ructus curat. Re. cinnamomi, galãgę, zingib. gariophylli, liquiritiæ, caſſiæ, marathri, aniſi, añ. drach. 6. piperis albi & longi, aſſari, carpobalſami, xylobal, carui, cymini, gariophylli, ana. drach. 3.

roſarum,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 288 sur 404

©BIUM

roſarũ,drach.3.& s.ameos,apij ſeminis,cardamomi minoris,cubebæ,nucis muſcatę,ligni aloës,calami aromatici,coſti,amomi,calamenthi,origani,ſquinãti,pirethri,folij,eringij radicis,añ. unc.s.ſacchari,penidiarũ,añ. drach.15.fac puluerem,tempera cum melle, dabis in modum auellanę ante cibum cum tepida & uino. Diatrionpipereon ad diſſoluendum groſſam uentoſitatem de ſtomacho, calefacit & deſiccat phlegma & omnes frigidas paſſiones in uiſceribus exiſtentes curat.Recipe piperis nigri albi & longi,cynamomi,zingiberis,marathri,aniſi,maſtichis,aſſari, ana.unc.1. xylobalſami,carpobalſami,caſſiæ,ſpicæ,amomi,añ.unc.s.cardamomi,apij, ameos, croci,gariophylli,coſti,macis,ana drach.5.& ſcrup.1. fac puluerem, mellis quantum ſufficit. Electuarium Ioan. Damaſceni,contra frigiditatem ſtomachi, uiſcoſum plegma incidit,faſtidiũ, acetoſam ructationem, ſpaſmum ſtomachi, & caninum appetitum confortat, os odoriferum reddit, & fœtorem amputat. Recipe cinnamomi,piperis nigri & longi, gariophylli, ligni aloës,caſſię,croci,ſpicæ,aſſari,ſquinanti,cinnamomi,gariophylli,galangę, calami aromatici,,carpobalſami,ameos,zingiberis,ana.unc.4. maſtichis, ariſtolochię longę,macis,polij,liquiritiæ,amomi,añ.unc.4.& s.omnia puluerizata temperentur cum melle quãtum ſufficit. Electuariũ diacoſis maius cõueniens frigido ſtomacho,inflationem,faſtidium,uomitum,egeſtionem,ſtomachi mollitiem tollit, hæmorrhoidas curat, & coitum confortat. Recipe maſtichis,zingiberis, piperis nigri & longi, ſpicæ,aniſi,carpobalſami,xylobalſami,cinnamomi,ana.drach.10.gariophylli,galiæ, caſſiæ,coſti, amari & dulcis galangę, ana. drach.5. ligni aloës, croci,cardamomi,cubebæ,nucis muſcatæ,calami aromatici,ſquinãti, meliloti,añ.drach.3. ameos, rheumbarbari,ariſtolochiæ rotundę,macis, apij,dauci,baſilici, gariophylli,& ſaracenici, ana.drach.4.mirobalani, ſcrup.20. ſeminis myrtæ, ſcrup. 100. fac puluerem, mellis quantum ſufficit,da penſum drach.2.cum calida. Triphera Galeni ualet ad idem. Sirupus ualens cõtra frigiditatem ſtomachi & mollitiem propter phlegmata,appetitum debilem confortat, & frigidam paſſionem in omnibus membris curat. Recipe uini odoriferi & uetuſtiſſimi,lib.10. mellis lib.5. coquantur optime, deinde maſtichis, croci, gariophyllorum,ana drach.1.puluerizata & in panno ligata deponãtur in illa decoctione in initio,quibus extractis ſine decoqui ſirupum quouſq; ad perfectionem ducatur, & dabis potui. Oxymel ualens ad corruptum ſtomachum propter phlegmata,defectionem appetitiuę cõfortat.Recipe radicis marathri,apij,ana.unc.2.ſpicæ, aſſari,caſſiæ,amomi,zingiberis,calamenthi,ana.unc.s. mentæ, hyſſopi,maſtichis, gariophyllorum, cymini, dauci, folij,ana.drach.5.omnia coquantur in decem libris aceti ad medietatẽ: deinde tantũdem mellis in eo miſce,uſq; ad perfectionem coquatur, tandem condiatur cum ſcrup.1. muſci. Epithima ualens ad ſtomachum diſtempera-

tum in

©BIUM

tum in frigiditate: Rec. olei ueteris lib. 1. rutæ, unc. 1. caſtorei, unc s. omnia trita in oleo coquantur, & colata cataplaſmentur. Apozema contra frigida apoſtemata ſtomachi: Rec. mellis, radicū apij, marathri, aniſi, maſtichis, ſpicæ, ſanſuci, baſilici, cymini, apij, cardamomi, ana. drach. 1. & s. paſſarum enucleatarum, drach. 10. ſquinanti, radicū maluæ, liquiritiæ, ana. drach. 5. rheūbarbari, drach. 1. omnia in tribus lib. aquæ ad tertiā coquantur, colatis, da unc. 1. cū amygdaleo. Trochiſci cōtra fluxū uentris. Rec. boli armeni, ſpodij, añ. drach. 4. dragagāti, gūmi, roſę, añ. drach. 2. ſeminis maluę, corali uſti, ſucci arnogloſſę, ſeminis cucumeris, & porri capitati, glādiū, ſeminis herbę acetoſę, ſucci liquiritię, lentiū mundatarū & aſſatarū, acatię, gallę, añ. drach. 1. omnia in puluerē redacta cum aqua roſata tēperabis. Antidotū ad omnia quæ lędunt ſtomachū: Rec. gentianę, unc. 5. ireos, unc. 2. zingiberis, drach. 6. piperis, drach. 2. mellis quantū ſufficit. Pro dolore accipiant dimam in balneo, & poſt dormiant, ſuccū fœniculi, & radices decoctas in uino ſæpius bibāt Ad uentoſitatē ſtomachi coque in uino puluerē cymini, aniſi, coſti, parum zedoariæ, zingiberis. Fit debilitas poſt mictū in ſtomacho ex defectione ueſicę, quæ neruoſa eſt, frigida & humida nō ſufferēs euacuationem urinę, qua ſuſtentatur dum repletur, & debilitatur cum euacuatur ex inanitione & cōcatenatione cui cōdebilitatur ſtomachus. Debilitatur etiam ſtomachus poſt ſolutionē uel ſeceſſum, quia ſtomachus ſuſtētatiuis carens humoribus, & cibariorū emittēs ſuſtentationē, incurrit debilitatem. Debilitatur etiam ſtomachus poſt ciborum repletionem, quia calore proprio purā non habet digeſtionem, curabis ſic: Accipiat calidas & ſaporiferas herbas & electuaria. Debilitas etiam mane fit in ſtomacho, propter abundantiā crudi humoris uel phlegmatis uiſcoſi, uel eius penuria, unde naturalis uirtus non habens quod conſumat, conſumit humores & inde fit febris in uenis, curabis ſic: Accipiat electuaria cōfortatiua non refrigeratiua, hierapicra, & modico uino & bono utatur. Somnus poteſt lædere ſi corpus ſit plectoricum, & uirtus debilis, & in initio quidem acutæ ęgritudinis malum eſt, non tamen mortale. In augmento uero & ſtatu ſignum mortiferum eſt, maxime in declinatione, præſertim ſi cætera peſtifera ſint. Somnus ultra modum plenitudinem ſignificat humorum, & uirtutis debilitatem, & auget ipſam materiæ plenitudinem, non permittens fieri diaphoreſim, quæ in uigilando fit. Vigiliæ uero ſiccitatem ſignificant ex diaphoreſi.

Libri de ſtomacho finis.

Conſtantini

©BIUM

CONSTANTINI
AFRICANI MEDICI, DE VICTVS ratione uariorum morborum liber.

Quæ ſit ſalutaris dieta quotidiana febre laborantium.

Dieta quotidiana, panis tẽperatus, olera, fœniculum, aſparagi, porrus, eruca, ruta, apium, petroſelinum, anethum, aniſũ, carnes pulli, phaſiani, turdi, turtures, ſtarni, omnes condîti cum pipere & cymino, hœdus, pedes porcorum, & aures bene coctę & condîtę cum aceto & melle & pulegio & origano. Piſces aſpratiles cum cymino & pipere, poma, mala citonia. Poſt cibum, uuę, granata, perſica. Vinũ ſubtiliſſimũ potent ante acceſſionem, & ipſum modicum, & ſubrubeum, ſiue album, & calidum & temperatum. Generaliter in acceſſione nihil dari eis iubeo. Poſt acceſſionẽ, dietentur modo ſupradicto. Et ſi ætas fuerit, facies eis apozema de apio, petroſelino, marathro, anetho, & aniſo, & dabis bibere, & in paucis diebus liberabis ęgrotum.

Dieta tertianariorum.

Dieta tertiana, uſq; in octauum diem nihil ei facies. Poſt octauũ diem, dabis ei apozema exabſinthio, & anetho, per dies plurimos. Et ſi ſitis nimia fuerit, dabis ei bibere apozema exapio, & anetho, cum ſaccharo & caſſiafiſtula. Cibos dabis, panem temperatum. De oleribus, maluas, portulacas, lactucas, atriplices, ſcariolã, & cucurbitã. De uolatilibus, carnes, pullorum alas, teſticulos gallorũ, & oua ſorbilia. De quadrupedibus, pedes porcorum lactentium, cerebella, & armos. De fructibus, poma, mala granata, dulcia, perſica, ceraſa, pruna duracina. De piſcibus aſpratiles elixos. Nullũ acrumen detur anteq̃ febris abſoluatur. Vinum non debet dari, niſi ętas aut ratio temporis, ſiue materia morbi, permiſerint. Succum ptiſanæ bibant.

Dieta quartanariorum.

Dieta quartana, Bonus panis detur, olera, rapæ, napi, porri, marathrũ, paſtinaca, cicer, & ſpelta, cũ pipere & ſinapi & eruca, cõdîta, & omnia calida. Carnes, pecorina, agni annales, porcina, gallinæ, perdices, phaſiani, cum pipere. De fructibus, poma, mala dulcia, uuæ, dactyli, ſed raro. Abſtineant à carne porcina ueteri, ſiue iuuene nimis: Medię ętatis, bona eſt. Item bouina, caprina, arietina, uel alijs carnibus his ſimilibus, quę grauãt digeſtionẽ, & ab omnibus frixis abſtineãt. Obſeruãdi ſunt ab iracũdia, uel cõmotione, uel à cibis quę melancholiã nutriãt, & frigidis & humidis. Nephas enim eſt augere malo malum. Vino utantur ſubtili, & albo, ſiue aureo, & mediocriter

©BIUM

criter calido. Caueāt diligenter, ne frigus ſentiant, & conſtrictorijs cibis, angustiam faciendo in peius excitent cauſam. De uolatilibus utendum eſt illis maxime, quę non aquoſis, uel paludeſtribus gaudēt locis. De piſcibus aſpratiles cum pipere & aniſo qui facile digerantur, & nihil habeant fluidum, ſed qui ſiccioris & tenuioris carnis ſunt. Vtantur & ſalſamentis, pipere, ſinapi, eruca, & alijs calidis & digeſtibilibus rebus. Dabis interiectis diebus antidotum, diatritonpipereon, & diaſpoliten, aut certe piper tritū cū calida aqua: Sed hoc quotidie detur, iuuat & deambulatio & fricatio blāda manuū. A lauacro abſtinendi ſunt omnino, & ſi quid aliud tale. Sola deambulatio & perfricatio fortiter iuuat, & ſi uehemens non eſt ipſa quartana, etiam ſi exercitatione conſueta utatur, utile eſt. Hæc talia utiq; cōueniunt in principio cauſę, & uſq; quo ad ſtatū perueniat cauſa. Cum uero in ſtatum uenerit cauſa, tunc ab his omnibus abſtinere debent, & uti ſubtili & tenui dieta. Quietem adhibe & ocioſitatem prolixam, & ſtomachum cura cataplaſmate. Deinde uteris diureticis quæ urinam moueant, & cum uideris manifeſtā fieri digeſtionem cauſæ, tunc dabis purgatorium qui melancholicum purget humorē, non ſemel, ſed quotiens putaueris conuenire, & poſt cibum, uomitum prouocabis, ſi nihil fuerit quod prohibeat. Elleborū album radicibus fixū, & abſtractum, exinde alia die dabis ipſas radices comedēdas, & dum comederit, uomitum prouocabis, etiam & ipſum elleborum ſi hoc non profuerit, ut noſti dabis, & quos abundare humoribus uideris, hos uehementer purgabis. Et refecti interiectis paucis diebus theriacam accipiant, & alia quæ ad has febres laudantur beneficia, ex quibus probatiſſimum eſt id, quod opium quirinatium recipit. Qui uero in initio cauſæ aliquid tale his dat, aut ex una quartana duas facit, & ex duabus tres, aut ex leui fortiorem, & in ſummum periculum hominem perducit. Similiter in omnibus febribus typicis obſeruabis, ne quid tale mox in initio des, priuſquam ſtatum uideas cauſæ, tunc datum proderit, ante uero, lædit. Nam ſcio quendam medicum hoc ignorantem dediſſe homini tres quartanas habenti antequam ſtatū faceret, cauſa, uel ſigna digeſtionis oſtenderet, medicamen quod dicitur diacidnees, & ab ea hora in peius uerſum in tantum ut mutaretur in ſynochum, nec ei potuerit poſtea ſuccuri.

Dieta lethargicorum.

LEthargia eſt apoſtema in poſteriori parte cerebri ex phlegmatico humore cū acuta febre. Dieta: Mica panis in hydromelle infuſa, aut aqua calida, ubi coctum eſt cyminum, amygdalata cum modico melle, farina tritici iterū cum melle. Et ſi debilis fuerit, oua ſorbilia, & piſcis coctus cum cymino in aqua. Succum ptiſanę potent, in quo lota ſit apij radix, & cum uenerit ad melius, uinum dare album aquatum antea modice, prodeſt.

Dieta

©BIUM

Dieta angina laborantium.

ANgina eſt apoſtema in lacertis gutturis natum. Dieta, Farina aut ſimila tenuiſſima cum melle cocta. Danda ſunt cerebella minorum auiū, Dentur uitella ouorum molliſſima, aut mulſum cum dragagãto in aqua coctum detur. Vinum granatę bibant, aut aquoſam mulſam, aut poſt tertium diem, ſuccum ptiſanę, tamen neq; multum potent, nec comedãt. Sub nimio autem cibo, uel potum, mox ſuffocantur.

Dieta tußientium.

TVſſis eſt motus animalis & naturalis uirtutis, ad ſuperfluitatẽ de inſtrumẽtis ſpiritus proiiciendã. Quæ aliquãdo fit à groſſo humore, aliquando à ſubtili. Si ex groſſo humore, panis ſupradictus detur. Porri, cepę coctę bene cum oleo & cymino, marathrũ, eruca, ſinapis. Carnes, phaſiani, perdices cum aniſo & pipere. Ficus ſiccæ, amygdalæ amarę. Succus ptiſanę detur in quo hyſſopũ ſit coctum, aut uinum lene, in quo coctum ſit calamenthũ. Si autem ex ſubtili, panis ſimilaceus, portulaca, blitum, malua, ſpinachia, carnes, hœdi, agni annuales, aues paruę, ſuccus ptiſanę, uel uinum ſubtile, cum aqua calida, ſpelta, amylum, amygdalæ dulces, cum farina tritici, oua ſorbilia cum amylo.

Dieta hæmoptycorum.

HAemoptyci ſunt qui ſanguinem per os proiiciunt. Dieta omnis ſtiptica mediocriter, qualis eſt alica, uel ptiſana, uel ſorbitio de amylo, & modico melle, cocto, & mica panis. Olera danda ſunt, malua bene lauata ſine ſale, & lactuca, in puſca cocta, aut intiba, portulaca, caro, perdices, ſtarni, phaſiani, gallinę, uẽtres anſeris, & alę, inteſtina porcorum cum aceto cocta. Poma, mala citonia, pira, ſorba, meſpila. Vinum album multum & ſubtile, & aquatum cum aqua pluuiali.

Dieta empyicorum.

Ἔμπυικὸς eſt ille qui ſpuit putredinem. Dieta, Panis temperatus, lac caprinum quotidie bibant. Olera, porros, paſtinacas, aſparagos, lapatiũ comedẽt. Et poſt acceptum cibum, accipiant mala coctana in careno cocta, & granata cum modico croco, & pira cocta. Orobum coctum ſicut cicer dandum eſt. Carnes, hœdus, perdix, turtures, colũbæ. Viñũ albũ & non multũ.

Dieta peripneumonicorum.

PEripneumonia eſt apoſtema in pulmone. Dieta, Oua ſorbilia, amylum coctũ, & amygdalata cum pauco melle, ſuccus ptiſanæ cum pauco melle deſpumato. Vel mulſam ubi ruta, aut amygdala amara, aut hyſſopũ, ſeu poligonium, decocta ſunt, quotidie ieiunus bibat.

Dieta pleureticorum.

PLeureſis eſt apoſtema natum in diaphragmate. Dieta, Succus ptiſanę, maxime coctus. Si autem difficulter ſpuunt, amygdalas purgatas & tri-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 293 sur 404

©BIUM

tas admiſces ptiſanę, ut ſimul coquãtur, & ſuccũ de amygdalis dabis, cui modicum admiſce mel. Eſt autem melius ſi mane ſuccum ptiſanæ accipiant, ad ueſperum, ſuccum de amygdalis: Amylum coctum cum melle & aqua, & amygdalatam, maluas in iure, aut intibas, mala dulcia, piſces aſpratiles in aqua coctos, micã panis. Et ſi debilis fuerit, aues paruas dabis.

Dieta in buliſmo.

BVliſmus eſt irrationalis appetitus. Dieta: Panis temperatus infuſus in dulci uino rubeo, uel in condîto. Caro porcina aſſa, ceruina, aprina, leporina. Oua aſſa & dura, mala coctana, pira, meſpila, cum cymino accipiantur ante cibum. Marathrum coctum cum ſupradicta carne. Frumentum coctum, uel ſpelta, uinum ſupradictum, uel condîtum.

Ad uomitum.

DIeta ad uomitum, Panis temperatus uel bis coctus, & ſimila cocta, uel oryza cũ aqua roſata, uel ſucco mali granati acetoſi, & maxime ſi calor adfuerit, uel ſucco coctani, uel coctana cocta, & ſpelta ſimiliter. Perdix, ſtarni, phaſiani, gallinæ coctæ cum aceto. Pira, coctana, ſorba, meſpila data poſt cibum, uinum album & lene.

Dieta dyſentericorum.

DYſenteria eſt fluxus uentris cum excoriatione inteſtinorum. Dieta, Panis temperatus, uel ſub cinere coctus. Pultes dentur de farre, milio, panico, uel alexandrino pane. Pro condimento, pone ſeuum caprinum, uel bouinum. Addes lac deſpumatum caprinum, & coctum, & quatuor fruſta coctani, uel ſorba ſicca, uel dactyli, uel pira, & ſic pultes coquantur. Ante cibum, aliquando coctana, uel pira, uel ſorba, & meſpila ſumant. Lac caprinum aliquantulum coctum, & cum amylo mixtũ, ſumant. Item lenticulam excoriatam coctam cum rore marino, & adipe ſuperiori condîtam in aceto. Olera, plantagines, intibas, blita nigra cocta & expreſſa, cum aceto condîta, caules bis coctos. Carnes, turdi, perdices, turtures, merulæ, ſtarna, columbę dentur. Interdũ parum aprina, capreoli caro, porcini lumbi, oua gallinacea. Piſces durę carnis, interdũ cocti in aceto. Vinũ ſtipticum bibatur.

Dieta colicorum.

COlica eſt paſſio groſſioris inteſtini cum dolore & difficultate egerendi. Dieta, Panis de ſiligine bene coctus, & apozema ubi coctę ſunt apij radices, aut anethum, aut cyminum, aut aniſum cum uino modico & tenui. Olera, apiũ, porrus coctus, & maxime capita ipſorum, aſparagi cum oleo cocti, & allium. Volatilia ſi debilis fuerit, columbæ, perdices, gallinæ. Piſces aſpratiles condîti ex omnibus ſupradictis. Succus ptiſanæ ubi coquitur apij radix, aut coma porri, aut pulegium. Vinum lene bibant. Si ex cholera colica fiat, talis eſt dieta, Succus ptiſanæ nullam habens commixtionem, niſi parum ſalis, dabis ouorum uitella frigida, olera, lactucas coctas & crudas, maxime

©BIUM

xime ſi inſomnietatē patiantur, ſcariolę, portulacę, cucurbitę, melones, cum aceto. Carnes, aues paruę, pedes porcorum & aures.

Dieta epaticorum.

Dieta frigidę diſtemperantię epatis, Panis diſtemperatus, caro gallinæ cum pipere, phaſiani, perdices aſſatę, aues paruę, iuuenes porci, ſuccus ptiſanę cū melle, & aniſo coctus, & modice. Olera, porri, aſparagi, ſinapis. Piſces aſpratiles cum cymino & pipere. Vinum ſubcitrinum.

Dieta calidę diſtēperantię epatis, Panis ſuperior, ſuccus ptiſanę ſimplex. Olera, lactuca, intiba, endiuię, atriplices, cucurbitæ, portulacę, piſces aſpratiles. Caro, aues paruę, ſtarnę, pulli phaſiani, hœdus. Spelta, auena, uuę duracinę, pruna duracina, uinum album & lene.

Dieta calidę diſtēperantiæ ſplenis. Panis cum decoctione apĳ confectus. Cichorea, lactuca, ſcariola, ſpinachia, malua, cucurbita. Si autem in epate ſimiliter fuerit diſtemperatio, cum ſupradictis herbis apĳ radix coquitur. Alicadetur ſi debilis fuerit. Caro gallinę, phaſiani, perdices, in aqua coctæ, turdi, aues paruæ. De anſeribus uentres, pedes porcorum & aures intinctę, inteſtina cocta, hœdus. Piſces aſpratiles, marini. Poma, mala dulcia, pruna duracina, granata, uuę duracinę. Vinum ſubtile, album & lene.

Dieta ſpleneticorum.

Dieta frigidę diſtemperantię ſplenis, Panis ſupradictus. Starnæ, perdices aſſatę, uel coctę in iure cum cymino & pipere, caro iuuenis porci aſſa, arietina, agnus annualis aſſus. Olera, borrago, marathrum, intiba, aſparagi, rapę cum cymino. Piſces aſpratiles, cum aniſo & pipere. Spelta, panicum, cicer rubeum, cum iure. Fructus, auellanæ aſſę, caſtaneæ aſſę, ficus ficæ uuę, mala dulcia aſſa cum pipere. Vinum ſubcitrinū, interdū pigmentū.

Dieta hydropicorum.

HYdrops eſt extenſio, atq; uentris inflatio, ex aquoſo humore cum uentoſitate effecta. Dieta, Panis fermentatus in clybano coctus, habens in ſe grana aniſi uel cymini. Olera, apium, marathrum, petroſelinum, daucū, aſparagum, erucam. Pulli, & aues magni agreſtes, uti merula, turdus, turtures, colūbæ, & aues minutę, pręter illas quę ſunt ſaginatę. Piſces aſpratiles, in iuſello, cum aniſo condîti, & pipere modico. Caro, ceruina, aprina, leporina, eſt prohibenda, & maxime ſi fuerit debilis. Decoctio autem eorum ſit cum aliquibus extenuatiuis. Cicer rubeū cum iure dandum, ſed omne aliud legumen prohibendum. Vinum rubeum & odoriferū, & maxime uetus.

Dieta podagricorum.

Dieta podagricorū, Intiba, lactuca, malua, chryſolocanna, ſcariola. Gallinę, phaſiani, perdices, turdi, hædus, iuuenis, porcus. Piſces aſpratiles habentes duas carnes, cum cymino pauco. Poma coctana, pira, granata, caſtaneę, uinum album & paucum.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 295 sur 404

©BIUM

Dieta calculos habentium.

Dieta habentis lapidem, Panis confectus cum aqua, in qua cocta est radix apij. Olera, asparagi, brusci, fœniculum, cichorea, apium, petroselinum. Caro, gallinæ, perdices, starnæ, phasiani, pedes porcorum & aures, & intestina. Pisces squamosi cocti cum aniso. Ius ciceris rubei, uinũ album, & subtile, in quo decocta est radix apij.

Dieta asmaticorum.

Dieta asmaticorũ, Panis temperatus. Olera, porrus, eruca, cepę cocte, rapę cũ cymino, caro arietina, pisces similiter aspratiles, cũ pipere & aniso. Spelta, hordeum coctũ, amylum. Fructus, ficus siccę, uuæ passæ. Vinum subrubeum, in quo coctum sit hyssopum, uel calamenthum.

Libri de uictu in uarijs morbis finis.

CONSTANTINI AFRICANI MEDICI, DE MElancholia libri duo.

MELANCHOLIA alijs corporis morbis animum magis cõturbat. Huius species una quæ uocatur hypochondriaca, est autem in ore stomachi. Species autem altera in cerebri est essentia. Accidẽtia quæ inde fiũt animæ, timor & tristitia uidentur esse. Quæ utraque fiunt pessima, & animam cõfundentia. Tristitię enim diffinitio est, rei multum amatæ amissio. Timoris uero rei sibi nociturę suspicio. Huius autem passionis qualitas, & quomodo corporis sit disturbatiua proposse nostro est dicendum. Sed quatuor à philosophis in principio non sunt prætermittenda obiecta, primum, an sit. Ex cuius responsione intelligitur an sit res, nec ne. Secũdum quid sit. Vnde diffinitio dicitur substantialis. Tertium quale sit, & ex qua re, qualitates eius ostendũt. Quartũ quare sit. Quæ quæstio causam suæ essentiæ intimandam sibi quærit. Melancholica autem passio an sit, superuacaneum est quæri, cum ex infirmitate sui presentiam ostendat liquido, ex tristitia, uel timore, siue sudore ei dominante. Est igitur supersedẽdum ab hac quæstione & laborandum de quid sit, hoc est, diffinitione. Est ergo melancholia cuiuslibet rei malæ ut superueniat credulitas. Ex timore enim & angustia, suspicantur uenire non uentura. Alij aliter diffiniunt, melancholiam, dicentes esse suspitionem animę dominãtem, ex qua timor & angustia generentur. Qualis iste morbus sit diffinitio per partes exposita, declarabit. Fumus enim choleræ nigræ cum ad cerebrum saliat, &

ad locum,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 296 sur 404

©BIUM

ad locum mentis ueniat, lumen eius obſcurat, turbat, & peſſundat, prohibens ne quod comprehendere ſolebat, ſed quod oportet cõprehendat. Vnde hæc ſuſpicio generatur peſſima, ut imaginetur nõ imaginanda, & cor timere faciat, terribilia. Quibus paſſionibus corpus totum afficitur, cum corpus ex neceſſitate animã ſequatur. Patitur ergo uigilias, malitiam, macilentiam, corruptiones uirtutum naturalium, non ſecundũ quod in ſanitate ſolebant currẽtium. Cauſa huius morbi & principium originis ſuę eſt multiformis. Vel enim eſt de incipiente mala corporis complexione, id eſt, ſpermatis corruptione, uel ex corruptis matricis menſtruis, quę nutritiua ſunt ſpermatis, uel de uuluæ corruptionibus, ubi fœtus concreatur. His enim omnibus ſi mala complexio, calida, & ſicca, uel frigida, & ſicca dominentur, corporis ſubſtãtia corrumpitur, & ut hanc paſſionem incidat, apparatur, uel in toto corpore, uel in ſolo cerebro, cum ſubſtantiã deſiccat mala illa complexio, uirtutes ordinatiuas, id eſt, imaginationem, memoriam, rationem, reddens turbidas, & infirmas, propter ſui nutrimenta, quæ à cerebro recipiunt ſubſtantiam, cibum ſcilicet nigrum, nec bonum, neq; mundificatiuum. Hęc omnia à complexione prima, corrupta ſunt naſcentia. Quę autem propter complexionem corpus, & anima patiuntur. Poſtquam cõplexio prima corrumpitur, multiplex eſt & diuerſum melancholię generatiuum, & huic morbo faciens potiſſimum. Primũ & fortius, multitudo cibi & potus, negligentia mundificandi corpus, ordinatio ſex neceſſariorum collecta cum æquali menſura, id eſt, motus, & quietis, ſomni, & uigiliarũ, inanitionis, & cõtinentię, cibi & potus, aëris & accidentium animę. Hæc enim homini dum uiuit, neceſſaria ſunt, cum ipſi uel ipſa ſanitas inſit, uel infirmitas. Quæ ſi abundent pluſquam oporteat, mala in corpore generatur materia. Vnde & humores corporis corrumpuntur, & corpus in hunc morbum labitur. Item nocent & corrupti cibi, & ſæpe mutati. Obſunt enim lentes, leporum carnes, utpote ſuccum ſanguinem generantes. Nocent & dactyli, carnesq; caprine, uaccinæ, chamelinæ, ſcrofulinę, uerrinę, quę turbidũ & groſſum ſanguinem generant. Impediunt maiores, & ſalſi piſces, caſei ueteres, ſiccæ, & ſalſæ carnes, conchæ marinæ, piſces ueteres, & maxime in ſale una nocte immorantes. Nocent, & mutabilem ſanguinem facientes, & choleram nigram redigẽtes, ſicut carambię, melongenia, mel, nuces, lentiſci, ficus cum nucibus, pineæ, fiſtici. Si enim hæc omnia ſæpe comedantur, choleram nigram coadunant in corporibus, unde in melancholiã conuertuntur. Oportet autem intelligere, quia omnis infirmitas diuturna, ſeu acuta, ſicut podagra, colica, melancholia, phreneſis, tertiana, pleureſis, ophthalmia, non ex mala ſolent naſci materia, niſi omnia membra deficiant, atque ipſa defluant, ad quam illa fluunt, qualiacunque illa ſint, nobilia, ſiue ignobilia, interiora,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 297 sur 404

©BIUM

ſeu exteriora. Omnis autem membrorū defectio, uel naturalis eſt, uel propter morborum maximas fortitudines, unde & uires eorum deficiant, & complexio eorum mutata in hos morbos recipiendos ſit adepta. Item inueniuntur plurimæ fortiores membrorum defectionis cauſæ, caloris ſcilicet multitudo, & ſenſualitas, ſiue imperfectio. Qualecunque enim membrum perfectum eſt, & naturalem habet ſenſum, ſi calida ſit ſua complexio antequam morbus adſit, ſentitur paſſio, & uenturū expectat, cum ſibi eum attrahat, ſicut ſanguinem uentoſa. Vtpote uidemus in podagra, & iliorum doloribus, propter calorem pedum, & inteſtinorum. Quia ergo melancholici accidentia ſentiunt animæ, uel corporis, cum certa non ſint, uel quia figurāt ea in mente ex cerebrorum defectione. Cuius rei cauſa fumus de cholera nigra mentis ſuę obſcurans lumina, & contrahens, ne rem ſicuti eſt uideat. Inde eorum rationalis anima rem frigidam & parentum horribilem uidet, quàm amare debet, res familiaris fugitur, de qua uidenda moleſtatur. Item quia melancholia corpori & animæ paſſione ſua nocet, neceſſe eſt, ut eius cauſa corpus infirmetur & anima. Nos autem diximus de cauſa infirmitatis corporis, id eſt, complexionis corporis, uel cerebri, uel plenitudinis, uel ex negligentia purificandi corporis, uel ex cibarijs choleræ nigræ generatiuis. Iungamus ergo & dicamus habitantes in regione calidiſſima, uel frigida, ſeu ſicca, uel frigida & ſicca, uel quæ aërem inſtabilem ſicut autumnalem habeat, cholera nigra abundat, & ſimiles his regionibus ſunt morantes paludoſis, lutoſis, lacuoſis in uallibus ſitis, & ſuper magna flumina: In his enim locis, & ſolutio aufertur, & ſuperfluitates corporis non mundificantur, cum aër eorum ſuffocatus ſit, & putridus. Vnde humores in corporibus adunantur, & poſt longum tempus in infirmitates huiuſmodi dilabuntur: Similiter dimittentes conſuetudinem mundificandi corpus, ſicut phlebotomiam, ſcarificationes in balneo, ſudorem, exercitia, pharmacias, uomitus. Hæc inquam negligentes in corporibus ſuis malos adunant humores. Quibus cum impleantur, paulatim in choleram nigram mutantur. Similiter bibentes uinum nigrum & ponticum, cum odore horrendum, choleram nigram duabus ex cauſis colligunt. Vna quia huiuſmodi uinum nō nutrit, niſi ſanguinem turbidum, groſſum, parum & nigrum. Quia uinum nutrit corpus, non ſanguinem niſi ex cholerum & liquorum in uitro qualitatum. Altera eſt cauſa percuſſio ſenſus, ex ebrietate, fumoq; nigro, & peſſimo, cerebrum corrumpente, & ab imo ad hunc morbum apparēte. Similiter uinum uetus, & calidum, ſępe bibitum facit, ſicut uidemus in ebrioſis. Sępe uinum forte, & multum bibentibus, hanc paſſionem, & ſimiles huic incidētibus, uelut tremorem, epilepſiam, apoplexiam, & ſimilia. Galenus: Peior, inquit, morbus, & mortalis ebrioſorum eſt qui ex duobus

contrarijs

contrarijs humoribus, acuto cholerico, & crudo phlegmatico naſcitur. Vnde mortalis eſt & peſſimus, ſicut in hęmitritęo uidemus. Eſt etiam & ex cholera rubea, putrida, & extra uenas, & phlegmate putrido intra uenas. Vnde mortalis eſt & peſſimus, & raro quis ex ipſo ſaluatur. Paulatim enim phlegma indigeſtione prolongatur, propter grauitatem & duriciem eius. Cholera autem rubea diſſoluit uirtutem propter ſuam fortitudinem, & accidentium ſuorum magnitudinem. Vbi uero hæc duo iunguntur, non poteſt durare infirmus. Item alia inuenitur cauſa, his contraria, unde generatur melancholia. Si enim quidam nec multum comedentes, uel bibentes, ſicut religioſi, & homines reuerendi, in die ieiunantes, & nocte uigilantes. Quibus ſanguis dum minoratur, & in choleram rubeam mutatur. Cuius poſt longa tępora humectatio finitur, & turbida effecta, in choleram nigram mutatur. Vnde & melancholia concurratur. Item multa quantitas ſuauitatis quietis, ac ſomni chymos colligunt. Qui poſt multa tempora mutati in choleram nigram ſunt in cauſa iſtius morbi. Videtur autem incredibile, quod exercitia multa, atque ſpiſſa incendunt corpora, humectationes eorum conſumentia, & in choleram nigram uelociter immutãtia. Sufficit nobis dixiſſe de cauſa corporis, uel melancholiæ. Oportet ergo utpote promiſimus, eam quæ eſt ſecundum animam dicamus. Habet igitur anima actiones ſuas mutabiles, ſicut de ira, in pacationem: de triſtitia, in lenitatem: de timore in audaciam ſimiliter. Hæc autem ſunt actiones uitalis animę. Rationalis, ſunt nimia cogitatio, ratio, memoria retinendi. Inueſtigatio rerum incomprehenſibilium, ſuſpitio, ſpes, imaginatio, perfectum & imperfectum rei arbitriũ. Quæ omnia ſi profundiſſime, & ſpiſſe anima operetur, cauſa ſunt quare in melancholiam illabatur. Videmus enim multos religioſos & in bona uita reuerendos, hanc paſſionem incidentes, ex dei timore, & futuri iuditij ſuſpitione, & ſummi boni uidendi cupiditate. Quia omnia ſuperant eorum animas. Vnde nec cogitant, nec inueſtigant, niſi ut ſolum deum ament & timeant, & in hanc paſſionem incurrunt, & ſicut ebrioſi fiunt, de nimia ſua ſolicitudine, & ſua quaſi uanitate. Corrumpuntur igitur actiones animæ, & corporis in huiuſmodi. Corpus enim animam ſequitur, ſuis actionibus. Anima uero corpus in ſuis accidentibus. Illi uero qui ſemper ſunt intenti in ſtudio, ſicut philoſophicis libris, & alijs huiuſmodi. Hæc enim de accidentibus animæ ſunt rationalis, & ab ipſa procedentia, quaſi plantata ſunt in ea & radicata. Sicut Galenus Platonem dixiſſe teſtatur: Quicquid, inquit, mente noſtra recondimus, de autoritate eſt ſapientiæ, cuius anima recordatur. Intentio Platonis fuit, ut anima alligata corpori, autentice recordetur, quicquid ſcierit antequam innecteretur corpori. Hu-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 299 sur 404

©BIUM

iuſmodi melancholiæ ſunt uicini, propter inueſtigationem ſcientiæ, & fatigationem ſuæ memoriæ, & triſtitiam de animæ ſuæ defectione, & propter intentionis ſuæ complementum ac firmamentum. Omnia hæc memoriam eorum deficere faciunt & rationem, ac intellectum. Sicut dixit Hippocrates in epidemiarum libris ſexta particula: Animæ, inquit, labor eſt cogitatio. Sicut eſt corporis labor ambulare, quare peſſimos generat morbos, utpote corporis labor. Ita & labor animæ in melancholiam facit caderẽ. Quod autem dicendum eſt de eis qui amata ſua perdiderunt, ſicut qui filios & chariſſimos amicos perdiderunt, uel rem precioſam quam reſtaurare non poſſunt. Sicut ſapientes libros ſuos ſubito amittentes. Vel ſi cupidi & auari perdiderunt rem, quam ſe non recuperare ſperẽt. Hæc omnia his gemitum, & triſtitiam, & anguſtiam faciunt. Quę & mentes percutiũt, & ad melancholiam paratas reddunt. Quia ſicut animæ ſanitas eſt ſapientia, & comprehendendorum ueritas, ita eius infirmitas erit inſcitia. Vnde Galenus: Pulchritudo animæ eſt iuſtitia. Turpitudo iniuſtitia. Hæ cauſæ omnes, melancholicis ſunt principales, & generales. Oportet ergo ut dicamus ſpeciales melancholiæ diuerſitates, de qua materia naſcuntur. Melancholica igitur paſſio triplex eſt: Alia enim eſt in ore ſtomachi. Alia in hypochondria. Alia in cerebro. In quo duę ſunt conſiderandę: Aut enim in eſſentia cerebri, aut in toto corpore, quę à pedibus ad cerebrum ſolet aſcendere. In eſſentia cerebri, uel cum acuta febre, quod plurimum fit in phreneſi, & ex cholera rubea contingit, cum ad incenſionem deuenit, & non nigreſcit, nec melancholicæ attinet paſſioni. Hanc ſequitur facundia, excitatio, atque ira, & uident multa ante ſe, indiuidua nigra, & ſi non certa, aliaq; ſimilia. Vel ſine febre, quæ eſt de melancholia naturali ſubſtantiæ, cerebri dominanti, & complexionem eius mutanti. Hæc uocatur leonina, quia hanc paſſionem habentes inſurgunt ut leones, & audaces, & fortes ſunt, ſicut leones. Hęc ſpecies ad ſanandum moleſta eſt, & ad medicandum, dura. Vel de cholera nigra eſt putrefacta, quæ ſicut fex ſanguinis uidetur, & niger chymus uocatur, neque in ueram melancholiam mutatur: Quæ à toto corpore ad cerebrum aſcẽdit, & eſt huic ſimilis. Item ex omnibus naſcitur humoribus, qui incenſi in choleram nigram mutantur, & ad medicandum facilis eſt, ſi ſe mutauerit, & uera cholera nigra fuerit, dominans cerebro, ſiue naturali complexioni. Hanc habẽtes perfectam & plenariam, nullam ſuarum qualitatum, uel actionum oſtendũt ſe mutaſſe, quia naturali cerebri mutata complexione, accidentalis ſuccedit temperies. Apparent autẽ, malum ingeniũ, aſtutitia, audatia, uentoſitas, ut ſi quis caſtigationẽ adhibeat nullã audiãt de his. Perdiderũt aſtutiã, propter cholerę nigrę fumũ operientẽ eorũ cerebrum. Quia ſicut ſol qui lumen eſt mundi, nebula, uel fumo interueniente, lu

men

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 300 sur 404

men amittit, ſic & eorum mens cum fumus cholerę nigrę ad ipſam aſcēdit, turbida fit, & obuiatur ei, ne ſplendor eius poſſit euagari, & uideat rem qualis reuera eſt. Hęc autem ſpecies melancholiæ, & alia quę ab inferiore cerebrum aſcendit corpore, cum plenę ſint, & perfrigidæ, multum ſunt occultę, & obſcurę, ut nullus ſperet, uel cogitet eas eſſe, quę ex qualitatum diuerſitate contingunt. Intelligere enim naturas hominum, & aſtutias eorum incomprehenſibile eſt. Ex diuturna igitur conuerſatione, & ipſorum cognoſcitur cohabitatione, & quia naturę in ſanitatibus intellectę, cum uideantur à prio ri eſſe mutatę, intelliguntur in has paſſiones incidiſſe. Verbi gratia: Si intelligamus aliquem naturaliter uanum, facundum, iracundum, & poſtea iram eius quieuiſſe uiderimus, ut diu taciturnum, intendimus eſſe morbum, & hac paſſione laborare ipſum. Similiter ſi tardus fuerit ad loquēdum, & man ſuetus, timidus, & poſt in reſponſione feſtinus, & uerbis facundus, & audax apparuerit, intelligimus quod hanc infirmitatem incurrerit. Inuenimus Rufum clariſſimum medicum de melancholia feciſſe librum, & dixiſſe multa in prima particula de accidentibus quæ melancholici patiuntur, & de aſtutijs eorundem, poſtea adiecit: Tantum in hac particula diximus de melancholicis accidentibus, ut ſi lector percurrerit ſtudioſus, & intentus, ex ſcriptis non ſcripta perpendere poſſit accidentia. Monſtrauit ergo Rufus in his uerbis, quia accidentia melancholica incomprehēſibilia ſunt. Cauſa incomprehenſibilitatis eſt, quia cum melancholia corpus ſuperauerit, occulta eſt. Item paſſiones animę ſunt occultę, ex incomprehenſibilitate ſuę eſſentię, & inueniendi difficultate. Quis enim poſſit inueſtigare rationes, imaginationes, & memorias animę, quot & quantę ſint in unoquoq; Similiter aſtutias hominum quis poſſit comprehendere: Vnde perfecti medici in dubium cecidere, cum nequirent ad plenum huius infirmitatis noticiam habere. Rufus autem ille de ſolis hypochondriacis melancholicis illum librum fecit. Sed tamen cum de ſpecie illa ſola ſcripſerit, cum qua tamen duas alias tetigit, ſe omnes tres comprehendiſſe dixit: Nos itaque itidem faciamus, eum quoque imitemur. Dicamus enim melancholiæ accidentia quę cerebri ſunt propria, colligentes duas alias, id eſt, hypochondriacam, & ab inferiori corpore. Quia hæc ſpecies quę uocatur hypochondriaca naſcitur ex cholera nigra cū abundat, & in ſtomachū deſcendit. Quæ maxima nocumenta in corpore facit & anima. In anima propter uicinitatem oris ſtomachi, & cordis triſtitiam, timorem, & mortis ſuſpicationem, ut amicos ſuos ſibi putent eſſe horrendos de re contraria, quàm ratio uidetur habere. Cauſa paſſionis cerebri, & mentis in hac paſſione duobus eſt modis: Vnus modus eſt ex appoſitione oris ſtomachi ad cerebrum, unde neceſſe eſt, ut in paſſione ſibi ſocietur. Cum enim cerebrum totius ſit cœlum corporis, maxime oris ſtomachi, & ſemper recipiat ab eo aſcendentem fumum calidum

©BIUM

dum,ſiue frigidum,humidum,ſeu ſiccum,quãdo plus creſcit fumus, & cho lera nigra cum ipſo augmentatur. Aſcendit igitur fumus ab ore ſtomachi ſemper ad cerebrum die ac nocte. Hippocrates in epidemiorum lib. Os ſto machi naturaliter calidum, mutat iracundiam,animę uitium,& lenitatem, & aſperitatem,ſicut & cor facit,cũ naturaliter calidũ ſit. Item inquit: Eorum corpora quorũ ſtomachus naturaliter eſt calidus,macilenta ſunt,uenę groſ ſę calidę,atque plenę,cutis aſpera,ſanguis cholericus, quia nimius calor ſub ſtantiam cibi corrumpit in eorum ſtomacho. Secundus modus eſt,quia cor eorum eſt in medio inter ſtomachum & cerebrum. Cor enim cerebro man dat ſpiritualem ſpiritũ ad generandum animatum. Quem in ſuis receptum uentriculis purgat & mundificat,& groſſiorem & mundificatã partem mit tit ad generandos quinq; ſenſus. Subtiliorem & mundiorem ad generandas uirtutes mentis,id eſt,imaginationem,memoriã, & rationẽ. Vnde cerebri ſpiritus,rationalis anima uocat. Quod ſupereſt de ſpiritu,mandatur in pup pim cerebri ad uirtutem motus uoluntarij. Vnde neceſſe eſt ex paſſione cor dis, animam pati, cum à corde ſemper trahat ſpiritualem ſpiritum in ſui nu trimentum. Hęc facit cholera nigra, cum ad os ſtomachi ueniat,in hac ſpe cie melancholica quę uocatur hypochondriaca,& eſt in anima. In corpore quid faciat,dicendum eſt,quia corporis uita,ſeu regimentum & nutrimen tum ipſius ex quatuor uirtutibus eſt: Appetitiua, contentiua,digeſtiua, ex pulſiua. Digeſtiua uirtus tribus his dominatur,ſicut officialibus. Tres enim alię ſunt miniſtræ,quia appetitiua cibum tantum ducit ad ſtomachũ. Con tentiua retentat quoad digerat. Expulſiua,non neceſſaraim ſuperfluitatem, & feces expellit. Cholera ergo nigra deſcendẽs ad ſtomachũ,ut hypochon driacum faciat morbrum, digeſtiuę tantum nocet uirtuti,quam etiam con trahit,& ſuam eſſentiam corrũpit. Vnde & duo ei nocumenta facit. Vnum cum & morbum permanere faciat,& digeſtiuam moleſtãs, eius bonitatem cõfundat,ut nec corpus iuuet nec nutriat. Quod maximum eſt periculum, quia nec cholera ipſa curare ceſſat neq; mundificare permittitur,à ſuperue niẽte cibi materia. Neq; cibus in ſua melioratur eſſentia,ut choleram expel lere, & mundificare ualeat. Vnde hæc ſpecies hypochondriaca,ad ſanan dum eſt dura. Secundum nocumentum eſt, quia mora corruptæ digeſtio nit in ſtomacho alia nocumenta generat duo. Vnum, quia plurimus eſt ci bus qui digeſtiuæ uirtuti non cõcordatur,uentoſitatem generans groſſam, & inflationem multã ad diſſoluendum duram, quę ſemper lateraliter ſe ex tendit ſub hypochondriã,& deſcendens uſq; ad inteſtinum colon uocatum, & contrahens ſtercus ad deſcendendum, quam patiuntur ex ſiccitate dige ſtionis. Huiuſmodi fortior eſt morbus in moleſtatione ſua. Plurimum enim uentoſitas cibum leuat indigeſtum ab inferiori ſtomacho ad ſupremum. Vnde in ſua concauitate inuiſcatur, & uirtus digeſtiua confunditur.

Secundum

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 302 sur 404

©BIUM

Secundū, est cibi corruptio ex indigestibilitate, stomachū faciēs deficere, ut & elonget cibi tempora, & omnia quæ in eo generantur, recipiant cholerā rubeam, seu phlegma, secundum naturam cibi, & complexionem membri. Quibusdam enim aliquando ad stomachum cholera rubea, quibusdam descendit phlegma, quibusdam utraq; mixta. Omnia autem ista in corpore generata, ex cibi & potus superfluitatibus, elongant tempora. Sufficiunt hæc ex passionibus melancholicis. Oportet ergo dicamus accidētia quæ nascuntur uniuersalia & particularia. Sicut tristitia, timor de re non timenda, cogitatio, de re non cogitāda, certificatio rei terribilis & timorosę, & tamē non timēdę, & sensus rei quę non est. Vident autē oculos terribiles, & formas timorosas, & nigras, & similia. Sicut uidit quidam laborans hac passione; Videbat nigros homines eum interficere uolentes, fistulatores quoq; & cymbulatores per angulos domus suę canētes. Sunt & alij qui putant se nō habere caput. Talem Rufus se uidisse testatur. Fecit ergo ei mitram plumbeam, ut sentiens grauitatem hanc, caput non dubitaret habere. Alij audiunt quasi aquas currentes, uentos tēpestuosē mouentes, uoces timorosas & terribiles in auribus suis sonantes, sonitus neq; die, neque nocte desinentes. Quæ tamen omnia sunt falsa. Alij fœtentia odorant omnia, qui odoratum habēt corruptum. Alij perdunt saporem ut nullum cibum saporent, propter saporis corruptionem. Alij sua corpora putant esse maiora quàm sint. Alij putāt se esse aliquid aliud quàm homo factos, sicut putauit figulus in passione ista. Alij corruptam habēt imaginationem, & rationem, sicut quędam passa est, in uentre habere serpentes autumās. Quam Galen. se uidisse testatur: Sunt & alij qui cœlum se fugere putant, timentes ne super se cadat. Qui in mente cogitant, ne deus cœlum tenendo fatigetur, & ita super se mundum cadere permittat, & iterum homines periclitentur. Alia huiusmodi accidentia multa sunt, & innumerabilia. Est & aliud quoddam, quod commune & proprium est omnibus. Medicinæ enim sunt desideratissimi, & ad medicandum adeò ardentissimi, ut & medicos precentur, & præciosiora quæ habent, pollicentur. Sed cum medici ad medicandum se adparant, eis non auscultant, nec obsecundant. Quod omnes melancholici faciunt. Hęc omnia animę sunt uniuersalia: corporibus attinentia, uigiliæ, macilentia. Hæc sunt accidentia animæ, & corpori inhærentia, & uniuersalia. Particularia quædam eiusdem speciei omnibus indiuiduis sunt communia. Quædam in diuersis, diuersa. Accidentia patientium in omnibus essentia, sunt uigiliæ, dolor capitis, splendor in oculis, circumuagatio, & multotiens depressio oculorum. Quidam multa comedunt, & fortes sunt ad appetitum. Quod si uno momento ab appetitu retrahantur, uitę suæ desperare uidentur. Quia tanta eos molestia subsequitur, ut ex feruore choleræ nigræ nullatenus carentiam ciborum patiantur. Alij adeò perdiderunt appetitum, ut uidere

©BIUM

dere horteant cibum & potū, & manducare prohibere æſtimāt ſibi neceſſe. Huiuſmodi melancholici peiores ſunt cęteris. Corpus cōſumitur & deficit, unde non diu in hac paſſione uiuitur. Māducantes multum, & ſi eis noceat multitudo ciborū in augmētationibus morborum, ſalubriores tamen, quia lucrantur nutrimentum corpora. Quia ſi ceſſent à ſuperfluitatibus morbos in corpore augmentātibus, ex naturę regimine, uel ingenio medicinę quoquo modo poſſunt & hęc expellere. Idem fit in melancholica ſpecie à corpore ad cerebrum aſcendente. Sed tamen timor & triſtitia & alia prædicta accidentia non in eis ſunt continua, ſed potius aliquando intermittentia. Non enim à corpore aſcendunt ad cerebrum, niſi ſecundum quantitatem in corpore coadunatorum. Hypochondriacorum accidētia ſunt & prædicta & quędam propria, utpote extenſio, uentoſitas inflatiua. Aliquando enim ita eorum inflatur extremitas, ut crepetur extenſa. Aliquando ſentiunt uertiginem & capitis grauitatem. Aliquādo eructant acidam, & melancholicam humiditatem, propter cholericā in orę ſtomachi multitudinem, ſed tamen inde ſunt ſanati. Periculoſior paſſio & moleſtior, ſiccitas eſt uentris, propter melancholicam inteſtinorum uentoſitatem, ſtercus exire prohibētem. Alij pigritiam habentes, amant ſolitudinem, & obſcuritatem, & ab hominibus remotionem. Alij ſpatioſa loca amant, & lucida, atq; pratoſa, hortos fructiferos, aquoſos. Alij amant equitare, diuerſa muſicorum genera audire, loqui quoq; cum ſapientibus, uel amabilibus: & ſi ſoli remanſerint, appropinquare uidentur morti. Hi talia patiuntur accidentia, qui eis ſunt impaſſibilia. Alij habent nimium ſomnum, alij plorant, alij rident. Quæ omnia accidentia proprias habēt cauſas. Semper enim pigri amantes ſolitudinem, obſcuritatem, & ab hominibus remotionem, melancholicum habent cor, ſpiritum uitalem operiens. Vnde ad mala futura habent ſuſpicationem. Ex fumo enim melancholico eorum imaginatio obſcuratur rem imaginās timoroſam & periculoſam. Spatioſa amantes loca, hortos, & ſimilia, non melancholiam habent peſſimam. Horum mens & ratio ſemper prius percutiuntur à fumo, quàm cor. Vnde ad ſanandum leuiores ſunt. Nimium habentes ſomnū, uirtutem ſenſibilem in fumū melancholicū immēſam habent. Cholera aūt nigra in actione ſua duplex eſt circa ſomnū, & uigilias. Quæ enim dominatur eſſentialiter, cerebrum deprimēs, ex fumi multitudine nimium facit dormire. Quod ſi cum ſuis qualitatibus faciat, uel cum qualitate faciet uere incenſa, unde naturaliter fit nigra, uel cum iam ferè incenſa. Nigra autem naturaliter ſomnum facit. Ferè incenſa qualitas facit uigilias, quia pungit cerebrum & deſiccat. Plorantes habent melancholiam iam ferè incenſam, & eruginatam, unde & nimium plangūt, quia fumus peſſimus eorum calefacit cerebrum. Ridentium melancholica, nondum eſt completa. Corpora enim eorum plena ſunt bono ſanguine, neq; complexiones eorum ſunt

corrupte.

©BIUM

corruptę. Vnde Hippocrates in aphoriſ. Mẽtis cum riſu alienatio cum non ſit periculoſa eſt ſecurior. Quę cum grauitate eſt triſtitia, non eſt ſecura cum à ſanitate ſit longinqua, Pueri autem propter temperatũ ſanguinem, & eius claritatem, ſemper in ſomno rident. Lętatur autẽ anima de corporis ſui temperantia, cum animę ſemper ſit ſequi cõplexionem corporis. Vnde & multos inebriatos uino, uidemus ridere multum. Lętatur enim anima de complexione ſua temperata, utpote à uino humectata. Multum enim inebriati plorãt, propter corruptionem ſui cerebri, & defectionem ſpiritus animati. Item in ſpleneticis uidetur grauitas, & riſus raritas, ex corruptione ſanguinis cum peſſimitate ſui, & cholerę nigrę commixtione, neceſſe eſt ut ſanguinis ſubſtantia eis clarificetur, ut per totum corpus ſubſtantialiter eat temperatus. Temperatus autem & clarificatus, ſollicitat animam & dilatat, unde riſum & lętitiã oſtendat. Cũ riſum nominauerimus cõſequens eſt ut quid, & quomodo ſit definiamus. Riſus ergo animę admiratio eſt de re aliqua quàm comprehendere non ualeat: quidam tamen aliter diffiniunt, Riſus, inquiũt, eſt de re cuius ratio non poteſt reddi, ut fit ab anima rationali. Inſtrumẽtum ipſius eſt ſplen, ſicut quidam dixerunt uel epar, quod ſanguinem diſcernit, & immixta determinatis locis mittit, ſicut choleram nigram, rubeam. Alij cor inſtrumentum riſus eſſe autumant. Sanguis enim qui mandatur cordi, clarior eſt, & ſubtilior, atq; melior, & cor plus habet ſpiritus, quàm ſanguis ab epate miſſus. Item, cor fundamentum caloris eſt naturalis, qui ſubſtantia eſt ſpiritus uitalis. Materia riſus, ſanguis eſt clarus, per totum corpus diuiſus. Complemẽtum eſt riſus, animę definitio de re unde efficitur, ſiue ſit iocus, ſiue non iocus. Redeundum eſt ad riſum, & dicendum: Riſus uel ex toto aufertur, uel paruus eſt, ut in ſenioribus, quia triſtitia & grauitas, & accidentia melancholica, ſemper hanc ętatem comitantur, propter paruitatem ſanguinis in ipſis ſenibus. Sequitur & alia ratio, quia ſanguis bonus, ſiue malus eſt paruus, ſiccitas quoq; & frigiditas eorum membris dominantur, quia calor naturalis, & humiditas ſubſtantialis in eorum corporibus finiuntur. Sufficit dixiſſe de rebus ad riſum, & fletũ pertinentibus. Aliquãdo in omnibus corporibus melancholicis, morphea nigra, impetigo parua apparentes adiuuant. Sed ſi puſtulæ magnæ apparent, non adiuuant cum potius aliquando interficiant. Aliquando hi mollitiem patiuntur epilepticam, quia cholera nigra cerebrum percutit. Quidam enim epileptici fiunt, & de epilepticis, melancholici. Multi etiam leproſi facti ſunt melancholici, nec tamen melancholia iuuat eos à lepra. Vnde Hippocrates in epidemiorum libris: Vt melancholia fiat epileptica, cholera nigra facit: Corrupta in complexione ſpiritus animati, & oppilatione ſui uentriculi. Quia autem epilepſiam nominauimus, oportet eam definiamus. Epilepſia eſt ergo humiditas carens, & uentriculos cerebri implens, non ex toto tamen prohibens animam actionem

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 305 sur 404

©BIUM

nem monſtrare ſuam, quoaduſq; natura oppilantem materiam digerat. Vnde antiqui hanc paſſionem apoplexiam uocauerunt minorem. Apoplexia enim maior, totos cerebri implet uẽtriculos. Accidẽtia apoplexiam ſequuntur, ſenſus & uoluntarij motus auferũtur, mens & uirtutes ordinatiuæ corrumpũtur. Adeſt, etiã ſpaſmus qui peior eſt omnibus, qui uirtutẽ cito diſſoluit ſpiritualem. Item ſuffocatio ſequitur digeſtionis, & urinę prẽter uoluntatem ebullitio. A uulgo diuinatio appellatur, quia morbus eſt abſcõſus, dicentes demoniacos eſſe hunc morbum patientes. Sed medicorum alij epilepſiã, alij dicũt eſſe maniam. Qui morbus bifariam diuiditur: eſt enim cum febre, alius qui de cholera rubea naſcitur. Eſtq; apertus iſte modus. Alius interpolatur, qui decreſcente luna, uel minuente, naſcitur. Qui rurſus in duo diuiditur: Alius enim eſt melancholicus, ſicuti eſt cum melãcholia in epilepſiã, uel epilepſia in melancholiam mutatur. Alius phlegmaticus qui de hac materia naſcitur Galenus: Qualiſcunq;, inquit, epilepſia naſcitur in plena luna, materia eius eſt humidiſſima, cum omnis res humidiſſima creſcente, uel minuente luna creſcat. In homine autem quatuor humores creſcunt, & maxime ſanguis & cerebrum, quia humida ſunt. Minorante autem luna, materia eſt frigidiſſima, & parum humida. Reſtat quod in hac particula diximus de melancholia, & diffinitione eius, In ſubſequenti dicamus libro, quomodo hęc medicanda ſit paſſio.

CONSTANTINI AFRICANI MEDICI, DE MElancholia Liber ſecundus.

MEdicari uolens omnem morbum, intẽdere debet in expugnanda & expellenda materia infirmitatũ. Si tamen accidentia ſint moleſta, periculoſa, & timenda, oportet ſtuderi in his mitigãdis, & poſt materiam expellere, locumq; ſuum mundificare. Cum ergo paſſio melancholica animę, habeat accidentia timẽda, & periculoſa, in primis auferẽda ſunt hęc, ſuſpitio ſcilicet falſa, imaginatio corrupta, adhibẽda rationabilia, & grata uerba, cũ perfecto ingenio, & ſufficienti memoria, tollẽdo quę in anima ſunt plãtata, cũ diuerſa muſica, & uino odorifero claro, & ſubtiliſſimo. Corporis accidẽtia, macilẽtia, corruptio digeſtiuę uirtutis, nõ adeò ſunt timẽda, ſed medicãda cũ dieta. Quia tamẽ melãcholia eſt diuerſa, uaria debẽt eſſe medicamina. Vniuerſalis aũt medicina qua purgari debet cholera nigra erit pharmacia, & ſex illa prędicta neceſſaria bene ordinata. Particularis uniuſcuiuſq; medela eſt adhuc ſubdẽda. Quæ eſt cũ febri, ſicut phreneſis debet medicari. In ea quæ in eſſentia eſt cerebri, ſolo cerębro ſtudiũ eſt adhibendum,

©BIUM

bendū,ut poſt raſum caput,lac muliebre,maxime puellare, uel lac aſinæ cra neo ſuperponamus,ſternutatio fiat cū lacte mulieris,& ſimilibus: Oleo uio lato, uino odorifero, cucurbitino,capitis humectatione, cū aqua tepida ubi chamomila, cortices papaueris, roſa,melilotus,uiola, & ſimilia fuerint co cta. Melancholia aſcendente ad cerebrum à corpore inferiori, oportet toti corpori æqualiter ſtuderi,ſed tamen cerebrū non negligi. In hypochondria cis oportet chymos expelli. In illa quę de cholera eſt uel phlegmate, ſtuden dum eſt in confortanda egeſtione,& ingenietur ut ſolubilis ſit cibus,corru ptibilis,& faſtidioſus auferendus. In cibo tria cōſiderentur: Primū,humidus ſit ex utraq; parte,ſicut recentes piſces, fructus maturi & humidi. In cibarijs eorum ponantur aliquantulum calida, unde adiuuetur uirtus digeſtiua. Se cundum,ut ſit qualitatis choleram nigram incidentis, ſicut calamenthum, menta,ſed tamen non aſſidua,ne ſanguinis corrūpatur ſubſtātia,& augmen tetur materia mala. Tertium,omne die infundatur aquę tepide,in eſtate fri gidæ. Exiccato corpore,unguentis tepidis, & humidis eum unge, quæ diſ ſoluant uentoſitatem,& hypochondriacam inflationem, digeſtionem con fortent,& corpus humectent. Quę omnia ſumus dicturi in fine libri noſtri, cum pharmacia qua purgetur cholera nigra, cum phlegmate & cholera ru bea mixta,dicemus & medicinā digeſtionis adiuuatiuam, & uentoſitatis hy pochondriacæ diſſolutiuā. Oportet antea ordinemus ſex neceſſaria, id eſt, aërem nos circundantem,cibum,potum,ſomnum,uigilias,inanitionem & cōtinentiam,motum & quietem,accidentia animę. Regio laudabilis,ubi in firmi huiuſmodi habitent, ſit orientalis, propter temperamentum aëris,& æqualitatem complexionis. Manſionis ſuæ porta orientali uento ſit appoſi ta,unde ſcilicet uentus ueniat,ſed tamen parum in ſeptentrionem obliquan do,nec moueantur à regione ubi morbum paſſi ſunt ad alias. Idem ſeruetur in omni diuturno morbo,maxime melancholico, & quartanarijs. Toto an no humectētur. Sed in hyeme aliquantulum caloris retineatur, & humecta tio minuatur. In hyeme uero augmentetur. In æſtate minuatur. Ver & autu mnus ęqualia ſunt. Ordinamentū cibi, Galen. ſuper aphoriſmos Hippocra tis dixit: Omnis cibus triplex & groſſus,ſubtilis, mediocris. Groſſum,cibū uocauit. Subtilem,aërem. Potum,mediocrē. Nutrimentum aëris quale eſſe debeat,dixit,ut animatam nutriat uirtutem & ſpiritualem. De cibo & potu dicemus. Galenus ſuper epidemiorū libros: Aqua infundi,balneari, & un gi cum unguentis pertinere dixit ad cibos. Sedere ſuper fluuios currētes iu uat in æſtate,de ſeptentrionali parte. Cibi iuuatiui,in primis ſunt dicēdi mo do. Poſt potus,balnea & unguēta. Cibus ergo melancholicę prout diximus, ex utraque parte debet eſſe humidus natura, ſcilicet & arte, ſicut annuales agni: iſtorum enim & hœdulinę carnis lactentis eſt propriū, ut nigram cho leram iuuent. Sanguinem enim ſubtilem & humidū generant. Similiter gal

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 307 sur 404

©BIUM

linæ iuuenes,& fœminæ perdices,ſtarni,phaſiani,& ſimilia.Hæc enim ſanguinem ſubtilem generantia ſubtiliant,& ad ſtatum ſuum perducunt. Similiter piſces de mundis fluminibus, & marini parui,neq; pingues de petroſis locis.Hęc omnia cholerā iuuant melancholicā . Item cācri fluminei in aqua hordei cocti,uel in aqua & ſale.Horum quoq; caro iuuat phthiſicos,,& macilentos,exeūtes ægritudinē,& melancholicos.Iſtos enim morbidos oportet humectari cibo & potu,balneis,unguētis,aēre. Aliæ uero carnes dictæ, eis ſunt dandę,in aqua coctę,& cum pauco ſale,quibus admiſceantur,obſomogarum, acetum, ſuccus betarū,coriandrū, carui,cyminū, quibus deſiccatur cibus,& in ſua ſubſtantia mutatur.Alia quoq; ſunt artificia,ut non coquantur in aqua ſi ſint fricta.In ſpecie tamen hypochondriaca,quia digeſtio eſt mala,in iuſculis quædam ſunt ponenda acria poſt humectationes ſuas,ſicut cepæ,quę ſaporent cibum,& acredinem cum dulcore prętent,digeſtionem uentris humectent,deſiderium cibi & calorem congelatum ex frigiditate excitēt.Similiter ius ciceris,quod & dulcorem habet,& acutū, ac quandam ſalſitatem,& humectat uentrē.Idem facit paruus ſuccus porri,& mentę,quod edulijs prętant ſaporem,& digeſtiuam adiuuant uirtutē. Qui melius uiuent,ſi ſolam carnem in aqua coctam comedant.Omnis enim herba & ſi cōuenienter huic morbo ſit humida, tria tamen habent uitia: nutrimenti paruitatem, & accidentalem humiditatem, utpote ab aqua mutuatam: unde nihil corpori prodeſt cum potius inflationem , & uentoſitatem donet. Tertium,ſtercus multiplicat,& ſubſtantium ſuam ſeparat.Eſt ergo tantum neceſſaria ex qualitate ſua magnifica,ſuplendis inteſtinis,& uentri ſtercore uentoſitatem faciente.Quę utraq; in hypochondriaca ſunt peſſima.Omnis tamen herba uentrem humectat, digeſtionem accelerat, quod laudabile eſt in ea.Oportet ergo medicū infirmum nutriturū,uel ſimilia facturum,ut bene inueſtiget faciendo,cōparans eorū ſibi iuuamenta uel nocumēta . Quod ſi iuuamentum ſit amplius nocumento,faciat audacter quę facere debet. Si autem uiderit nocumētum par iuuamento,uel amplius,fugiat.Quod enim neceſſe eſt ſimiliter uti iuuat,nocet uel amplius quàm iuuet.Herbę humidę, pungitiuæ,& digeſtiuę,melancholicis ſunt bonæ, ſicut chryſolocāna,lactuca,blitū,ſpinachia,cucurbita,malua,portulaca . Pungitiuę & digeſtiuæ uel uirtutis nutritiuę uel utriuſque. Acutæ,ſicut cepæ,porri,naſturtium,eruca, anethum,marathrum,menta,calamēthum. Quælibet harum coquinetur, expulſiua uirtus adiuuatur.Quę utrunq; & ſalſa ſunt & acuta,ſunt caules humidi,cum paruo acumine,ſunt & aſparagi . Hæc omnia iuuant hypochondriacos.Omnia legumina ſunt nocitiua,quia uentoſitatem ſunt generātia, præter ius ciceris,quod & mūdificat,& humectat. Fructus iuuatiui ſunt parum,præter ficus ſiccos, qui uentrem humefaciunt manducati poſt cibum. Similiter mel,ſaccharū,uua paſſa,& mundata,amygdalę recētes,uuę ſiccæ,

& cum

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 308 sur 404

©BIUM

& cum ficubus manducatę. Dare uuas prodeſt, & melones dulces, mala granata, melicratum. Galen. Mora nigra, & dulcia pira, coctana, parum iuuant poſt cibum. Alij bibunt aquam frigidā, propter humectationem actualem, & naturalem. Sed ratio monſtrat ad lętificandā animā, & auferendū timorem, & triſtitiam, uinum mixtū plus iuuare. Nec mirandū uinum mediocre plus iuuare. Orpheus enim dixit qui tonos adinuenit: Imperatores me ad cōuiuia inuitant ut de me ſe delectent, & gaudeant, ſed ego de ipſis delector animum mutando, de ira in pacem, de triſtitia in lætitiam, de grauitate in lenitatem, de timore in audaciam. Si autē artificia oppoſita & tonorū menſura, in mutandis animæ uitijs adeò ſunt uirtuoſa, quāto magis uinū faciet in infirmitate ſananda. Tamen reprehendent nos quidam obijciendo. Vinum & mentē percutit, & mala ſua uitia oſtendit. Quomodo ergo in hac paſſione iuuabit. Imò potius malū creat, & augmētat. His taliter reſpondendū eſt. Quod dixiſtis uerū quidē eſt, ſed tamen cū timor, & triſtitia melancholicorū ſunt propria, & proprie uinū hæc leniat, timidis igit & triſtibus pfecta uinū erit medicina. Sapiētiſſimus inquit, fuit, qui ſuccū extraxit uuę in torculari, cū & triſtē animā lętificet, & moleſtiā non generet. Sequitur: Vinū cum humiditate ſua, & calore corporibus humanis eſt acceptabilis, quia calor eius, calori naturali cōcordat. Sicut dixit Rufus: Calor, inquit, uini caloris uiuificatiuus eſt naturalis, & in digeſtione utilis: cum & cibū uelociter deſcendere faciat, & qualitates peſſimas mūdificet, & expellat, & crudos humores ſi inuenerit, cū calore excoquit, malos meliorat, ſanguinē mundificat. Vnde neceſſe eſt ſicut Rufus dixit: Caloris uiuificatiuū ſit naturalis uinum, ſi bibētes tēperate biberint, id eſt, cū aqua dulci miſcuerint, ęqualiter, ſeu uicinitus purgati, ſecundū uirtutē uini, & nō modū bibēs excellerit. Multū enim bibēti & inebriari aſſueſcenti, contrariū actioni operatur ſuperiori. Digeſtibilē enim uirtutē impedit, cibū non cito deſcendere facit, corpus phlegmaticis humoribus implet. Epilepſiam, tremorem, apoplexiā gignit, calorē naturalem extinguit, ſenectutē, & uanitatē accelerat. Hæc ſunt optima, & melancholicis cōpetentia in cibo, & potu, maxime in hypochondriaca ſpecie. Somnū & uigilias, oportet cōſiderare. Conuenit enim multū dormire, quod cū ciborum eſt faciendū humectatione, & eorū refrigeratione, uini potione, aquæ dulcis infuſione. Humectētur capita cū lacte muliebri, & aqua cocta, & alijs ſupradictis. Vnde in fine noſtri libri dicemus antidota in ſcriptura. Inanitio & cōtinentia in libro hoc ſunt dicenda, quę corpora purgent melancholica, & ſubtilēt groſſa. Coitus etiā adiuuat, Rufo teſte: Coitus, inquit, pacificat, auſteriorem ſuperbiā refrenat, melācholicos adiuuat. Nonne enim uides cum bruta iraſcātur animalia, qualiter poſt coitū fiāt mitia. Exercitia multis fiunt modis. Tēperata multū iuuāt melācholicos, & ſimiliter homines ſanos. Calor enim naturalis excitat, & per totū corpus dilatatur, & de interiori in exteriora protendit. Sē us clarificatur, actio animata cōfortatur, pulpę carneę

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 309 sur 404

©BIUM

indurantur. Aliquando corpus incraſſat, & abūdantia ſua expellitur. Vēter enim mouetur ad expellendū ſtercus, urina, ſudor, facile egrediunt. Vniuerſaliter abundātia minorat, de extraneis humoribus, bona ualitudo augmentatur, ſi ante cibū ſint exercitia, & tēperata. Laudabilia ſunt exercitia pedū temperata. Equeſtria in bonitate ſunt minora, niſi equus ſuauiter eat. Peiora in eis quæ ſunt grauia. In pedibus cito, & fortiora itinera. Item exercitia ſanos, & melancholicos iuuant, quia corpora, humectant, digeſtionē, & maxime hypochondriacos adiuuant. Incidentibus de exercitatione in laborem peſſime nocēt. Quem laborē quia ad hęc deuenimus, oportet diffiniamus, ſpeciesq; eius dicamus. Labor eſt diſſolutio uirtutis ſpiritualis, & diruptio fumoſæ humiditatis, pungitiuæ, non bonæ, corpus paſcentis. Cuius cauſa aliquando nimium eſt exercitiū & fatigatio, uel de interiori uenit corpore. Curatur, ſi aqua dulci & calida infundatur. Quia aqua calida duo operatur in corpore. Pungitiuum & fumoſum humorem emittit de corpore cum ſudore & fumo de poris exeunte. Alterum, quia dulcem humiditatē & ſaporem corpori preſtat. Galen. Species, inquit, laboris quatuor ſunt, Vna grauat, altera eſt tethinoſa, alia quaſi uulnera dolorosa, quarta incenſiua, ex groſſis, & phlegmaticis humoribus, laborioſe diſſoluētibus, & ebulliētibus, augmentantibus, & corpus implentibus. Qui ſi ſint fortiſſimi, grauatiua ſpecies fit, quæ in motu grauitatem facit nimiam, & ad mouendum pigritiam. Si uirtus poteſtatiua ſuperat, membra tamē iam ſunt plena, fit tentio. Quas duas plenitudinem Galen. uocat. Omne enim implens corpus in duo diuiditur: Virtutem ſi ſuperat, appellatur grauitas. Si uaſa impleat tentio. Alię duę ſpecies ſunt ex humoribus melancholicis, & ebullientibus cum calore exercitij. Ex ſole calefacientibus, ſpecies quaſi uulnera dolorosa conficitur. Hanc habentes quaſi punctūrā acus, uel dolorem uulnerum ſentiunt. Ex humoribus cholericis putrefactis, & febres facientibus, incenſiua ſpecies cōcreatur, quam ſemper febres ſequitur. Hę ambę ex cholericis humoribus infuſione aquę dulcis curantur, Quæ maxime eis ualet, & nutrit febricitantes. Tentio atq; grauitas curātur, ſecundum phlebotomiā, & pharmaciā. Sufficit de ſex neceſſarijs. Accidentia animæ diximus, cū de uino & Orpheo diceremus. Oportet autē medicū meliorare ſuſpitionem melancholicorū, mitigare furorē eorū, & gratificare quod prius habuerint charū. Cōpleuimus cauſam melācholiæ, & quomodo debeamus ſex neceſſaria ordinare. Oportet ergo dici quomodo debeant regi, cum nō accipiant fortē medicinam, poſt medicinam cōpoſitam laxatiuā & ſimilia. Melancholia autē facile curatur, ſi principium inueniatur, neq; de ſtudio, neq; guloſitate, ſiue corruptis cibis comeſtis oriatur. Hęc enim cum longis colligantur tēporibus, curantur difficile. Sed cuius cauſa occaſioni eſt uicina, credimus quod facile ſit ſanāda. Vniuerſaliter dico: Omnis melancholia ad ſanandum eſt dura. Multiplex eſt cauſa: Vna, quia materia melancholia durior eſt alijs humoribus ad ſanandum, & purgandum.

©BIUM

purgandū. Altera, quia mēbra patientia ſunt nobiliſſima, utpote cerebrum, os ſtomachi. Alia, quia accidētia morbū ſequētia, ſunt maxima: Nulla enim accidētia fortiora, neq; moleſtiora mente corrupta. Quarta, quia melancholici ad medicandū ſunt duri, quę peior eſt cauſa cæteris, cum & medicinā fugiant, neq; medicorū cōſilijs adquieſcāt. Vnde medicamina amittuntur, & ars medicinalis adnullat. Vnde Hippoc. in aphor. Oportet aūt nō ſolū prę uidere quę oportet facere, ſed ęgrotantē. Gal. dicit: Si medicus Hippocrati fuerit in medicina ęqualis, & infirmus nō obedierit, nihil ꝓficiet ei. Oportet tamē medicinā dici, ſecūdū regulā artis. Quę enim in eſſentia eſt cerebri, & quę ab inferiore corporis ad cerebrū aſcēdit, regnandę ſunt cū cibarijs frigidis, & humidis, in initio morbi, & in furore ſui. Si accidentia moleſta, & periculoſa ſunt, ſicut acuta ęgritudo, ſunt cuſtodiēdi in lacte emulgendo, & aqua tepida humectādo, ſunt ſternutationes faciendæ. Portas manſionū ſupradictis locis apponēdo, eos aqua tepida infundēdo, ſolutionē cū leni & facili reficiēdo. Infirmitate indurata, & accidētibus quieſcētibus, alia regimina ordinent. Hypochōdriacos nō oportet curari de cerebro, ſed medicādi ſunt ſimiliter cū cęteris medicaminibus capitis. Studiū noſtrū maxime adhibendū eſt in digeſtione. Ordinet dieta humida & ſimpla, quia ille cibus facile digerit, qui in ſubſtātia ſimplex eſt, & humidus, nō diſimilis, nec diuerſus, neq; diſpar in ſaporibus, uel odoribus. Aliquādo dādus eſt cibus calidus, ut digeſtio adiuuet ſicut cibaria acredinē habētia, acuta & parū calētia. Quę neceſſaria ſunt ad dandū in paſſione indurata, neq; tamā aſſiduāda, ne ſanguinē corrūpant. Danda etiam cibaria humida, quę ad digeſtionē faciliora ſunt q̄ ſicca: Similiter calida quàm frigida, & hęc ſunt cibi ordinamēta. Purgatio dicēda eſt, ſed prius de regimēto melancholicorū, dicet. Melancholici ergo aſſueſcant ad pedū exercitia aliquantulū, apparēte aurora, per loca ſpatioſa, ac plana, arenoſa, & ſaporoſa. Si nolunt pedes, in māſuetis animalibus faciant, donec fatigentur, & ſudore corpora infundant. Poſt cibū nō equitent, neq; cōuenit ut ad ſaturitatē comedant, niſi cum ſtomachus omni mala egeſtione fuerit euacuatus. Quod ſi fecerit, calor naturalis euacuat, & ſi ad digeſtionē incitetur, actio animata confortat, quia per exercitia uirtus animi exit ad exteriora, ſicut uidemus cū quis à ſomno expergiſcat. Facile corporis ſupfluitates exeūt, per exercitiorū rarificationes. Poſt exercitia infundantur aqua calida, & dulci. Poſt calidā, aſpergātur frigida ſubito, & pauca. Aqua enim calida infuſa, dulcē humiditatē corpori pręſtat, & diuerſitatē & mutationē tēperat. Vnde balneū duplex corporis eſt medicamentū. Si calidum inueniat, humiditate ſua humectat. Si frigidū, ſuo calore calefacit. Vnde Gal. & Plato ante Galenum: balneū, inquit, in ęſtate, & hyeme, imò omni tēpore iuuatiuū frigidis & calidis natura; & carni maxime quæ alijs mēbris corporis eſt ſuperpoſita, ut alia mēbra tutetur de calore, & frigore cuſtodiat. De calore, propter humiditatē ſui. De frigore, propter calorē. Item, Balneum fumum pungitiuū

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 311 sur 404

©BIUM

expellit, & exercitatio diſſolutã ſuperfluitatẽ cibi deponit, digeſtionẽ adiuuat, ſicut Rufus dixit: Si autẽ cibũ inuenerit in uia ſua, cito ad remota mittit mẽbra. Vnde corpus uelociter ingroſſat. Infundat ergo aqua poſtquã exierit balneũ, quę quatuor iuuamẽta facit corpori: Refrigerat calore balnei cale facta, unde corpus ad tẽperamentũ redeat. Cõfortat corpus, & ſua ui calor naturalis interius ſubito reducit. Quod humiditatis balneũ dedit corpori, aqua frigida corpus immutãdo, & poros claudẽdo cõſtringit. Sudorẽ qui à corpore exire cœperat, & ſub cute remãſerat, expulſiuã uirtutẽ emittere adiuuat. Hęc omnia poſt balneũ facit aqua frigida. Si infirmus ſit fortis cũ balneũ exierit, extergat cum mappa ſubtili atq; molli. Deinde ungat cum oleo frigido & humido, quia duobus modis iuuat unctio: Vno, quia uiſcoſitate ſua, & groſſitudine poros claudit, & quid humiditatis corpus à balneo habuerit, cuſtodit. Alter modus eſt, quia duritiã & aſperitatẽ humectat, quam ſolent habere corpora melancholica. Sępe enim cutis & corpora peſſimã habent aſperitatẽ cũ à balneis exeant. Poſt ueſtiant & quieſcãt: & ſi ſitim habuerint, bibant ſirupũ roſatũ cũ aqua frigida. Poſt paululũ morent. Deinde ſibi parata comedãt, carnẽ, ſiue folia, uel utrũq;, & incipiãt prãdia ab unctuoſis ſiue iure carniũ, ſeu folijs cum bono oleo coctis, ſicut ſeſameleon, fiſticeleon, amygdaleon. Parũ bibant, ſiue uinum mixtũ, ſiue aqua, quia digeſtionẽ contrahunt, cũ in ſuperiori ſtomacho cibũ natare faciunt. Sed tamen eſt danda, ut humectet cibi ſubſtantia. Vinũ enim minorat appetitũ cibi. Aqua frigida ecõtra adiuuat. Nõ debet ergo uinũ bibere aut parũ bibat, & cum cibũ ſenſerit parum digeſtũ. Hypochondriacos oportet poſt cibũ ambulare per decliuia loca, ut alleuiet uirtus corporis portatiõibus, quia corpora naturaliter petũt inferiora: Vnde cũ corpus colles aſcẽdit, ſiue mõtes, deficit animus, & cito fatigat, quia corpus cõtra naturã agimus, & uirtutẽ moleſtamus portationibus. Poſt cibos oportet moueri hypochõdriacos, quia motus poſt cibũ debilẽ ſtomachũ cõfortat, ut ad inferiora cibũ deponat, & inferiori carnoſitate cõſtringat, ut cito digerat. Nec ſolos hypochondriacos iuuat, ſed & ſeniores, & ęgritudinẽ exeuntes, & omnẽ ſtomachũ ad defectionẽ defectum. Cum autẽ poſt cibum expleuerint ſomnũ, ſed tamẽ cibi quantitas duas qualitates expleat, decoqui neceſſe eſt, ut uino locus in ſtomacho remaneat, & uinũ nõ ſpiſſe, nec cum maiori uaſe bibant, ſed cum paruo & hocraro. Vinũ enim cũ maiori uaſe bibitũ, implet ſtomachũ, & cito eum inebriauerit, uinũ natare facit. Si raro & cum paruo uaſe bibãt, ſaporat melius, & digeſtiua uirtus adiuuat, & anima lętificatur. Oportet aũt ſemper aſſiſtere, qui feſtiuiter cũ ipſo poſſit confabulari, & diuerſa genera muſicorũ introducant, ut ebrietas aufugiat. Cũ tamẽ aliquos ebrietas melãcholicos iuuerit, quia ab ipſis, triſtitiã, timorẽ, & ſuſpitionẽ fugauit, ꝓpter nimiũ ſomnũ q ebrietatẽ ſequit factũ eſt. Rufus enim in fine ſui libri ait: Melancholicus inuitatus ad nuptias, multũ uinũ bibit, ſed paulatim. Qd cũ per totũ corpus diuiſum fuerit, animã

lętificauit,

©BIUM

lętificauit,& de infeſtationibus accidentiũ huius paſſionis ſanauit. Qui cum huiuſmodi uini iuuamentum uidit, accedente infirmitate ſæpe eo uſus fuit, donec ex toto euaſit. Si infirmus dormire nequiuerit,fricet̃ mollitie manuali,& cum oleo uiolato,brachijs,cubitis,cruribus,& pedibus ſuauiter,& non fortiter. Quod ſi non ualuerit,& adhuc uigilauerit,ſomniaq; terribilia & timoroſa uiderit,faciamus lac muliebre ſuper caput mulgere,ſternutationes, & ſimilia,ſicut diximus antea. Hypochondriacis ad dormiendum proſunt infuſiones pedum,crurum,manuũ, & brachiorum, cum aqua calida,ut reuocent fumum ad corporis extrema,& aſcendere ad corpus prohibeat,hoc de die in diem faciat. Sufficit de dieta,& ordine in melancholica, ſecundum autoritatem antiquorũ,Galeni,Rufi,& cæterorum. Nunc autẽ oportet dici medicinam ſimplam, non cõpoſitam, quę cholerã nigram purget,digerat, & confortet uentoſitatem,hypochondriacã ſoluit. Apozema ualens ad purgationem cholerę nigrę, melancholicis, impetiginoſis,ſcabioſis,canceroſis,epilepticis de melancholia: Rec. epithymi,croci,ellebori albi & nigri, ana. drach. 50. aquæ calidæ,lib. 10. mitte 33. horis in aqua calidiſſima ſupradicta,& coque ad tertiam. Deinde colata pone in caldaria,adiungens penith, ſacchari,ſapę,de omnibus 7. lib. coque & ſpuma, ut ſecundũ quod oportet ueniat. Dabis bibere, unc. 5. cum pauco amygdalino. Si infirmus ſit ſtipticus,appone,ſcrup. 1. ſcammonij. Hanc medicinam ad minus da ſepties, aut plus 14. intermiſſis tribus diebus. Sirupus ſimiliter melancholicis,leproſis,de cholera nigra incenſa,uulneroſis,canceroſis:Recipe epithymi drach. 100. fumi terrę,lib. 1. mirobalani citrini,drach. 60. aquę calidę,lib. 20. fac coqui ad tertiã,& cola. Deinde appone caſſiãfiſtulã,oxyfœniciã,ana. lib. 1. pruna,croci,ſacchari lib. 5. coque quod ſufficiat,& unaquaq; die tertia,da lib. s. cum ſcrup. 1. ſcãmonij,& paruo oleo uiolato. Bibat ter intermiſſis duobus diebus. Alius ſirupus purgans chymos,qui ſunt inter melancholicos,& cholericos:Rec. mirobalani citrini, drach. 100. pruna. 200. aquę calidę, lib. 20. coque ad tertiam,cola,& de ſirupo roſato 7. lib. pone,& ad ſufficiẽtiam coque. Damus unc. 5. cũ ſcrup. 1. ſcãmonij, & ſi paſſio ſit in cerebro,uel alopętia, addat̃ unicuiq; potioni de hierapiera exagiũ unũ. Alius ſirupus hypochondriacis proprius:R. epithymi, drach. 100. uiolę,abſinthij,añ. drach. 1. mirobal. drach. 21. caſſięfiſt. calami,drach. 20. aquę calidę,lib. 21. coque ad tertiam,cola,& adde de ſirupo roſ. lib. 7. & ſufficiẽter coques. Dabis unc. 4. adde ſi uelis ſcrup. 1. ſcammonij, & da 24. potiones Alius ualens naturali melancholię:Rec. ellebori nigri,drach. 100. mirobalani,chebuli, epithymi, ana. drach. 40. pruna,200. maſtichis,roſę,ana. drach. 20. aquæ calidæ,lib. 20. coque ad tertiam,& colato, adde libras ſeptem,olei roſati, & coque ſufficienter. Da bibere unc. 4. cum pauco oleo roſato, tribus diebus intermiſſis. Hæc non dabis niſi groſſo & melancholico diu & naturaliter frigido.

Apozema

©BIUM

Apozema ualens ad purgandos humores phlegmaticos & melancholicos, epilepticos, hypochõdriacos, ſi phlegmatici fuerint: Recipe epithymi, drach. 100. colocynthæ, drach. 50. agarici, drach. 30. aquę calidę, libras 8. dimitte in aqua per dies ſeptem, & immitte maſtichis piſtati, drach. 10. redde ſoli per tres dies. Dabis unc. 2. cũ ſambuceleo tribus diebus interminis. Sic facies dum neceſſe fuerit. Sirupus ualens hypochondriacę uentoſitati. Recipe polij, calamenthi, hypericon, ana. lib. 1. aquę calidę, lib. 26. coque ad tertiam, pòſt dimitte ad ſolem per dies ſeptem, cola, & da bibere, unc. 3. cũ ſambuceleon, & amaro amygdaleon, & oleo nardino. De omnibus duo exagia, & immitte, drach. 7. de puluere hierępicrę, & fac inde 14. potiones, aut amplius per tres ſeptimanas, nec dabis bibere niſi prius mundificaueris corpus cum alijs potionibus præcedẽtibus, quibus cholera nigra purgetur.

Apozema ualens uẽtoſitati hypochondriacę de cholera nigra & phlegmate, cõſtipationẽ uiſcerũ & uenarũ aperit, ſuperfluitatẽ diſſoluit, chymos groſſos ſubtiliat, duritiã epatis, ſplenis, matricis alleuat, cholerã diuturnã adiuuat: Rec. marathri radicis, apij, ana. drach. 20. centaureæ, drach. 10. aniſi, caſſięfiſtulæ, añ. drach. 7. aquę calidæ, drach. 8. coque ad tertiã, & bibat cũ ſambuceleo exagia duo. Aliud: Rec. marathri, radicis apij, añ. drach. 20. aniſi, drach. 10. ſquinãti, caſſięfiſtulæ, añ. unc. 1. uuę paſſę, drach. 20. aquæ calidę, lib. 10. coque ad tertiã, cola, da bibere cũ amygdaleo quantum oportet.

Aliud: Rec. marathri, apij radicis, drach. 10. ſeminis marathri, drach. 5. folij, drach. 4. ſpicę, drach. 2. aniſi, drach. 3. carpobalſami, croci, drach. 5. coque in 4. lib. aquę uſq; ad tertiã, cola. Dabis unc. 3. cum duabus drach. amari amygdalei. Bibant tribus diebus interpoſitis, quo adimpleantur 14. dies. Humectet corpus his pilulis: Rec. turbith, drach. 2. hierępicrę, drach. 1. fac pilulas cũ oleo nardino & ſucco marathri, da ex eis tres. Aliud ualens ad choleram nigram: Rec. polij, calamenthis, ana. drach. 5. coque ad medietatem in tribus lib. aquę calidę, da drach. 4. cum amygdaleo uel ſambuceleo.

Aliud ad inflationẽ hypochondriæ: Recipe ſucci calamenthi, marathri, æquale pondus coque in aqua calida, cola, da bibere unc. 6. cum drach. 3. amygdaleo. Succus polij idẽ facit ſi cũ ſirupo uiolato bibat. Succus ameos ualet ad cholerã nigrã. Similiter calamẽthi, hyperici, mentæ, ſyſymbri, marathri, chamędreos, chamępitheos, ſiſeleos, ameos. Hi omnes pondere cochleariũ cum amygdaleo colati multũ ualent. Aliud apozema ualens: Recipe ameos, calamenthi, ana. drach. 5. epithymi, drach. 20. aniſi, apij, anethi ſeminis, ana. drach. 3. rheumbarbari, drach. 5. Hæc omnia in 7. libris aquæ coque ad tertiam, cola, & da unc. 4. cum exagio uno hieræpicræ, & exagio uno amygdaleo, & duabus, unc. ſirupi roſacei.

Librorum de melancholia finis.

Conſtantini

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 314 sur 404

©BIUM

CONSTANTINI AFRICANI MEDICI, DE COITV LIBER.

Reator uolens animaliũ genus firmiter ac ſtabiliter permanere per coitũ illud ac per generationem diſpoſuit renouari, ut renouatũ ex toto interitũ non haberet. Ideoq; compleuit animalibus naturalia membra quę huic operi apta forent, & propria, eisq; tam admirabilem uirtutem, & amabilem delectationẽ inſeruit, ut nullum ſit animalium, quod non uehementer delectetur per coitum. Nam ſi animalia abhorrerent animalium genus pro certo perirẽt. In tantũ enim naturaliter coitus ineſt animalibus, ut per multa tempora impeditus cum explẽdi poſſibilitas affuerit, penè omni ratione poſtpoſita fiat. Fitq; coitus per duo animalia. Per unum enim ſemen emittitur, cui aliud obuiando, in ſua concauitate illud recipit, undique clauſa, ne ex aliqua parte poſſit diffundi & diſpergi. Tria uero ſunt in coitu: Appetitus ex cogitatione phãtaſtica ortus, ſpiritus, & humor. Appetitus ab epate, ſpiritus à corde, humor à cerebro. Nam cũ delectabilis motus ſit in coitu, per motũ omnia membra caleſcũt, & per calorem ęqualiter humor qui eſt in cerebro, & ęqualiter attrahit̃ per uenas, quę poſt aurem ducũtur ad teſticulos, & inde per uirgam in uuluam iacitur. Nam ut Hippocrates dicit: Quibuſcũq; uenę quę poſt aurẽ ducuntur exciſe fuerint, ſemine nõ effuſo gignere nõ ualent. Si uero aliquod emiſerint, non eſt ſemẽ, ſed aquoſus humor, unde nullus cõceptus fieri poteſt. Sed quoniam alij uirgam tendũt, & nimis coẽuntes ſemen emittere nõ ualent. Sunt & alij qui ſemen emittunt, & non ualentes, & uirgã non tendunt. Et alij ſunt qui nec appetunt, nec uirgam erigunt, nec ſemen emittunt. Quare iſta fiant, dicemus. Cum igitur appetitus in epate oritur, ut dictũ eſt, mouetur ſpiritus à corde, qui per arterias deſcendẽs ad uirgã, concauũ uirgæ replet, & replẽdo more uteri in durã rigiditatẽ tendit, ſed ſemen emittere non ualent, dum ſeminalis humiditatis fuerit indigentia, ac defectus in cerebro. Cũ uero ſuperabundauerit hæc humiditas in cerebro, & fuerit defectus & indigẽtia uẽtoſitatis in corde, ſemen emittit̃ etiã à nolẽtibus, ſed & uirga nõ tenditur. Cum uero utrũq; fuerit indigẽtia, ac defectus, nec uirga ualet intendi, nec ſemẽ emitti. Illi uero qui hęc integra habuerint coẽũtes ad generationẽ proficere ualent, & deducit̃ eis ſemẽ à cerebro per uenas, quę poſt aures deſcendũt, & per eas in ſpinalẽ medullã immittit̃, & à medulla in renes, & à renibus, ad clunes, & à clunibus p uirgã emittũt, nõ quidẽ urinali uia, ſed alia ſeminis ſcilicet propria. His itaq; ſic prælibatis, dicendũ eſt quid ſit ſemen, & qualiter Galen. illud diffinierit. Dicit enim: Semẽ eſt ſubſtãtia humida, & pura, & calida, unde fit

©BIUM

de fit homo. Itẽ, Semẽ eſt ſpiritus calidus, currẽs, & currẽdo implens humida corporis, effectum ſeminalem faciens illi unde proceſſit. Item Galenus de ſpiritu & cura membrorum: Semen eſt ſpiritus & humor ſpumoſus, Spumoſus autem fit humor per motum, ſicut eſt uidere in tempeſtate maris. Declaratur autem ita eſſe, quia poſtquam ſemen proijcitur, copioſum apparet, & poſt modicum nimis diminuitur, & non remanet integrum, ut ſputum, aut mucus, quia hęc ſunt liquida & cruda. Semen autem eſt coctũ, & denſum, quod cum ceciderit in locum proprium plenũ in tali ſpiritu formatur in hominem. Si uero ceciderit in locum non proprium, ſpiritus euaneſcit ab eo & diſpergitur. Nunc uero dicendum eſt ex quibus cauſis fiat ſemen. Quando ſit ſuperfluũ, & minus, & temperatũ. Moderate uero calidũ, & humidũ, temperatum. Et quia teſticuli ſunt de principalibus mẽbris & fundamentis, colligũt ſemen & mutant, & quia proximi ſunt, uirgæ tranſmittũt. Natura quorũ à nobis eſt tranſcurrenda. Virtus eius ſeminis aut eſt tẽperata, aut eſt diſtẽperata. Quodſi teſtium natura ſit calida, & humida, & temperata, temperatũ erit ſemen: ſi uero fuerit diſtẽperata, erit inutile. Diuiditurq; qualitas duobus modis, in ſimplicẽ ſcilicet & cõpoſitam, ſicut qualitas totius corporis. Simplex eſt præminens & prępotens, ut calor, humiditas, ſiccitas, frigiditas. Sed ut antiqui dixerunt, mutatur ſemen per has quatuor qualitates. Calidum enim reddit ſemen, ſubtile, & aquoſum, ſoluendo, & extenuando. Frigidum uero reddit ſemen ſpiſſum, & groſſum, coadunando, & condenſando. Siccum uero reddit ſemen modicũ. Humiditas uero copioſum & multiplicatum. Ex his uero qualitatibus ſi iuncte fuerint, ſex alię procedũt, ſicut eſt in omnibus corporibus quatuor congrue, duę uero uitioſę. Quatuor aũt ſunt, calor, & humiditas, calor & ſiccitas, frigiditas & humiditas, frigiditas & ſiccitas, quę ſunt utiles. Duæ uero inutiles, calor & frigiditas, humiditas & ſiccitas, quę ſibi adinuicẽ repugnant. Et quia ſemen tenue fit ex calore, & denſum ex frigiditate, & modicũ ex ſiccitate, & multũ ex humiditate, ut diximus ex his quatuor fiunt alię quatuor, utiles, tenue & multum, denſum & multũ, tenue & modicũ, denſum & modicũ. Repugnãt enim ad ſe inuicem ex omni parte. Horũ exemplum eſt in libro quem de elephantiaſi cõpoſui.

His ita dictis, dicemus in primis de his hominibus qui fortes ſunt, & prętalentes ad emittendum ſemen. His nimirum teſticuli ſunt calidi & humidi temperate. Verbi gratia: Si fuerint homines multũ uinũ bibentes, abundant in appetitu, & ſemine. Similiter ſi fuerit uernum tempus quod eſt calidum & humidum temparate. Calor enim auget appetitum, uelut maſculinum. Frigiditas autem diminuit appetitum, & reddit fœmininum. Si igitur natura teſtium fuerit calida, multus erit appetitus luxurię, & plures gignuntur maſculi, & tempeſtiue oriuntur pili circa pectinem, & circa reliquũ corpus, Si frigida, effœminati erunt homines, & appetitus deeſt, & pili oriuntur

tarde

©BIUM

tarde,& pauci circa pectinẽ,& ilia. Si uero fuerit ſicca, modicus erit appetitus,& modicũ & debile ſemen. Quod ſi fuerit humida,ſemen redditur multum,& pili oriuntur plani,& molles. Hæc de ſimplici natura teſtium. Si uero corpora fuerint calida & humida,ex calore magnus erit appetitus, & pili multi ex humiditate, erit ſemen multum, & concubitus multus ſine leſione,nec poterit intereſſe abſtinentia, ſicut Galenus dicit: Si autem calida ſint & ſicca, erit ſemen modicum ex ſiccitate,& delectatio magna cum emittit, filijq; plures maſculi, & appetitus magnus, & frequens in initio pubertatis, & multiplicantur pili circa pectinem uſq; ad umbilicũ,& uſq; ad medium coxarum,& nimis deſiderant coire,& cito ceſſant, quod ſi ſteterint,leduntur. Si uero ſint frigida & ſicca,non erit appetitus ex frigore,& ſemen erit modicum ex ſiccitate. Quod ſi fuerit frigida, & humida, appetitus erit modicus ex frigiditate,& pili oriũtur tantum circa pectinem, filiiq; naſcuntur plures, & ſemen eſt copioſum ex humiditate, & pollutiones frequentes in ſomno, quia multa humiditas feſtinat ad exitũ ſuũ, ſine magna delectatione,& mouetur ad ſeminis effuſionem. Fiunt quoq; pollutiones cum ſpecies fœminarũ in ſe placuerũt, & in ſomno reducte ad memoriam pollutiones cõmouent, ſed iſtæ pollutiones non ſunt ex humiditatis abundantia,ſicut illæ. Signa uero hęc quæ diximus de natura teſtium conſiderandæ ſunt in toto corpore.

Antiqui dixerunt eſſe teſtes de principalibus mẽbris. Hippocrates enim & Galenus dixerunt: Quod à teſticulis uirtus prępara toti corpori. Sicut cerebrum parat uirtutem mobilem,& ſenſibilem uirgæ. Cor per arterias uirtutem erigendi,& feruorem. Virtus autem eſt quæ à teſticulis paratur toti corpori,& ideo ei qui eunuchizatur,nõ oritur barba, nec eſt piloſus,& ue nę ẽius ſunt quaſi uenę fœminarum,& fit ei appetitus libidinis. Dictum eſt autem, quod calor ſit cauſa maſculinitatis, & frigus fœminitatis, & quia ita eſt,membra dextra generant maſculos,& ſiniſtra fœminas. Dicit enim Hippocrates: Ipſa membra adinuicem auxiliari. Refert quoq; Galenus: Nõ eſſe mirum,ſi calor dextri teſticuli & dextrę partis matricis, maior ſit calore ſiniſtri teſticuli,& ſiniſtrę partis matricis, quia uiciniores epati, & nutriũtur ſanguine puro,& claro,& ideo à dextris oriũtur maſculi,& à ſiniſtris fœminę. Ait quoq; Hippocrates: Si puer in tẽpore pubertatis uiderit ſibi dextrũ teſticulum maiorem, ac progenerabit maſculos. Si uero ſiniſtrũ, fœminas. Præcepit ergo ipſe ſic ad intuendum in tempore, quo puer pubeſcendo firmatur,& uox commutatur,& groſſa fit. Fit aũt hęc duobus de cauſis: Vna de fœmina, altera de maſculo. Si enim ſemen calidum ceciderit in os matricis, & acceſſerit ad ſiniſtram partem,generabit fœminam: & ſi acceſſerit ad dextram,efficit maſculũ. Euenit aliquotiens ut uirtus caloris uincatur. Quidam enim medicorum dixerunt: Si ſemen quod proceſſit de detra parte,ceciderit in ſiniſtram partem matricis, efficit maſculum,& effœminatum. Et

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 317 sur 404

si illud quod processit ex sinistra parte ceciderit in dextrã, efficiet fœminam masculinam. Præter hoc tamen potens est deus concedere cui uult masculos, uel fœminas procreare, ut ipse uoluit. Hoc autem diximus pro calore & frigiditate. Post hæc dicemus quæ prosunt semini & quæ nocent. Antiqui dixerunt in libris suis: Res quæ conseruant sanitatem, sunt exercitium, balneum, cibus, potus, somnus, & coitus. Nobis itaq; dicendum est qualiter coitus proficiat, & qualiter noceat, & qualiter debeat fieri, & quo tempore, & quid in fine cõtingat, multum utentibus. Dicit enim Galenus in libro artis, cum retulit quę Epicurus dixerit: Quod nullus qui nõ coierit, sanus erit. Veraciter utilis est coitus, & proficiens ad salutẽ, & ostendit quibus prodest, & quibus non, qualiterq; fieri debeat. Ait namq; quando fieri conuenit, & quando per interualla agendus est, ut nihil læsionis sentiat inde operator. Nam si piger & debilis coierit, postea magis corpus alleuiatur, quàm prius, & animus eius leuior, quàm prius fiet. Est aũt hora coẽundi congrua, quando corpus fuerit in temperamento exteriorum omnium, scilicet ut uero sit plenum nutrimento, nec uacuum, nec frigidum, nec calidum, nèc siccũ, nec humidum, sed temperatum. Si uero errauerit ab hac ratione, & coierit calidus, melius est quàm si fuisset frigidus, meliusq; satur q̃ ieiunus, meliusq; humidus quàm siccus, & si ante somnũ quàm post. Quod si postea dormierit, quiescit, meliusq; inde erit uirtuti. Declarat hoc rursus cum dicit: Si secundum hoc quod diximus fuerit coitus, melius erit conceptioni, & fœtui, meliusq; erit uiro si sic fiat & mulieri etiã. Quia cum dormierit postea, mulier melius continet semen, & hæc fiant secundũ naturã absq; doctrina. Vniuersaliter ergo melius est coire, secundũ quod diximus. Et si quis coierit circa mediam noctẽ, peccat, quia cibus est semicoctus. Similiter autẽ si fit circa matutinum peccat, sed antequã comedat, & exibit tenue omnino digestũ. Quidã uero medicorum dignoscentes, quia si quis cibo repletur antequam ex toto digeratur coierit, decreuerunt, si ex tali coitu fœtus membris omnibus completus fuerit, nisi habuerit magnum caput, aut aliud aliquod, mente diminutus erit. Et ideo diximus: Quoniam qui coierit antequam cibus sit digestus, peccat. Et circa matutinum etiam non cõuenit propter causam quam supra diximus. Et quia necesse est debilitatem subsequi post coitum, propter hoc laborare, postea in aliquo non conuenit. Patet ergo ex his quia coitus melior est ante somnum, quàm post somnum, quia cum dormierit à laborare quiescit. Et si quis circa matutinum coire uoluerit, post coitum faciat astringere corpus, ut ad laborem possit esse ualidũ. Nunc dicendũ est quibus prosit coitus & cui noceat. Dicimus quia duobus modis prodest. Et quod Galen. dixit in libro in commẽtarijs in libros Hippocratis uulgarium morborum: Vnicuiq; cui superabundat phlegma uiscosum, fueritq; ei robur uiriũ, & illi cui abundat fumus acutus, exhalans, qui sua natura infestat temperantiam

corporis

corporis,his quidem prodeſt.Prodeſt autem illi cui ſuperabundat phlegma non uiſcoſum, ſi fuerit robuſtus, quia euacuatur humor per coitum: & raro fiat, quia calor, qui fit ex frequenti motu coitus, cõdenſat & deſiccat. Et ſi uirium fuerit debilitas cum ſupradicto phlegmate, ſi frequenter coierit, ual de nocet, quia conuertetur corpus in ultimam frigiditatem & debilitatem. Si quis uero quęſierit cur diſtantiam fecerimus uirtutis fortis ac debilis, dicimus quia habenti fortem uirtutem prodeſt. Debilem uero habenti, nocet, quia corpus eius uertetur in ultimam frigiditatem & debilitatem. Galenus enim aſſerit: Quod coitus frequẽs deſiccat corpus, diſſolutũq; reddit. Quidam uero putant quia coitus non calefaciat corpus, ſed ſemper infrigidet. Sed cum fuerit uirtus, & naturalis calor fortis, calefacit corpus. Cum uero uirtus fuerit debilis, calefacit dum fit: Poſtquam uero expletus fuerit, fortiter infrigidat. Ideoq; diſtantiam inter fortem & debilem uirtutem fecimus, & diximus fortem habenti uirtutẽ prodeſt, quoniam calefacit eum, & nocet habenti debilem uirtutem, quoniam infrigidat eum, ſicut dicit Galenus.

Vtilitas uero coitus alterius eſt partis, id eſt, cui abundat fumus qui infeſtat temperantiã eius. Nam ſi incluſus fuerit humor ille in corpore, & non fuerit ſolutus, magnã læſionem facit. Sed ſi coierit, ſoluentur ſuperfluitates, & quieſcit corpus, & infrigidat, & adiuuatur, ſi non fiat frequẽter, niſi cum fuerit neceſſitas, ſecundũ quod oportet. Diximus enim quod coitus prodeſt duobus modis. Rufus uero ait: Quod coitus ſoluit malum habitũ corporis, & furorem mitigat. Prodeſt melancholicis, & amentes reuocat ad noticiã, & ſoluit amorem cõcupiſcentis, licet cõcumbat cum alia quam concupiuit. Ideoq; ait Galenus: Omne animal agreſte furibundũ eſt antequam coëat: Poſtquam uero coierit, fit magis domeſticũ. Dicit uero Hippocrates: Habenti ęgritudinem in augmento, coitus ualde nocet. Quia uero ad hunc ſermonem uenimus, oportet oſtendamus cauſam unde oritur debilitas animaliũ, & propter quã occaſionẽ cõtingit aliquibus hominibus in hora coitus rigor & triſtitia: Quibuſdã uero tremor, alijs malus odor, alijs incoëundo uenter inflatus, alijs ſuperuenit quaſi ſtridor, alijs etiam poſt coitũ dolor capitis. Dicimus itaq; quia humor, qui ſolutus à corpore in hora qua ſemen proijcit, ſubſtantialis eſt, & habet eſſentiã à mẽbris, & nõ eſt ſicut humor qui procedit in euacuatione, quia hic eſt accidentalis, qui ſuperabũdans mẽbris ſoluit. Similiter ait ipſe in libro fœtus. Quãdo emittitur ſemen cũ uoluntate noſtra, multotiẽs ſuperuenit debilitas. Volens nos hoc dicto docere, quia ſemen ex eſſentia membrorũ ſanorum eſt, & ex eo humore cõſtant membra. Sciendũ uero quia à ſanis mẽbris, ſanum procedit, & ab infirmis infirmum. Similiter quoq; dicit Galen. in libro ſeminis, cum loqueretur de coëuntibus ſuperflue, nõ procedit tantũ à mẽbris ſolus humor, ſed etiam ſpiritus uitalis exit cum ſemine per arterias. Et quia ita eſt, non eſt mirum ſiquis ſuperflue

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 319 sur 404

©BIUM

concubuerit, ſi debilitetur. Nam cum euacuatur corpus illis duobus, & inſti terit appetitus, & delectatio ſola habetur, euentatur uitalis ſpiritus, & ideo multi mortui ſunt. Et quia ita eſt, non eſt mirum dicere. Galen. ergo manife ſtat, quoniam quæcunq; animaliũ ſuperflue coierint, cito morientur, & quę parum coierint, diutius uiuent. Et propter hoc eunuchi diu uiuunt, & hoc ideo quia nõ poſſint cõcumbere, quia neruus qui erigitur eis abſcinditur, & non deſcendit ſemen, ſecundum quod cõſuetum eſt. Galen. dixit: Hanc eſſe cauſam longę uitę eunuchorum. Vnde apparent furibundi omnibus eis lo quentibus, quia omnis cõmotio animi, emiſſione ſeminis placatur, ſecũdum quod diximus Rufum dixiſſe, & ex proprietate commotionis eorum uultus fiunt turbidi, ſicut & habitus ipſorũ. Et ideo inuenimus animalia ante coitũ furibunda, poſt coitum domeſtica, propterea animalia multũ coẽuntia parũ uiuũt, & quia hoc per animã, & naturam quæ appetit & delectatur. Per na turam uero, quia ferueſcit in hoc. Et quia plurimũ cõmouemur in coitu, ſol uitur quidẽ plurimũ de ſpiritu animali, & de ſpiritu naturali. Nos etiã dixi mus uerba Galeni quæ habuit ſuper hę, & expoſuimus ea. Itẽ diximus quid de hoc dixerint antiqui. Cauſa uero ex qua rigor & triſtitia accidit in coi tu, ex mala cõmutatione eſt humorũ, & propter calorẽ ſuperuenientẽ in ho ra coitus, quia omne corpus quod malos humores habet, ſi de repente cale factum fuerit, rigeſcit. Et cum ſuperuenit rigor ſuperuenit triſtitia. Quibus uero ſuperuenit tremor, fit ex malitia ſuperfluitatis. Quibus autẽ fœtor ſu peruenit in hora coitus, fit ex cõmixtione putrida quæ in tẽpore ſoluitur coi tus propter calorẽ. Quibus aũt inflatus uenter, declaratur quia naturalis ca lor eſt debilis, & cauſa hæc & infirmitas eſt ex melancholico humore, cõtin gitq; eiſdẽ ut ſemper appetãt coire, propter multitudinem uentoſitatis quæ cõmouetur in hora coitus. Et quia continetur introrſus, accidit ei ſonitus & rugitus. In quibuſdã uero quaſi quidam ſtridor auditur exterius. Quibus ue ro contingit dolor capitis poſt coitum, cauſa eſt, quia aſcendit ad caput per cõmotionem fumus ex humiditate ſanguinis & ſuperfluitatibus corporis, & ex mala cõmixtione, & hæc eſt ſententia Galeni, quam inſeruit in expoſi tione libri Hippocratis uulgarium morborũ. Nos autem breuiter explẽtes quę neceſſaria ſunt huic negotio, reuertemur ad ea quę coitũ prouocãt. Sed quia diximus quia ſunt quidã qui non poſſint coire, appetunt autẽ, & expo ſuimus cauſam quare ab appetitu ipſorũ ſeperentur, de cibis generantibus ſemen, & extinguentibus, oportet nos ſcire, quę ſunt nutrimenta quæ gene rant ſemen, & quę extingunt, & quę ſtimulant appetitũ, & quę prohibẽt, & quæ generant ſemen, & ſtimulant ad coitũ, & iterũ quę ſunt illa quæ deſic cant, & diminuunt ſemen, ſi homines abſtineant à contrarijs & utãtur cõtra rijs, quę à nobis oſtendenda ſunt breuiter. Ab antiquis declarata ſunt nu trimenta quę generãt ſemen, & extingunt, & quę ſtimulant appetitũ & quę prohibent.

Commotio animi emiſſione ſeminis placatur ſ.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 320 sur 404

©BIUM

prohibent,& quę generāt,& attrahunt, quod nō erat:quę uero prohibēt & extingunt q̄ erat,quę accēdunt appetitū ad coitum. Quę uero repellūt, his cōtraria ſunt.Generāt aūt ſemen quę nutriūt & inflant, quę quidē aſſimilan tur ſeminis eſſentiæ. Nutrimēta uero quę hoc generāt ſemen,& ſi de tribus nō habuerint,ſaltē duo uel unum habeant. Nutrimēta uero quæ multū nu triūt,generāt ſemen.Quę uero nō multū nutriūt,nō generant.Dicimus etiā quia natura ſeminis conſtat ex humore & ſpiritu,& fit ex humiditate nutri mēti,& oportet eſſe nutrimēta quę generāt ſemen,multū nutrientia,& uen toſitatē generātia,& hęc cōueniunt ſeminis eſſentię.Et quę quidē utraq; hęc nō habuerint,ſi tamē q̄d horū habuerint,auxiliant,ſiue per calidū extrahāt illud,& uaſibus occultis extrahāt,& extrinſecus ferant, ſiue nutriētibus cō miſceant,& ex his tria fiāt.Similiter cū uolumus nutrimēta prępārare ꝑprie ad hoc cōuenientia faciemus eis hęc tria.Poſſumus uero habere in his duo ſiue unū:dicimus enim quia cicer tria poſſidet.Nutrit enim multū,uētoſita tem generat,& eſt calidū & humidū, & hoc ſolum naturale generat ſemen, propinquat enim ei quę arabice dicit exice,maxime ſi cōmiſceant ei medul le oſſiū.Similiter & rapę ſi uolueris cōmiſcere duo nutrimenta hoc modo fa cias,quoniā fabę nutriunt,& uentoſitatē generāt,tamen quia nutrimēta eo rum frigiditati collimitāt,uno carent,& duo poſſidēt:piper uero longū,zin giber,piper nigrū,& his ſimilia tantū calida,nullumq; eorū attingentia,quę ſunt genus ſeminis.Si tamē horū aliquid fabę cōmiſcueris,efficit nutrimen tum quod generat ſemē,quia hęc tria poſſidet,& ſecundum hunc modū ex duobus unū cōponatur nutrimentū cōſiderando uniuſcuiuſq; q̄d diximus.

Nunc uero dicēdę res quę generant ſemen,& extrahunt,ſicut ſunt nutri mēta,quę diximus, piper,polipi,pineę,ficus, recētes carnes,cerebella,& ui tella ouorum. Sunt etiā in his, teſticuli uulpis,id eſt,ſatyrion,quia accendit Satyrion libidinē,Dicit etiā Dioſcor.quia hęc radix dum manu tenet, uenerē ſtimu lat,& ſi cum uino bibita fuerit,amplius accendit. Similiter zingiber uenerē zingiber cōmouet,& accēdit,& been rubeū & albū, & coſtum dulce,& crocus orien talis,& lini ſemen cū melle coctū,addito pipere abundāter comeſtū. Vrticæ Vrticæ semen ſemē multū tritū,& cum melle coctū, idē facit,& à frigiditate corpus cōſer uat,& fortiter accēdit uenerē.Cardamū,aniſum,& his ſimilia.Et horū quę Lini semen. dam ſunt nutrimēta,quędā medicamenta,& curabis per hęc cōraria. Quia cōtraria cōtrariis curant./ Hæc uero ſunt quę nō generant ſemen,ſed de ſiccant, & diſſoluūt uentoſitatē,ſcilicet quicquid eſt calidum & ſiccum,ſicut anethum,ruta,& his ſimilia,& ideo Rufus rutam cōtrariam ſemini eſſe ait,ſi abundanter comedat.Sed utilis eſt quia excitat appetitum ſtomachi, & uri nam mouet.Hæc uero quę impediunt,& prohibēt ſemen,& denſant,& ex tinguūt libidinē ſunt nutrimenta frigida, ſicut ſunt lactucę,portulacę,& cu curbitæ,betæ,moræ celſi,citroli,cucumeres,melones,& quicquid eſt frigi

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 321 sur 404

©BIUM

dum,& hu.ut piſces,& ſimilia.Quicquid uero eſt frigidũ,& ſiccũ,cõprimit uenerẽ,ut ſumac,acetũ,uuę amaræ, & ſi quis uoluerit duo uel tria ex his cõmiſceri,ut extinguatur ſemen, & libido cõprimatur. Hoc aũt fortius eſt ad cõprimendũ appetitũ coitus. Si lenticulæ coquãtur cũ ſemine lactucę,& eli xatura eorũ bibatur,& extinguit appetitũ libidinis. Ad idem: Accipe ſemẽ portulacę agreſtis,& da ad comedendũ cum opus fuerit. Similiter ſumãtur ſimplicia & cõpoſita cũ opus fuerit. Nunc uero dicendũ de medicamẽtis quę proſunt nõ ualentibus coire,& quia cõpoſitę potiones inueniunt proficientes ad coitũ, & inueniunt apud diuites & pauperes, ſicut eſt elect. nucis muſcatę,triphera magna,& nuces cum melle,& ſatyrion cũ melle,& zingiber cõdîtum,& ſirupus nucis, & ſirupus mellis,& ſirupus uuarũ paſſarũ,& his ſimilia. Iſta prętermittimus,quia in manibus multorũ inueniũtur, & dicimus quę experti ſumus,& quibus uſi ſunt autores noſtri,quæ cito operant, & leniter perficiũt effectũ. Nõ minus etiã alia quę ſi affuerint cũ ſupradictis potionibus adaugẽt libidinẽ,ut cor otioſum quotidiana lætitia. Electuariũ probatũ quod auget libidinẽ:Rec.ſeminis aſparagi,ſatyrionis,drach.5. buzarãgę,rubei & albi,been albi, zingiberis,drac.3.ſeminis rapę,ſeminis erucę,ſeminis radicis,dauci,urticę ſeminis,ceparũ ſeminis,drach.2.ſcyllę aſſæ, umbilici,drach.3.cardamomi,drach.7.linguę auis,drach.1.ſacchari,drach. 20.tere & dabis drach.4.cũ elixatura ſiliginis,aut lacte,aut mulſa. Aliud ad idem: Accẽde radices dauci domeſtici,& proiectis interioribus tere diutiſſime,lib.1.arabicam,& pone in frixorio ſtagnato,& ſuperadde unc.1.olei ſeſamini,& cõmiſce, & poſt parũ depone ab igne,& ſupermitte galãgę,drach. 2.ſeminis erucæ, piperis longi, cinnamomi,gariophylli, abſinthĩ,ſeminis herbæ feſeſſę, ſeminis rapę,& ceparũ, dauci,drach.2.& cõmiſce diligẽter, & ſi uoluerit tingere colorẽ adde croci drac.2.poſtea recõde in uaſe uitreo, & cum opus fuerit,utere. Electuariũ quod fecimus cuidã iuueni coire non ualenti:Rec. aſparagi ſeminis,lini ſeminis,papaueris albi,ſeſami purgati,farinę ciceris,fabę,amygdalę dulcis,unc.1.piperis,ſeminis urticę,aniſi purgati,drach.4.penith,unc.3.tere & tẽpera cũ melle,aut cum uino ſi patiens febrierit.Da ad modũ nucis mane & fero. Elect.quod compoſuit Iſaac ad augmentũ coitus optimũ: Rec.platocymini,erucæ, drach.10.zingiberis,15. ſatyrionis,drach.10.pineę mũdatę,drach.20.aniſi,drach.7.tere & frica diutiſſime,cũ butyro,& tẽpera cum melle. da drach.5.eunti dormitũ,& poſt bibat ſirupũ de baucia,aut elixaturã eius, & ungat uẽter eius, & teſticuli, cum oleo ſambuco,in quo coctũ eſt pyrethrũ. Item, Quod alĩs qui coire nõ poterãt feci,Gariophylli,drach.3.cũ lacte mane bibat. Auget etiã libidinẽ lac uacciniũ quotidie mane ſumptũ. Elect.quod compoſui frigidis & humidis coire nõ ualẽtibus:R. zingiberis,pyrethri,aniſi,carui,drach.6.ſeminis elleborí,ceparũ,erucę,ameos,drach.4. piperis lõgi,nigri,olei nucis, drach. 2.

mellis

mellis quantū ſufficit. Pilulę quę augent libidinē & ſeminis probatę. Rec. fœnudraſti, erucę, unc. 2. tere & collige cū lacte uaccino, & fac pilulas in modū fabę, & da tres unoquoq; mane, & cū uoluerit coire, ante ungat corpus cum aceto, & oleo, & ſucco ſtrigni ſimul mixtis. Pilulæ ad idem: Rec. ſeminis ceparū albarū, teſticulos uulpis, cerebella paſſerū, olibani ęqualiter, tępera cū aqua calida, & fac pilulas in modū ciceris & da 7. mane cū uino nō plus, quia ſi plus, deficiet ſub eo mulier. Sed ſi uoluerit extinguere libidinē, bibat faſciculū rutæ, tritæ cum aqua calida. Aliud medicamen quod accipiat ante coitum, quia mirabiliter ſtimulat: Accipe cerebella 30. paſſerū maſculorum, & ſolues diutiſſime in catino uitreo, & ęqualiter accipe de ſeuo quod eſt circa renes hirci ſtatim interfecti, & ſoluatur ad ignem, cui addātur cerebella, ſuperaddatur etiam mel quantum ſufficit, & patella cōmiſceatur, & coquatur donec indureſcat, & fac pilulas in modum auellanæ, & da unam ante coitū. Aliud probatū: Accipe ſuccum radicis balauſtię, & aqua ubi antea infuſum eſt cicer, & elixatum, & mel ęqualiter, coque lento igne ad tetriam, & deſpuma illud, & colatū accipe. Quidā uero addunt ſpecies ſupraſcriptas. Aliud quod auget ſemen, & roborat uenerem: Accipe libram lactis, & lib. aquę, coque donec euaneſcat aqua, & remaneat lac, & ſupermitte duo cochlearia de butyro uaccino & duo mellis, quod bibatur per tres dies. Sed ante accipiendum eſt de ſatyrion cōfecto cum melle aut baucia, & deſuper uinum bibendum, ſic faciendū eſt per 20. dies. Item galanga commaſticata ſtimulat libidinem. Satyrion fricata, & cum uino bibita idem facit. Dicendum nunc eſt breuiter de his quæ extrinſecus apponēda ſunt, & ſic liber claudatur. Vngatur uirga & teſtes & renes & in circuitu & deorſum, hoc unguento. Quod recipe oleū irinū, & oleū de flore cepæ carinę, cum ſeſamo cōfectum, pyrethro, ſtaphiſagria. Semen urticæ tere, & cum oleis coque, & unge, Item, Accipe pyrethrum conſtrictum, & cum oleo miſce ſambucino, & unge. Vnguentum quod fit de formicis: Accipe formicas nigras, & latas, & repone eas ad ſolem uiuas in ampulla uitrea, & ſupermitte oleum ſambucinum, & ſuſpende ad ſolem per aliquot dies, & poſtea cola, & unge teſtes, & plantas pedum, optimum eſt. Epithima quod ualet ad coitum: Recipe ſcammonij, drach. 6. euphorbij, drach. 1. & s tere ſigillatim, ceræ albæ, drach. 8. cui ſolutę ſuperadde ſupraſcripta, coque modicū, & agita fortiter & repone, & cum opus fuerit induc in panno, & uirgæ ſuperpone, & cum calefacta fuerint, tollatur, & exerceat coitum, & ſi uolueris extinguere, unge ſupraſcripta membra in aqua, in qua cocta fuerit ſolum apium.

Finit liber Conſtantini de coitu.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 323 sur 404

©BIUM

CONSTANTINI AFRICANI MEDICI, DE ANIMAE & ſpiritus diſcrimine liber, ut quidam uolunt.

Qui uoluerit ſcire differentiã quę eſt inter duas res, neceſſe eſt eum primũ ſcire, quid earũ utraq; ſit, quia impoſſibile eſt ut ſciat differentiã duarũ rerum, niſi ſciat quid ſit utraq; earum, & ſic habita ſciẽtia uniuſcuiuſq; earum, poterit ſcire differentiã. Et quoniam uolumus patefacere animę, & ſpiritus differentiam, neceſſe eſt ut prius loquamur de anima, & ſpiritu, deinde de differentia quæ eſt inter utrunq;. Sed ut opus ſit leuius, primitus à ſpiritu incipiamus, poſtea ſequat̃ locutio de anima. Spiritus eſt quoddã corpus ſubtile quod in humano corpore oritur ex corde, & fertur in uenis pulſantibus ad uiuificandum corpus, & operatur uitã & anhelitum, atq; pulſum, & ſimiliter oritur ex cerebro in neruis, & operat̃ ſenſum, atq; motum. Et quidã ex laudabilibus medicorum atq; philoſophorũ qui in cordibus uiuentiũ uſi ſunt opere chirurgiæ, putauerunt quod in corde ſunt duo uentriculi, uel uacuitates, una ſcilicet in dextra parte eius, & altera in ſiniſtra, & in duobus uentriculis cõtinentur ſanguis & ſpiritus. Sed in dextro uẽtriculo plus eſt de ſanguine q̃ de ſpiritu. In ſiniſtro uero plus eſt ſpiritus q̃ ſanguinis, & ex uentriculo dextro procedunt duę uenæ, una quarũ uadit ad pulmonẽ, & fit per eam anhelitus cordis: cor enim colligitur, atq; extẽditur, & per eius extenſionẽ, & collectionem fit pulſus totius corporis, & ideo pulſus indicat cordis paſſiones proprias, tam ęquales, quàm inæquales, atq; diuerſas, quæ fiunt cauſa diuerſi impedimenti eiuſdẽ cordis, quod accidit ei à ſemetipſo, uel à quibuſdã mẽbris ſibi uicinis. Cor ergo cum extenditur, attrahit per prędictã uenam à pulmone partem aẽris, quæ ingreditur ad pulmonem per anhelitum, ad refrigerandum calorem naturalem, qui in eo eſt, ut ſit hoc nutrimentum, uel ſuſtentatio eiuſdem ſpiritus qui continetur in eius uentriculis, & cum colligitur cor, pulſat per ipſam uenam ad pulmonem, quicquid generat̃ in eo uaporum fumoſorũ, & expellit eos ab ignito calore qui in eo eſt, & pulmo expellit eos à corpore, & hæc uena uocatur pulſus. Alteram uero uenam uocant arabes alabar, & hęc uena in ipſo ortu ſuo in corde diuiditur in duas diuiſiones, quarũ una aſcendit petens ſuperiora cordis, & procedunt ex ea rami à pectore uſque ad extrema capitis per quos uiuificatur, hæc pars corporis & altera petens inferiora corporis, deſcendit uſq; ad extremitates pedum, & procedunt ex ea rami per quos uiuificatur pars inferior humani corporis, & rami utriuſque partis prædictæ uenæ quæ diſpertitæ ſunt per reliquum corpus, uocantur ſurienet, & hæc eſt cauſa uitæ

humani

humani corporis propinquior, per hoc quod tribuit unicuiq; mẽbro de ſpiritu qui eſt in uẽtriculo cordis ſiniſtro. Et inditium quo probatur quod uita humana quæ fit per hunc ſpiritum eſt, quod uidetur de exitu eiuſdẽ ſpiritus in hora mortis, motus ſcilicet uentris & oris, labrorumq; ac pectoris. In illis enim fit quaſi ſingultus, & ſaltus, atq; anhelitus, & uulgus uocat hæc omnia arabice annaza, id eſt, receſſionem, uel exitum animę, & eius exitus à corpore fit per ipſum iterũ quo ingreditur ad eum aẽr qui egreditur à uentriculis cordis ad pulmonẽ per uenam quam ſuperius diximus, quæ tranſit à corde in pulmonẽ ut attrahat aẽrem, & extrahat uaporẽ fumi, & ex pulmone per calamũ uel canalem pulmonis, id eſt, per guttur trãſit ad os, & eius exitus ex ore fit, tẽpore motus oris, quãdo ſcilicet aperit os & iam nõ poteſt à ſe claudi, ſed iam neceſſe eſt, ut claudat, propter adnullationẽ uitæ, & ſpiritus poſt exitũ ab eo. Cauſa aũt qua egreditur hic ſpiritus à corpore, & cauſa mortis, & cauſa uelocitatis, ſiue tarditatis eius exitus, leuitas ſcilicet mortis, ſiue eius grauitas, & apparitio eius in quibuſdã hominũ, uel occultatio in alijs, cauſa quoq; ſubitaneę mortis, & cętera talia aliena ſunt à libro iſto, quia maioris inquiſitionis ſunt, & indigẽt primis probationibus, & argumẽtis probabilibus ex libris pluribus medicorũ artis, quorũ expoſitio prolixa eſt & ideo dimiſimus nũc eorũ cõmemorationẽ. Patet aũt per hoc quod diximus, quod uita fit per hunc ſpiritũ, qui eſt in uẽtriculis cordis, & quod pulſus, atq; anhelitus ſint cõſtituti ad optationẽ eiuſdem ſpiritus ad refrigerandũ eum per aẽrem qui ingredit ad eum deforis, & per expulſum uaporũ, & fumoſitatis ab eo. Iam igit patet quod ſpiritus qui eſt in uẽtriculis cordis, ſit cauſa uitæ atq; anhelitus & pulſus hic eſt de ſpiritu uitali, cuius natio eſt ex corde. Spiritus uero qui procedit à cerebro & trãſit ad cætera corporis mẽbra uocatur animalis. Cuius nutrimentũ uel ſuſtẽtatio eſt ſpiritus qui fit in uentriculis cordis, quia diuiſiones pulſus, qui uocat alabachar, qui mittit à corde in ſuperiores partes corporis, cũ peruenerint omnes ad os capitis, & penetrauerint illud, coniungũtur omnes adinuicẽ, & cõponuntur, & cõtexuntur adinſtar texturę retis, & de ipſis pulſibus cõtextis, extendit quędã pars ſub cerebro, inferiora cerebri petens, apta ad recipiendũ ſpiritũ animalẽ, tradens ei ſpiritũ, de ſpiritu uitali, quẽ diximus eſſe in uẽtriculis cordis. Cerebrũ uero diuiditur in duas diuiſiones, quarũ una eſt anterior, quæ etiã eſt maior: & altera poſterior, & in illa anteriori ſunt uẽtriculi, habentes introitũ ad cõmune ſpatiũ, quod eſt in medio cerebri. In poſteriori uero habetur unus uẽtriculus faciens iter ad ſupradictũ ſpatiũ, quod eſt cõmune utriſq; uentriculis, qui ſunt in anteriori cerebro. Pulſus ergo ſubtiles qui mittũtur à rete, quod eſt ſub cerebro ad interiora cerebri, cũ peruenerint ad aliquẽ uẽtriculorũ qui ſunt in cerebro anteriori, perducunt ad eum ſpiritũ uitalem, qui inde tranſiens ad alium uentriculum, efficitur ibi ſubtilior, & purgatur, atq; aptatur ad recipiendum uir-

tutem

©BIUM

tutem animæ,& hoc fit ei quaſi digeſtio, & conuerſio in quendam ſpiritum ſubtiliorem atq; clariorem. Deinde tranſit ab ipſis uentriculis,in ſpatium,& de ſpatio in uentriculum cerebri poſteriorem,& per ipſum meatum quo uadit à cõmuni ſpatio,quod eſt in medio cerebri ad poſteriorẽ, & in ipſo tranſitu,id eſt, introitu per quem uadit ſpiritus, habetur quædã particula de corpore cerebri,ſimilis uermi quę eleuatur,& deponitur in ipſo itinere. Cumq; fuerit hæc particula eleuata,aperitur foramen quod eſt inter commune ſpatium, quod iungitur uentriculis, & uentriculum poſterioris cerebri. Cum uero depoſita fuerit, clauditur. Cum ergo apertum fuerit foramen,tranſit ſpiritus de anteriori cerebro,ad poſterius,& hoc nõ fit niſi cum neceſſe fuerit recordari alicuius rei quę tradita eſt obliuioni,tempore ſcilicet quo fit cogitatio in præteritis. Si uero foramen non fuerit apertum, nec tranſit ſpiritus ad poſterius cerebrũ,nec recordatur homo, nec aderit ei reſponſio eorũ de quibus interrogatur. Illa autẽ apertio foraminis quę fit per eleuationem illius corporis quod aſſimilatur uermi,diuerſa eſt in hominibus in celeritate ac tarditate. Fit enim hoc in quibuſdã tardius, & ideo fiunt tardę memorię, & tardi aſpectus, ad reſpondendũ multum cogitantes,& ideo accidit ei qui uult recordari alicuius rei, ut caput ſuũ ualde inclinet,uel inclinando illud retro uertat, & immotis oculis ſurſum aſpiciat, ut hæc poſitio,uel figura ſit ei quaſi auxiliatrix ad foramen prędictum aperiendum,& ut ipſum corpus remouere poſſit ſurſum. Intellectus enim,imaginatio, ſiue cogitatio, prouidentia atq; cognitio fit per ſpiritum qui eſt in uentriculo, qui participiatur illis duobus uentriculis,qui ſunt in anteriori cerebro. Cum ergo homo cogitauerit,uel aliquid prędiderit,neceſſe eſt ut meatus uel foramen quod eſt inter commune ſpatium, quod iungitur illis duobus uẽtriculis,qui ſunt in anteriore parte capitis,& uentriculũ qui eſt in poſteriori eius,clauſus ſit,ut ſpiritus uidelicet qui eſt in communi ſpatio poſſit facere moras,ut cõfortetur, & ſit hoc ei quaſi augmentum fortitudinis, ad cogitandum & intelligendũ, ut ſit fortior in cogitatione & intellectu,prouidentia ac cognitione. Et ideo accidit ei qui cogitat, mergere caput ad terram,& multum aſpicere eam,& ſeſe incuruat, quaſi ſcriberet aliquam ſcripturam, uel deſcriberet in ea aliquas figuras, ut ſit hoc quaſi auxilium ad deponendũ illud corpus, quod diximus eſſe ſimile uermiculo ſuper foramen illius decurſus, quod pertranſit ſpiritus ad poſteriora corporis. Spiritus autem qui eſt in eo ſpatio,id eſt, in uentriculo medio eſt in hominibus diuerſus. In quibuſdam enim eſt ſubtilis & clarus, & hic erit rationalis,cogitãs, diſpoſitor,& bonę cognitionis. In quibuſdam uero erit econtrario, eritq; hic talis amens & irrationalis, leuis atq; ſtultus. Ex uentriculo cerebri anterioris, procedunt paria neruorum, ex quibus unum par,id eſt, diuiſiones, ab anterioribus uenientes uentriculis iunguntur oculis, & per hos fit uiſus, & iſti inter cæteros neruos ſunt concaui,

©BIUM

concaui, quod neceſſe fuit uiſui ut ſpiritus qui mittitur ad eum eſſet multus collectus, ſufficiens atq; clarus, & nulli alij corpori cõmixtus. Et aliud par neruorum iungitur coopertorio oculorum, id eſt, palpebris. Tertium iungitur linguæ, & per hoc fit ſenſus, guſtus. Quartum iungitur palato. Quintũ iungitur tympano auris, & per hoc fit ſenſus auditus. Sextum deſcendit ad exta præſtans eis ſenſum, & reuertitur ex eo quædam pars ad unam, mouẽs ut colligatur ſurſum. Septimum iungitur linguæ, per quod mouetur, & ſimiliter operantur hi nerui per ſpiritum, qui tranſit in eis à cerebro ad hęc membra. Et inditiũ huius rei eſt, quia cum acciderit aliquod accidens obſtruitur ſpiritus meatus omnium neruorũ, & prohibetur ipſe ſpiritus, ne pertingat ad membrum, & adnullatur opus eiuſdẽ membri, ut albedo quæ colligitur in oculo, quę cum ſeparauerit inter ſpiritũ qui eſt in neruo, & aſpectũ, cœcitatẽ operat. Et ueluti cõmixtiones, id eſt, mali humores, & uapores, qui claudũt & ſeparant inter ſpiritũ ipſum, & tympanũ auris, uel inſtrumentũ odoratus, aut inſtrumẽtum guſtus, ſiue inſtrumentũ tactus: Operantur autẽ ſurditatem, aut deſtructionẽ guſtus, aut tactus, uel odoratus. Cumq; aperti fuerint ipſi meatus, aut per medicamen, uel directionẽ naturæ in infirmitatẽ reluctantis, redit membrũ ſuũ, & efficitur ſanũ, atq; ęquale. Procedit quoq; ex parte cerebri, & deſcendit per os colli, in omne alfetar, qui ſunt nodi ſpinæ, & dirigũtur ex eo multa paria neruorum inter unumquodq; alfetar ſcilicet unum par tranſiens ad haaladal, quæ eſt quædam caro coniuncta uenis, per quam fit motus membrorum. Eritq; per hunc motus manuum & pedum, ac totius corporis. Cuius rei inditium eſt, quia ſi aliquãdo aliquis ex his neruis paſſus fuerit, decurſus qui ſunt in eo adnullantur, & motus ipſius mẽbri cui mittebatur, aut debilitatur, aut deſtruitur, & hoc fit, ſecundũ quantitatẽ impedimenti, quod paſſus eſt idem neruis. Videmus enim manum contracti ſanum & integrum, & cauſa alicuius impedimenti non apparet in ea, & tamen nihil ſentit, nec mouetur, & cum huiuſmodi infirmitates curatæ fuerint, per aliquod medicamẽ quo poſſint aperiri decurſus cerebri, ut ſunt medicamina quæ purgant decurſus membrorum, & aperiunt ipſas clauſuras, reuertitur ad eadem membra ſenſus, atq; motus: ſi ipſa infirmitas non tranſierit menſurã curationis, & ipſa mẽbra non fuerint adeò debilitata, ut non põdus ſuſtinere poſſint curationis, & fortaſſis accidit ſpiritui, qui eſt in omnibus uẽtriculis, uel quibuſdã ex eis, aliquod impedimentũ ex mala cõplexione, uel ex cõmixtione malorum uaporum, & per hoc deſtruũtur actus eiuſdem membri. Verbi gratia: Cum ille ſpiritus qui eſt in anterioribus uentriculis, aliquod impedimentum, uel corruptionem paſſus fuerit, fit ex hoc deſtructio ſenſuum, quemadmodum accidit ei qui ingreditur balneum, & ibi facit moras. Obſcurantur enim oculi eius, & nihil uident. Aut quemadmodum accidit ei in quo excitatur cholera rufa, & eius uapor aſcẽdit ad caput.

Cumq;

©BIUM

Cũq; uinctus fuerit ipſe uapor ſpiritui qui eſt in eius cerebro anteriori, ſimiliter obſcuratur uiſus eius, & nõ uidet aliquid, & ſimiliter auditui & cæteris ſenſibus. Verbi gratia: Si affuerit impedimentum in parte cerebri media, & cæterę partes eiuſdem cerebri ſint incolumes, deſtruitur cogitatio & cognitio tantum, & ſenſus ac motus manebunt æquales. Vt illud quod accidit in melancholica infirmitate, quæ eſt cõmixtio, uel turbatio rationis, & deſtructio cognitionis. Et ſi fuerit impedimẽtum in parte cerebri ſuperiori, uel poſteriori, deſtruitur memoria tantũ, & erũt cæteri actus hominis æquales, id eſt, recti. Si uero fuerit impedimentum in duobus ex his uentriculis, aut in tribus, & occupauerit totum cerebrum, erit impedimentum in cognitione, & in ſenſu, atq; motu uniuerſaliter, ut illud quod accidit caducis, & his ſimilibus. Probatur ergo per hoc quod diximus certiſſime, quod ille ſpiritus qui eſt in anterioribus uẽtriculis, operetur ſenſus, id eſt, uiſum, auditum, guſtũ, odoratum & tactum: Et cum his operatur athaghil, quam Gręci φαντασίαν, & ſpiritus qui eſt in uentriculo medio, operatur cogitationem, & cognitionem atq; prouidentiam & memoriã & motum. Conſtat igitur ex his omnibus, quod in humano corpore ſunt duo ſpecies: Vnus, qui uocatur uitalis, cuius nutrimẽtus uel ſuſtentatio eſt aër, & eiuſdem animatio eſt ex corde, & mittitur per pulſus ad reliquũ corpus, & operatur uitam, pulſum atq; anhelitum. Eſt & alter, qui ab anima, dicitur animalis, qui operat in ipſo cerebro, cuius nutrimentũ eſt ſpiritus uitalis, & eius emanatio eſt ex cerebro, & operatur in ipſo cerebro cogitationem & memoriam, atq; prouidentiam, & ex eo mittitur per neruos ad cętera membra, ut operetur ſenſum, atq; motum. Narrare aliquid de anima certiſſime graue eſt & ualde difficile, & hoc teſtat diuerſitas ſiue diſcordia præcipuorum philoſophorum, Platonis ſcilicet & Ariſtotelis, nec non eorum ſimiliter qui poſt illos uenerũt. Sed nos commoremus utraſq; diffinitiones, quibus eam diffinierunt Ariſtot. & Plato, & ipſarũ diffinitionũ expoſitionẽ, & uniuſcuiuſq; partis earum. Vtamur probabilibus argumentis, & ſequatur hęc narratio uirtutes animæ, quia ſufficiens erit in hoc loco & poſſibile nobis ex eo patefacere, intentionem noſtram, ſcilicet differentiam, quæ eſt inter ſpiritum & animam. Dicamus itaq; qualiter Plato philoſophus diffinit animam, dicẽs: Anima eſt ſubſtantia incorporea mouens corpus. Ariſtot. uero in diffinitione animæ ſic ait: Anima eſt perfectio corporis agentis & uiuentis, potentialiter. Nũc autem exponamus has duas diffinitiões, & incipiamus à prima, quę eſt Platonis, oſtẽdamus q; quod anima ſit ſubſtãtia, & ita dicamus. Quia quicquid recipit oppoſita, cum unũ ſit numero & immutabile in ſua eſſentia, ſubſtantia eſt. Sed anima recipit uirtutes, ac uitia, cum ſit una numero: Vt anima Platonis, quę immutabilis in ſua eſſentia recipit uirtutes ac uitia, quę ſunt oppoſita: Anima igitur recipit oppoſita, cum ſit uno numero, & immutabilis in ſua eſſentia, ita eſt ſubſtantia. Et

tia. Et iterum dicamus: Quicquid mouet ſubſtantiam, ſubſtantia eſt. Sed anima mouet corpus, corpus autem ſubſtantia eſt. Et quia iam manifeſtū eſt argumentis patentibus quod anima ſit ſubſtantia, nunc oſtendamus quod anima ſit incorporea ſubſtantia, & dicamus. Vniuſcuiuſque corporis qualitates ſunt perceptibiles, & cuius qualitates nō percipiūtur à corporeo ſenſu, eſt incorporeū. Qualitates aūt animę ſunt uirtutes, & uitia, quæ ſunt inſenſibilia. Anima ergo eſt incorporea. Iterum: Omne corpus ſubiacet omnibus ſenſibus, aut quibuſdam ex eis. Sed anima nō ſubiacet omnibus ſenſibus, nec quibuſdā, anima igitur non eſt corpus. Item: Omne corpus aut eſt animatū, aut inanimatum: & ſi anima eſt corpus, aut eſt animata, aut inanimata. Sed impoſſibile eſt ut ſit inanimata, ſi eſt corpus, quia inconueniens eſt ut ſit anima & inanimata. Et ſi dixerimus quod ſit anima animata, reiterabitur nobis ſermo de anima animę, utrū ſit corpus, uel nō, & aſcēdet hoc ad infinitū. Non ergo eſt anima corpus. Et iterū: Si anima eſt corpus ſubtile, aut erit aēr, aut ſpiritus ſubtilis, per totū corpus diffuſus, aut erit ignis, & ſi ita fuerit, neceſſe eſt ut ille ſpiritus uel ignis habeat propriam ſpeciem, uel propriam uirtutē, quia niſi ſit aliqua propria ſpecies, uel propria uirtus, id eſt, niſi habeat aliquā proprietatem quàm ignis uel aēr non habet, erit omnino aēr uel ignis anima. Quod ſi fuerit propria ei ſpecies, illa ſpecies erit anima. Itē: Si fuerit anima corpus, neceſſe eſt quod ei corpus compoſitum uel ſimplex ſit. Quod ſi fuerit corpus ſimplex, procul dubio erit ignis, aut aēr, uel terra, uel aqua. Et ſi fuerit anima unum ex his elemētis abſolute, id eſt abſq; ſpecie propria quæ ſeperetur ab eo quod participatur ei in ſuo genere, eo quod fuerit ex genere ſuo, erit anima. Sicq; probatur quod ſi anima fuerit ignis, erit ignis anima, & ſimiliter de cæteris elementis. Et ſi fuerit ita, omne corpus quod continet elementum erit animatum. Verbi gratia: Si fuerit aēr, pulmo & pulſus atq; uter inflatus erūt animata: & ſi anima fuerit aqua, erit uas plenum aqua animatum, & huiuſmodi uerba turpia ſunt & inania. Quod ſi fuerit anima corpus compoſitum, erit tunc corpus anima, & non corpus. Et quia iam patet quod anima ſit ſubſtantia incorporea, nunc exponamus quibus modis mouet corpus, & dicamus. Quod omne quod mouetur aut mouetur per motum ſui mouentis, quemadmodum mouetur plauſtrum per motum boum, uel mouetur cum id quod mouet eum non moueatur, quia quod mouet aliquid, aut mouet & mouet, aut non, & hoc fit quatuor modis. Quia aut erit per deſiderium eius à quo mouetur, quemadmodū mouetur amās, ad eum quem amat, aut per odium, aut per fugam, aut terrorem, quemadmodum mouetur inimicus ab inimico ſuo, uel contra eum: aut per actum naturalem, quemadmodū mouetur lapis à pondere, cum pondus per ſemetipſum ſit immobile, uel quia id quod mouet eſt occaſio principalis, uel cauſa illius quod mouetur, quemadmodum magiſterium eſt cauſa motionis magiſtri,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 329 sur 404

©BIUM

& illud magiſterium non mouetur per motum magiſtri. Sic anima mouet corpus, & ipſa non mouetur per motum eius. Anima igitur eſt cauſa motionis animalium, per uoluntatem & opus, atq; mutationem, & ipſa non mouetur aliquo modo mutationis corporis, eo quod ſit ipſa incorporea. Videamus ergo ex his modis, quos diximus, quo motionis modo, moueat anima corpus. Dicamusq; quod anima mouetur corpus quarto modo ex ſecunda ſpecie motionis, hoc eſt, mouet corpus cum ipſa ſit immobilis. Mouet autē eo quod ſit occaſio principalis, ſiue cauſa motionis eius, quia homo operatur per eam, id eſt, per animam. Et quemadmodum magiſterium eſt cauſa motionis magiſtri, & illud magiſterium nō mouetur per motum magiſtri, ita anima mouet corpus, ſed nō mouetur per eius motum. Anima ergo cauſa eſt motus animalium, per deſiderium & uoluntatem, & per opus atq; mutationem, & ipſa non mouetur aliquo modo ex modis motionis corporis, eo quod ſit incorporea. Et quia iam expoſuimus diffinitionem Platonis qua diffiniuit animam, & patefecimus interpretationem omnium partiū eius: nunc tractemus de diffinitione Ariſtot. philoſophi. Ariſtoteles uero philoſophorum princeps, ita diffiniuit animam. Dixit enim quod eſſet perfectio corporis agentis, & uiuentis potentialiter. In libro autem ſuo quem fecit de anima, talem dedit diffinitionē animę, dicens: Anima eſt perfectio corporis naturalis inſtrumenti uiuentis potentialiter. Potentialiter dixit, quia ex rebus quædam dicuntur poientialiter, & quædam per effectum. Cumq; peruenerit res ad effectum, per perfectionem deſignatur. Perfectio enim eius eſt receptio ſuæ ſpeciei. Ex hac enim parte, dicit anima perfectio, quia aliud eſt animatum potētialiter, & cum animatum fuerit pereffectū, tunc dicitur fore perfectum, & eius perfectio eſt receptio ſuæ ſpeciei, id eſt, ut ſit animatum, ſenſibile, ac mobile uoluntarie. Conſtat ergo hoc quod diximus, quod anima ſit ſpecies animalis abſq; dubio, & cum ſit perfectio animalis eiuſdē, quia perfectio rei eſt receptio ſuę ſpeciei, & quia uere probatur quod anima ſit ſpecies, & hanc ſpeciem uocamus perfectionem, neceſſe eſt nobis enumerare modos perfectionis, & eligere quis ex eis refertur ad animā. Dicamus igitur ita, quod perfectio duobus modis dicitur. Eſt enim perfectio prima, eſt & ſecunda. Prima nanq; perfectio in homine eſt. Secunda uero perfectio eſt in homine ſtudere: in his quæ nouit ſcientijs, ac magiſterijs. Verbi gratia: Medicus dicitur perfectio prima propter ſcientiam medicinæ. Cum uero ceperit operari quod ſcit, dicitur perfectio ſecunda. Anima igitur eſt perfectio prima, quia qui dormit, & ſi careat ſenſu, tempore dormitionis eſt ei tamen anima ſenſibilis, & omnis ſpecies, atq; perfectio, eſt ſpecies atq; perfectio alicuius rei. Anima igitur eſt ſpecies atq; perfectio corporis. Modi autē corporum ſunt duo, quia ſunt quædam corpora in quibus ſpecies naturalis ut animalia, arbores, ignisq; & aqua, & quicquid habet motum naturalem in ſemetipſo.

©BIUM

in ſemetipſo. Et ſunt quædam quibus adquiritur ſpecies per magiſterium, ut oſtium, & ſcamnum. Anima igitur ſpecies corporis naturalis, quia corporis non ex actibus magiſterij. Differt quoq; ſpecies naturalis à ſpecie magiſterij, quia ſpecies naturalis eſt ſubſtantię, & ſpecies magiſterij eſt accidentis. Anima igitur eſt ſubſtantia, quia eſt ſpecies corporis naturalis. Modiq; corporis naturalis ſunt duo, quia ſunt quędam compoſita, quędam uero ſimplicia. Simplicia uero, ut aër, ignis, aqua, terra. Compoſita uero ut ſunt animalia, arbores. Anima autem non eſt ſpecies ſimplicis corporis, ſed compoſiti naturalis, quia quicquid habet animam, eſt animatũ, id eſt, uiuit, & quicquid uiuit, eſt cõuertibile, uel diſſolubile, & neceſſarius eſt ei cibus, quo poſſit recuperare quod diſſolutum eſt ab eo, & quod auxilietur eius uegetationi dans ei incrementum. Cibus quoq; indiget diuerſis inſtrumentis, ex quibus quędam ſunt ei neceſſaria, ut deferant eum ad corpus reficiendũ, eumq; currere, ac penetrare faciant, ut guttur, uenę in animalibus, truncus quoque ac rami in arboribus, & quędam ſunt neceſſaria refecto corpori, ut eiiciant ab eo quæq; ſuperflua, ut ſunt in animalibus pori, ſiue exitus, reſinę in arboribus. Multiplicantur quoq; inſtrumenta in animalibus propter magnitudinem eorum perfectionis, & multitudinem eorum operum. Quod ſi eſt animal, ſunt ei membra uitę, ut cor, cerebrum, & quicquid iungitur eis. Quod ſi eſt ſenſibile, erunt ei nerui, atq; ſenſus. Si uero fuerit mobile, uolũtarie erũt ei nerui, & alaandal, id eſt, caro neruoſa, & ſi ita eſt, bene & decẽter dictum eſt, quod anima ſit prima perfectio corporis naturalis inſtrumenti uiuentis potentialiter. Et hæc diffinitio eſt uniuerſalis, abundans & ſufficiens omni animę quę fuerit in corpore corruptibili, uel diſſolubili uniuerſaliter. Quod autem uidetur corrumpere primã particulam & in loco eius ponere, uiuentis potentialiter, non multum diſcordat ab animali, quia interpretatio utrunque diffinitionũ eſt una. Dicens enim uiuentis potentialiter, uoluit per hoc hoc intelligi quod corpus ita eſſet in ſua eſſentia antequam eſſet anima, uel prius quàm recepiſſet animam, quod poſſibile fuerit ſibi uiuere. Sed uoluit intelligi per hoc quod dixit uiuentis potentialiter, quod eſſet inſtrumentum cui eſſet poſſibile uti actibus uitæ. Idẽ ergo ſignificat inſtrumẽtalis, quod uiuentis potentialiter. Hęc eſt diffinitio Ariſtot. qua diffiniuit animã unà cũ expoſitione ſua quam expoſuimus, & patefecimus unamquanq; partẽ eius. Et quia iam expoſuimus eorum diffinitiones, Platonis ſcilicet & Ariſtot. & patefecimus interpretationem uniuſcuiuſq; partis earum, nunc loquamur de uirtutibus animę, & dicamus. Quod primę uirtutes animę quæ ſunt eius materiei in fortitudine, quaſi genera, ſunt tres: Prima uidelicet eſt uegetatiua. Secunda, ſenſibilis. Tertia, rationalis. Et hæ uirtutes uocantur ad placitum animæ. Dicitur enim & anima ſenſibilis, & anima uegetabilis, beſtialis, & mobilis quę mouetur ſcilicet uoluntarie, & anima rationalis quę utitur

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 331 sur 404

©BIUM

ratione,cognitione,& cogitatione. Anima autem uegetabilis, quæ in alijs libris uocatur anima ſementis, eſt nobis communis cum arboribus, herbis, atq; animalibus. Et anima ſenſibilis, quæ alibi uocatur uitalis, nobis cum animalibus cõmunis eſt. Alia uero rationalis, qui proprie ineſt homini. Opus autem uegetabilis animę eſt nutrire, ac creſcere, & hoc facit per quatuor uirtutes quæ uocantur naturales. Quæ ſunt attractiua, retentiua, digeſtiua, expulſiua, & hoc opus inuenitur in omni uegetabili, id eſt, in arboribus, herbis, & in animalibus quoque, & in homine. Opera uero ſenſibilis animæ, quę dicitur uitalis, ſunt ſeptem: ut uiſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus, quinq; uidelicet corporis ſenſus, & phantaſia, ac motus tranſmutationis de loco ad locum uoluntarie, & hæc opera inueniũtur in omni animato, id eſt, in animalibus & homine. Opera uero animæ rationalis ſunt cognitio, prouidentia, & æſtimatio, dubitatio, intellectus, atque memoria, & hæc opera proprie ſunt hominis inter cætera animalia. Quoniam auxiliante deo iam expoſuimus quid ſit ſpiritus & anima, nunc loquamur de differentia, quæ eſt inter ea. Dicamusq; quod prima differentia hęc eſt, uidelicet, quod ſpiritus eſt corpus. Anima uero res incorporea eſt. Et quod ſpiritus comprehenditur à corpore, anima uero nõ. Et ſpiritus cum ſeperatur à corpore, perit. Opera autem animę cum ſeparantur à corpore, pereunt, ſed ipſa nõ perit in ſemetipſa. Anima quoq; cum in corpore eſt mouet corpus, & præſtat ei ſenſum, atq; uitam mediatore ſpiritu, & ſpiritus operatur hoc abſq; aliquo mediatore. Anima item mouet corpus, & pręſtat ei uitam, quia prima cauſa eſt huius rei, & operatur in eo. Spiritus quod operatur hoc & eſt ſecũda cauſa. Spiritus igitur cauſa uite corporis, & eius ſenſus, atq; motus, cæterarũq; actionum eius propior, & anima eſt cauſa huius rei longior. Cum enim ſit humanum corpus compoſitum ex partibus diuerſiſſimis, quæ ſunt dura ac tenera, ut caro & oſſa, nerui quoq; ac uenæ, & cætera his ſimilia: & ex partibus humidis, quæ ſunt humores, ſcilicet ſanguis, ac phlegma, & utraq; chola, & ex ſpiritu qui eſt in uentriculis cordis, & in cerebro, in pulſu quoq; & in neruis: omnis ſpiritus qui fuerit his partibus ſubtilior & clarior, erit ad recipiẽdum actus animæ fortior, & cæteris partibus corporis aptior, & ſecundum qualitatẽ ſubtilitatis, & claritatis eius recipiet ex actibus animæ & propter hoc dixerunt philoſophi, Quod uirtutes animæ ſequuntur complexiones corporis. Cuius ergo complexio corporis fuerit in perfectione, & qualitatibus, eius erit ſpiritus qui eſt in corpore ſuo in perfectione æqualitatis, & actus animę in eadem ſimiliter. Cuius uero complexio membrorum in quibus fuerit in propria temperatione fuerit minus perfecta, imperfectus erit ſpiritus, in hoc quod debetur ex ſubtilitate, & imperfectiores erunt actus animę, hac de cauſa. Et ideo ſunt uirtutes animę in pueris imperfectæ, & in mulieribus debiliores. Et ſimiliter fit in gentibus in quorum complexione uiceri

cerit calor, uel frigus, propter propinquitatem earum ad ſolem, uel earum longitudiuem ab eo. Vt ſunt Æthiopes, & Sclaui, & eorum conſimiles. Et propter hoc fiunt actus animę in ſpiritu diuerſi, & quia fiunt per ſpiritum, qui eſt in corde, uita, anhelitus, atq; pulſus, tantummodo eo quod ipſe ſpiritus prę cæteris ſpiritibus ſit aëri propior, & minus ſubtilis, poſtea per ſpiritū qui eſt in uētriculis anterioris cerebri fiūt ſenſus, & phātaſia, propter quod adquiſiuit de augmentatione ſubtilitatis ſupra ſpiritū, qui eſt in corde. Deinde per ſpiritum, qui eſt in ſequentibus uentriculis fit cogitatio, prouidentia, propter id quod accepit de ſubtilitate ſupra alium ſpiritum, & propter quod neceſſaria eſt ei abundantia ſubtilitatis, dum uult recordari alicuius rei, aut quę præceſſit, aut cuius tempus prolongatum eſt. Hęc igitur de differentijs ſpiritus & animę tibi dicta ſufficiant, ualeto.

Finit liber de differentia animę & ſpiritus.

CONSTANTINI
AFRICANI MEDICI, AD FILIVM
de incantationibus & adiurationibus epiſtola.

QVæſiſti fili chariſſime de incantatione, adiuratione, colli ſuſpenſione, ſi quid poſſent prodeſſe, & an inuenerim in libris græcorum hoc qualiter in Indorum eſt libris inuenire. Cui quæſtioni compēdioſe in hac epiſtola conor reſpondere. Omnes, inquam, antiqui in hoc uidentur eſſe concordati, corporis complexionem animæ ſequi uirtutem. Quę ſi ſit æqualiter temperata, actio quoq; corporis ęque erit perfecta. Vnde quia uirtutes animæ in pueris, ſenibus, & mulieribus imperfectę plurimum eſſe uidenrur, cōplexio quoq; corporis eorum imperfecta eſſe comprobatur. Et hęc imperfectio ſimiliter habitatoribus intemperatæ regionis contingit, utpote caliditatis Aethiopiæ, & frigiditatis Schytię. Cui inquam mens humana rem aliquam, licet naturaliter non iuuantem, ſi prodeſſe certificat, ex ſola mentis intētione corpus res illa iuuat. Verbi gratia: Si quis incantationem ſibi prodeſſe confidat, qualiſcunq; ſit, eum tamen adiuuat: Si enim, ut diximus, complexio corporis uirtutem ſequatur animę, neceſſe eſt taliter rem ſe habere. Quod certificatur ex timore, triſtitia, lætitia, ſtupore, quibus non ſolum corpus in colore mutatur, ſed etiam in alijs rebus, utpote uentris ſolutione, ſiue conſtipatione, uel nimia defectione. Ego autem uidi iſta ſanitatis diuturnarum paſſionum fuiſſe cauſas, maxime illarum quæ corruptrices ſunt mentium. In ſanis autem fuere infirmitatis cauſę hęc eadem,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 333 sur 404

©BIUM

dem. Vnde Socrates: Incantationis uerba ſunt decipientia rationabiles animas, aut ſecundum interpretationem, aut ſecundum timoris iucuſſionem, aut ſecundum deſperationem. Indi autem medicinam confidunt incantatione ſine adiuratione iuuare. Greci uero antiqui medici dicunt hæc animam erroneam in perfectionem ſui reuocare. Qua reuocata, neceſſe eſt & corpus reuocetur ab ipſa: cum complexionem corporis uirtutem animæ conſtet ſequi. Vnde Galenus ſuper libros Hippocratis de humoribus: Si quis, inquit, dixerit humores corporis mutatos itidem mutare actiones animę, ut animę actio mutata mutet eoſdem, non errabit. Quod certificatur, quia cui cholerica complexio dominatur, fit inde iracundus, & econuerſo. Inde ſæpe iraſcentibus, & cholera augmentatur. Neceſſe eſt ergo complexione animę, corporis complexionem, & corporis mutare animalem. Item Galen. Intellectus & ſcientia in anima ex cōplexione augmētatur cholerica. Continētia & ſtudioſitas ex melācholica. Deābulatio uero & delectatio, ex cōplexione ſanguinea. Phlegma nihil adeò iuuat uirtutem animę niſi in prima guſtatorū mutatione. Conſtat ergo quia ſi medicus animę cōplexionē quoquo modo adiuuerit incantatione, adiuratione, ſiue colli ſuſpenſione, corporis quoque complexionem adiutam eſſe. Si autem his conueniens adiungitur medicina, uelocior & perfectior cōſequetur ſanitas, cum medicina corpus, incantatione anima adiuuetur. Quibus coniunctis, neceſſe eſt ſanitatē citius cōſequi. Item Galen. Sunt homines lęti naturaliter, & delicioſi, qui cum infirmentur, ſanos eos ſubito futuros confirmat medicus, & dietam eorū cum exercitus ad memoriam reuocat, quorum ſpes ſanitatis eorū eſt cauſa. Sunt & alij cōtrarij, natura triſtes, & unde triſtentur & anguſtientur eorū animi ſemper cogitantes. Quorum cogitationes oportet fallere medicū, & lætificante intentione mutare animos eorū, ſed nō tamē excedere lętificandi modum, ne magnitudine promiſſionum negligat medicinam. Memini enim quendam noſtrę terrę nobiliſſimum uirum iuraſſe, ſe eſſe ligatum ne cum mulieribus coiret. Quem adiuui falſificando intentionem eius, & hoc magnis ingenijs, ſed nunquam tamen potui reuocare. Propter quod certificare & confirmare incepi, quod prius ipſe intendit, adducens ei librum Cleopatrę, quem fecerat de fœminarum informanda ſpecioſitate. Legensq; locum ubi dixit ligatum taliter, fel coruinum accipiat mixtum cum ſeſameleon, quo ungens totum corpus adiuuatur. Ipſe autem hoc audiens confiſus eſt libri uerbis, ſicq; fecit. Citoq; cum euaſit augmentata eſt concupiſcentia coëundi. Ego quoque in multis antiquorum libris legi, ſuſpenſa collo ſuffragari occulta proprietate, non ſua natura. Quod non denego poſſe fieri, propter cōfortationem mentis, ut dixi. De quibus cum multa ſint, pauca tibi tangere diſpoſui. Ariſtoteles in libro de lapidibus ait: Suſpendens collo ſmaragdum

©BIUM

lo ſmaragdum aut portans in digito, defenditur à caſu epilepſię. Vnde ſępe mandamus nobilibus ut collis filiorū ſuorū ſuſpendant, ne hanc infirmitatē incidant. Item Ariſtoteles: Quodlibet genus hyacinthorum ſuſpendens collo, ſiue habens in digito, ſi intret regionem peſtiferam non læditur, ſed potius mentibus hominum honoratur, & à maioribus eius petitiones cōplentur. Item, Sardium uiginti hordei granorum pondus portās in collo, ſeu in digito, non uidebit terribilia, ſiue timoroſa in ſomno. Item, Corneolus collo portatus ſeu digito, mitigat iram & contentionem. Cuius autem color eſt ſicut lotura carnis, ſanguinis fluxum cuiuſlibet membri ſtringit, maxime in fœminis. Item, onyx ſuſpenſus collo, uel digito portatus, augmentat in ſomno terribilia, & timoroſa & triſtia, & inter homines contumelioſa. In pueri collo ſuſpenſus, ſaliuam oris auget. Galenus: Stercora luporum oſſa comedentium, in uentribus ilia dolentium, uel in collo patientium ſuſpenſa, ſtatim dolorem mitigant. Aliquando etiam in collis ſuſpenduntur, & cum funе laneo ligantur, illius ſcilicet uis quæ à lupis comeſta fuerit: Sicq; melius iuuabunt & fortius. Quod filum ſi non inueniatur, cum corrigia ceruina ligantur. Idem Galenus in uas argentum poſuit, cuius quantitas ſicut fabæ fuit, & in coxis ſuſpendit, multumq; profuit. Hoc autem dixit in libro de ſimplici medicina. In libro autem eius de medicorum medicina ait: Quia ſi ſerpentis uiperæ collum ſuffocati, cum filo laneo ſuffocati collo ſuſpenderis, abſoluitur à ſuffocatione ſui, & multum ualet in apoſtematibus faucium. Dioſcorides ait: Dentes canini ex cane rabioſo cum hominem momorderit in fruſtis corij ligati, & armo ſuſpenſi, defendunt ſuſpendentem á morſibus canis rabioſi. Idem, In pullis hirundineis paruis in augmento lunæ, acceptis, & primogenitis, ſi fuerint uentre fiſſi, duo lapides inuenies, unum unius coloris, & alterum, diuerſi & compoſiti: Quos ſi ligaueris in corio uituli antequam terram tetigerint, & collo ſiue armis ſuſpenderis, epilepticis ualent, & aliquādo perſanant. Idem: Species eſt telę araneę, id eſt, ſpiſſe textę & candidæ, quam ſi armo ſuſpenderis, à quartanis defendit. Quidam medici ſuſpendunt collis radices herbæ acetoſę, propter ſcrophulas, & ualent. Alij ſuſpendunt radices arnogloſſæ propter eaſdem, & diſſoluunt. Item, Hyoſcyamum lacte caballino ſolutum, uel temperatū, & corio ceruino impoſitum, ſuſpenſum collo mulieris cōcipere non permittit, dum collo inerit. Quidam dicunt mulierem ranam accipientē, & os eius aperientem, terq; ibi ſpuentē, non cōcipere uno anno. Alij oculi ſtrabonis cerui radici ſamſuci ligant in horto, & irrigant cum urina rufi tauri ueſpere. Mane autem extracta radix & ligata cum eodē oculo in armo, libidinem augmentat. Galen. Lapis corallius multum ualet ad paſſionem ſtomachi, ſi ſuper ſtoma-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 335 sur 404

©BIUM

chum fuerit ſuſpenſus, uel in collo patientis. Dioſcorides: Semen croci agreſtis ad ſcorpionum morſus ualet, in manu tentum uel collo ſuſpenſum. Simile facit radix lauri. Idem etiam ireos agit. Alij dicunt quod radices aſparagi ſicci ſuper dentes ligatę, trahunt ſine dolore. Item, Pedes leporis dextro armo ligati non permittunt canes latrare. Similiter iecur canis facit, niſi eius generis ſit cuius iecur fuerit. Indi dicunt ſtercus elephantinū cum melle mixtum, & in uulua mulieris poſitum nunquam permittit concipere. Teſtatur hoc: Quia arbori ſuſpenſum, fructificare non permittit. Aaron dixit: Stercus elephantinum cum lacte caballino mixtum, & corio ceruino ligatum, & umbilico mulieris ſuſpenſum concipere non permittit. Quidam medici dicunt, pedem teſtitudinis dextrum, podagrici dextro iuuare, ſiniſtro ſiniſtrum ſimiliter. Idem & in manibus. Item, radix peoniæ collo pueri ſuſpenſa, ualet epilepticis. Similiter facit pyrethrum. Idem facit pilus ex toto nigri canis. Nos autem hæc ex libris antiquorū excerpſimus, ut mens tua incātationi, adiurationi, in collo ſuſpenſis, nō refragetur amplius. Quæ omnia ſi ex libris antiquorum extraxerimus, & librum protēdimus, atq; uoluntatem noſtram exhibuimus. Hæc autem ego non tentaui, ſed nec etiam neganda ſunt mihi, quia ſi non uiderimus magnetem ferrum trahentem, non certificamus, neq; credimus. Similiter plumbum rumpit adamantem, quod ferrum non facit. Item, Lapis qui uocatur ſtale arabice, nitrum uero latine, foco non incenditur. Piſcis autem quidam manu capiētis ſenſum aufert. Quæ omnia ſi nō à nobis uideātur, non credūtur, ſed tentata certificantur, & forſan itidem ſe habent dicta antiquorum. Quorū enim actio ex proprietate eſt non rationibus: unde ſic comprehendi non poteſt. Rationibus enim tantum comprehendūtur, quę ſenſibus ſubminiſtrantur. Ali quando ergo quędam ſubſtantię habent proprietatem ratione incomprehēſibilem propter ſui ſubtilitatem, & ſenſibus non ſubminiſtratam, propter altitudinem ſui magnam. Vale.

Finis epiſtolę de incantatione.

Conſtantini

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 336 sur 404

©BIUM

CONSTANTINI
AFRICANI MEDICI, DE MVLIERVM MORBIS LIBER.

DE passionibus mulierum,& matricis,utile putaui ut uobis scriberem. Superuenientium enim diuersarū & plurium passionū in matrice,aliquę periculosę & insanabiles sunt. Ob quam rem turpitudinem proferendam censeo, quia periculosum est abscondere. Dolor symptôma est superueniens forte,si non cito occurratur,uulnera in ipsa facit,& quando ad hypochondria superueniens fuerit,suffocationem facit,& ad cor dolor uenit fortissimus, & uomica sequitur, aut saliua uelut acetū & os aqua adimpletur,& tibiæ frigidę fiunt,caput & lingua formicitāt, & uox deficit. Sub matrice ponēda est lana in penna inuoluta,balsamo inducta,aut oleo amaricino,aut alio qualicūq; bene olenti. Naribus uero offer asphaltū molle. Vomicā cum cornu nigrę caprę prouoca, aut tibijs ceruinis,aut pennis in aceto intinctis. Offer etiam naribus sternutamēta,& soluto ore & lingua ad loquendū, bibāt castoreū cū uino, & digitū intinctū in oleo naribus offer. Lana uero subposita sit,donec sanetur,quia si abstuleris reuertitur passio. Si autem in inguine infusa fuerit, in uesica magni dolores fuerint,& formicatio tibiarum, & urina cōcluditur diuisa nate. Huic offer myrtam bene olentem, & omnia suauissimi odoris quę inueneris. Ad matricem uero,appones male olentes subfumigationes,usq; dum restituatur. Si uero defecerit,& ad periculum mortis deuenerit,ut per os potionem accipere non possit,per fumigationes succurre,Rutam uiridem frica,& offer. Item,Sulphur cum aceto,naribus offer. Item,Asphaltū pone in carbone,& nares subfumiga. Item. Asphaltū,& castoreij,impone carbonibus,& subfumiga. Potio ad idem,Semen urticæ tere,& da cum uino,aut melicrato,mox iuuat. Item,In periculo mortis,castoreū cum uino bibat,aut castoreum & anisum cum oxymelle. Sternutatio ad idem. Ellebori albi, & castoreij scrup. 1. cōtere & offer naribus. Pessarium ad idem, Rutā cum melle bono tempera,& illine os matricis. Item, Lenticulā infunde in uino,& post tempera,& melle calefacto, collige & appone,mirificum est. Item ad eas quibus tenuitas offocatione est facta,de effusione matricis. Piculam in molli lana inuolue,& pessario impone. Item ad eas quę in pectine habent dolorē, quasi uespam mordentē,tere apium, tempera cum calcitheos, & adipe anserino,& pessario impone.

Cōtingit sæpe uiduis uel uirginibus, & quorum uiri diutius absunt,nau sea,saliua,quasi aceto os plenum est tibiæ frigent, & quę in matricis suffocatione contingunt, patiuntur. Vnde prius & eadem cura adhibenda est.

Febris acuta,eleuatio uētris,duritia,dolor renum, stomachi anatrophia, nausea

©BIUM

nauſea phlegmatica, aut quaſi acetum, aut cholerica, urinæ detentio, ſtrictio uentris, faſtidium, ſitis, aſpera, lingua, & nigra, quaſi atramento tincta, dolorem ceruicis, & inguinũ, & tempora ſaliunt, oculi dolẽt, & extremi digiti & ungulę, & in natura ſi ponit digitũ, ſentit magnũ calorem, & ſiccitatẽ, & ſtrictum os matricis. Peſſariũ ad idem: Axungiã porcę uirginis cum melle aduna, & poſt balneũ ſubpone. Hoc etiam ad omnẽ paſſionẽ matricis prodeſt. Item ad eas quæ tumorẽ habent, & urinã non faciũt. Andragmis, drach. 4. adipis anſerini, drach. 4. miſce in lana, & ſubpone. Itẽ ad eas quæ ante & retro patiuntur etiam in coxa, & per totũ uentrem, neq; ſurgũt, neq; dormire poſſunt. Butyri, drach. 3. medullę ceruinæ, ſcrup. 3. tere & miſce, & utere. Cerę tirrhenicę, medullę ceruinę, añ. ſcrup. 7. terebenthinę, adipis anſerini, añ. ſcrup. 3. opij, obolos 2. & oleo cyprino utere in peſſario. Facit & ad ignẽ ſacrũ, & febres ſubtiles, & apoſtemata, & caliginẽ, & punctionẽ, & ulcera, & alia multa. Itẽ ad pectinis dolorẽ, & dorſi & uentris, & frontis, & quę diu ſtare nõ poſſunt. Adipem anſerinum, & mirobolanũ cum uino & mellæ tere, & in linteo appone. Si hęc paſſio perſeuerauerit, cholericæ fient. Vultus autẽ earũ altas habet uenas, plus libidinoſę ſunt, natura tumeſcit plus intus, quàm foris, palpebre oculorũ patent quando cõcumbunt. Curabis autẽ ſic: Mulieris lac quę maſculũ lactat, & oleũ roſatũ miſce, & calefac, & pone peſſarium in ore matricis. Item, galbanũ & oleum roſatum ſimul tere, & utere. Item, Oui aſſi uitellũ cum myrtę modico, & oleo roſato miſce, & in peſſario appone. Butyrum cum roſeo optimo aduna, & in molli peſſario appone. Suffumiga ſic: Ceram tirrhenicã, uel ſemen apij, appone carbonibus, ſuperpoſito inbuto. Dolor circa matricẽ, Prurigo in natura, & uentre, humor circa naturã, ut putet ſe rheumaticam factam: Ireos radices, ſuccũ mali granati, miſce, & adhibe poſtquã urinam fecerit. Dolor in uentre eſt ut putet ſe ſpinã, uel lignũ habere in corpore. Aliquando effuſio ſanguinis eſt cũ urina: Vitem ſyluaticã, & alumen ſciſſum, & nitrũ tere, in ligno, & cataplaſma impone. Item, Succum ſolatri extrahe, & cum adipe anſerino utere in peſſario. Item, Rafanum tere, tempera cum melle, & utere. Item, Adipem porcinum, ceram, myrrham, in molli lana ſubpone. Item, Oui teſtam, & ſiſeleon, & oleum roſatum miſce, & impone. Si matrix frigida fuerit, dolet, & ſanguinẽ profert, & frigidus ſudor ſuperuenit. Cura, Terebenthinæ, drach. 2. mellis, adipis anſerini, drach. 4. miſce & utere. Itẽ, Adipẽ anſerinũ & arthemeſiã cũ oleo roſato, ana. miſce & impone. Itẽ, Amygdales amaras, cũ oleo roſato miſce & impone. Dolor matricis, renum, unguinis: Cõcidit enim in uentrẽ, & clauſa dolorẽ cõcitat. Myrrhã in uino nigro coctã, tẽperato bibat. Item, Medullæ ceruinæ, drach. 1. ceræ, oui aſſi, uitellum unum tere, & miſce, hęc omnia cum oleo roſato, ad craſſitudinem mellis, in peſſario appone.

Nares muccoſæ, oculi ęgri, & corpus per loca calidum, Cyminũ, uuam paſſam

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 338 sur 404

©BIUM

paſſam,ſal modicum, calciten commiſce tritis,& in peſſario appone. Item, Rubi radices coques,& bibat ieiuna. Si matrix clauſa fuerit,bdellium tere, & tẽpera cum uino,& appone,& ſuffumiga. Ceræ tirrhenicę, drach.8. medullæ uituline,drach.16.opij,croci,ana.drach.1. olei roſati, cyathũ unũ, peſſario impone. Ad hęmorrhoidas in ore matricis.Comam ſpinæ tere & ſuperpone.Item,Balauſtię folia,& mala citonia ſicca tere & ſuperſparge.

Fit effuſio matricis, alba & aquoſa, uel rubea & ſanguinea & nigra, ſine dolore,& aliquãdo cum dolore.Cura ſic:Papauer cum uino nigro bibat,& teſtam oui cum uino nigro, tere & appone. Item, Fimum caprę tere, & appone cum olibano. Item,Acaciam tere,cum aceto acri & appone in lana.

Vlceribus minutis matrix impletur, extrema oculorum ſanguinea ſunt, febris aſſidua, & acuta.Cyperum & rutam,cum uino albo temperato, ieiuna bibat cotilam unam,& non plus. Grana uuæ ſicca tere, & da cum uino, aut folia uiridis maluæ,cum uino bibat. Si uero ex partu cõtingat ſanguinis fluxus, caricas baſilicon incende, & tere,& cum aceto inuolue,& impone in peſſario.Item,Lapatij ſuccum per peſſarium inijce. Teſticulos tauri ſolue in aqua,& ſicca,& cũ oleo liquefactos,panno linias, cum modico croco,& imponas. Cinerem uitis tere,& in linteo impone.Vel calcitheos tere,& ſimiliter appone.Potio ad idem:Radicis myrtę corticẽ tere, & cum uino bibat. Si matrix ulcerata fuerit, ex partu,olei ſcrup.4. & butyrũ uetus miſce,fac peſſarium,& ſuperpone Myrtæ drach.2.piperis grana 40. ſtaphiſagrię,drach.s.da in uino poſt balneũ,cito ſubuenit. Item,Centaureã tere cum foliis in aqua, & fac pilulas,& impone ori matricis.Item,Rutã & nigellã,& myrta ana. cum uino bibat. Coronã ſpinæ,gallam omphacion tere,& unge ragadias adipe anſerino,ut hęreat puluis,& ſuperſparge, facit ad condylomata. Caſtorei,drach.2.piperis 15. grana,uini cochlearia 5. tere ſimul cũ pulegio,& bibat. Item,Mentæ ſiccæ,drach.3.myrtæ ſcrup.3. piculam& ceram,ana. cum oleo ueteri ſolue, & in peſſario ad conceptionẽ item in modũ ciceris, matrici poſt concubitũ immittas. Vaſa fictilia duo ſigna in argilla intus hordeo poſito, ibi fac eos urinare, & pones in loco frigido,poſt ſeptem dies,& cuius hordeum non germinauerit, eius eſt culpa.

Apium cum radice ſua,capiti eius appone, ipſa ignorante,& ſi prius nominauerit maſculum,dum loquitur,maſculum, ſi fœminam, fœminam pariet. Item, Fac eam ſtare uinctis pedibus, & ſi pedem dextrum prius mouerit ad ambulandũ,maſculũ. Si ſiniſtrũ, fœminam habet. Vuluam leporis ſiccam tere,& ambo bibant,& coẽant. Si mulier collum calidum,& frigidum dorſum habuerit,concepit.Si uero æquale corpus fuerit,non cõcepit.

Folia mali granati ſicca tere,& fac peſſarium quatuor digitorum,& poſt purgationem diebus tribus, ut nõ tollatur,& poſt diem tertium tollatur, & uuam paſſam cum granulis ſuis tere, & fac peſſarium, ut prædictum eſt, &

quando

©BIUM

quando coagulatura ſtillauerit, cognoſcãt uirum. Item, Alumen ſciſſum, & gallam, & omphation cum uino amineo tere, & fac procliſma. Item, Cum ſucco paſtinacæ collige, & fac trochiſcos, in magnitudinem orobi, & appo nat per unam horam antequam coëat. Betam cum oleo coque donec ſol uatur, & ſic tere, & cum cera ſolue, & cataplaſma impone. Item, Portulacam tere, cum oleo roſato, & in linteo impone. Item ſpargulam impone, mul tum ualet, & ad omnem tumorem. Caulem uiridem tere & cataplaſma facies, ſuccum autem eius ſpiſſum illinies. Item ad ulcera & cancrũ ualet, Fo lia hederę coque fortiter, & cataplaſma, & ex apozemate fomenta, & poſt uino calido. Herbã meliſiam tere, & emplaſtrum fac, & impone. Item, Se men papaueris coque, & in aqua pluuiali tere, & in linteo pone, tribus die bus. Item, Ex cinere cataplaſma tribus diebus. Farinę orobi, unc. 2. nitri, ſcrup. 4. ptiſanę, unc. 5. tere, & cum aqua lauet.

Finis Conſtantini libri de mulierum morbis.

CONSTANTINI AFRICANI MEDICI, DE EA MEDI cinæ parte quæ dicitur Græcis χειρουργία liber.

De manualis operationis diuiſione. *Cap.* I.

QVoniamquidem operatio medicinę tribus modis cõſtat, dieta, pharmacia, atq; chirurgia: De dieta quidẽ & phar macia quomodo per eas infirmitates curẽtur, ſufficiẽter docuimus, cõſequens eſt ut qualiter per chirurgiam ęgri tudinũ curatio fiat proſequamur. Oportet ergo chirur giam obtinere uolentes huius operis peritos inſpicere, & operari aſſueſcẽtes, etiam permanere audaces. Chirurgia uero aut fit in ue nis, aut in carne, aut in oſſibus. In uenis quidem non pulſantibus appellatur phlebotomia. In uenis uero pulſãtibus, phlebotomia aut ſectio dicit. Quod autem fit in carne, ſcarificatio, aut inciſio, uel incẽſio nuncupatur. In oſſibus aut diſiunctorum coniunctio, aut fractorũ ſolidatio nominatur. Nunc itaq; à phlebotomia quæ ad ſanandas infirmitates cæteris utilior eſt incipiamus.

De ſcientia phlebotomiæ. *Cap.* II.

OPortet nos ergo neq; paruulos, neque decrepitos phlebotoma re, niſi paſſione ſanguinea imminente, ut eſt angina, pleureſis, & ſimilia. Hoc tamen cum cõſenſu parentũ & amicorũ. Item, nec ancillam, niſi ex dominorum licẽtia, quiſquis phlebotoma re præſumet. Neq; in tenebroſo id faciẽdum eſt loco. Item chirurgici utan tur collyriis oculis competentibus, & bis in menſe, & ſemel in hebdomada, pilulis

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 340 sur 404

©BIUM

pilulis aureis,& hierapicra,& ſimilibus ſtomachum purgantibus. Phlebotomus quoque non ſit ęruginoſus,non aſper,non longus,non tenuis,uel rotundus,nec breuis,ſed mediocris. Phlebotomator diſcat tactu digitorū uenas,carnem,neruum agnoſcere. Aliquando enim propter groſſitiem corporis,aut uenarū ſubtilitatē,uiſui non apparēt. Brachiū autē ſpatio quatuor digitorum ligetur,ligamine nec multū groſſo, nec nimiū ſubtili. Si corpus pingue fuerit,fortiter. Si macilentum,mediocriter ſtringatur. Et ut uena appareat,manu fricari,aut grauia ſuſtinere cogatur. Si uero uena fuerit occulta pone digitū ubi uenam eſſe arbitraueris,ac ſanguinem attrahe,& ſi uena intumuerit,punge. Sin autē nō intimuerit,minime. Item uena ligata ſi non appareat,ſoluatur,& iterum ligetur,grauibusq; ad ſuſtinendum datis, apparens phlebotometur. Baſilicam uero nemo incidat, niſi ubi ſit neruus prius cognoſcat. Pulſus quippe aliquando ſtat ſub uena. Si autem uena & neruus coniuncti ſunt cum baſilicam phlebotomare neceſſe fuerit, foramen longū leuiter pungendo fieri conuenit. Qui uero cephalicam incidit,lacertum caueat,& brachium non multum ſtringatur, ne forte tumeſcat. Qui autē mediam pungit uenam,neruo parcat,& brachium non multum relaxet,nec nimium ſtringat. Si enim multum ſtringatur purior ſanguis exit,& quandoq; cauſa tumoris & liuoris exiſtit, ſolidatur plaga tardē,ſi brachium laxum fuerit. Si ſanguis in primo ictu nō exierit,bis aut ter ferire licebit. Si uena ſit ſubtilis phlebotometur in longitudinē. Si uero groſſa,in latitudinem. Si ſub uena ſit neruus,longa fiat inciſio,ne neruus percutiatur. Securus enim eſt ſi in longitudinem incidatur. Eo nanq; per latitudinem inciſo, ſpaſmus generat. Finem quoq; brachij in longitudinem phlebotomari oportet,uenamq; pollicis quia ſub ea eſt nimis,ſimiliter. Venas quoq; frontis,amborum quoq; & quæ poſt auriculas ſunt uenas linguæ & fauciū,cum quis phlebotomare uoluerit,infirmi gulam ita ut non ſuffocetur,liget molli ligamine,locumq; uenæ ut ipſa appareat, manu fricet. Frontis autē uenis quærendis & feriendis magna eſt diligentia adhibenda, ne os percutias,ſitq; cauſa cephaleæ. Tempora uenę ſimiliter phlebotomādæ ſunt,ne lacerti aut chordæ uulnerētur, unde dura hęmicranea uiſusq; debilitatio procreatur. Si lacertus,uel neruus qui ſunt ſub uena linguę inciſus fuerit, grauitas linguæ inde ſequitur. Si autem lacertus oculum mouēs in phlebotomatione uenæ quæ ſub angulo eſt oculi inciſus fuerit, ſtrabonem facit. Si neruū faucium uel lacertum collum mouentem,phlebotomando lędas,ſpaſmi,uel tortionis colli fiet cauſa. Si uero oportuerit uenas quæ ſub genibus ſunt phlebotomari,crus forti ligamine ſtringatur,& erecto pede infirmi,qui ſupinus eſt collocandus,in longitudinem incidantur. Saphenam autem quę ſuper calcaneum exiſtit,ſi phlebotomare neceſſe ſit, tibia quatuor digitorū ſpatio ſuper cauillam fortiter ligetur,& infirmo ponente pedem ſuper lapidē,aut aliud ſolidum,uel ſuper firmum

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 341 sur 404

mum locū, ut uena appareat, inde phlebotometur. Iſchiatica uena quæ ſub cauilla exteriori cum phlebotomāda fuerit, coxam totam & tibiam uſq; ad ſpatium quatuor digitorum à cauilla fortiter ligare conuenit: ſicq; pede ligato, & firmi ſtatuto, & alio eleuato, uenam aperi. Sanguis enim inde exiens quia phlegmaticus eſt, neceſſario frigidus eſt. Phlebotomato itaq; homine tibiā paulatim coxamq; uſq; ad ſummū oportet diſſoluere. Venæ quæ ſunt in pectine pedis ſimiliter tibia ſtricta ſuper cauillā in longitudinē, ſicut cæteræ omnes tibiarum uenæ phlebotomo aperiantur. Nerui enim & chordæ ſpaſmum generant, ſi per latitudinem uulnerantur. His autem uenis inciſis, ſi præ groſſitudine ſua ſanguis non exeat, uulnus oleo inungatur, deinde in aqua calida pes ponatur. Qui autem uenarū inanitione egent, inteſtini expurgentur repletione, priuſquam phlebotomentur. Si enim plenum fuerit inteſtinum, malus chymus qui eſt cauſa diuerſorum morborum non extrahitur. Purgeť igitur cū neceſſe fuerit, ſubpoſitorio, aut clyſteri. Febricitantes uero quorū febres interpolatę ſunt, in die acceſſionis nō cōuenit phlebotomari. Quibus autem febris eſt cōtinua, hos ſummo mane dum calor quietus eſt, & uirtus integra, phlebotomari cōuenit. Sic & calidas naturas habentes, eadē hora phlebotomentur & æſtiuo tēpore. Frigidas habētes naturas cū hyems fuerit, in meridie. Infirmo quoq; phlebotomato, ſirupus aut elect. confortatiuū eſt dandū. Qui autem ſtomachū debilem habent, & epar defectum, aut quibus frigiditas dominať, aut quibus corpus eſt nimis poroſum, ſiue illis quibus corpora liuida, aut candida ſunt, minime phlebotomentur, niſi ſit morbus periculoſus, ut eſt angina, pleureſis, peripneumonia, & quibus ſimilia cōtingunt, & tunc caute phlebotomentur, nec quantū ſanguinis expedit in una phlebotomia, ſed pluribus extrahatur. Infirmi autem ſi uirtus ſit fortis, ſanguis extrahatur donec mutetur, aut donec infirmus patēter ad defectionem ducatur. Qui autem aſſuete phlebotomati deficiūt, prius cibo cōfortentur, & ſic ſanguis ſubtrahatur. Mutationē ſanguinis quammaxime in his qui calidum in uiſceribus habent apoſtema, ut eſt pleureſis, peripneumonia, & ſimilia conuenit expectare, ſi tempus uernum, ætasq; iuuenilis, & uirtus ſit ualida, aut ſit de rubore in nigredinem, aut econuerſo, aut de turbiditate in claritatē uel ecōuerſo. Si uero uirtus defecta ſit, ętasq; decrepita, uel puerilis, tempus quoq; calidiſſimum, uel frigidiſſimum, ratione conſiderata paulatim, aut ſæpe minuatur ſanguis. Rurſus quoq; quia 70. annorū homo pinguis, & corpulentus, leui quoq; iuuene fortior inuenitur, uirtus uel animoſitas in utroq; conſiderentur.

De uenis phlebotomandis & numero earum & iuuamine. Cap. III.

VEnę phlebotomandę, ut maiorū conſtat inueſtigatum ſolertia, 33. numerantur. Sunt enim in brachijs 12. Quarum duo cephalicæ, duæ mediæ, 2, baſilicæ, 2, titillicę, 2. quoq; brachiorum funes nuncupantur.

©BIUM

cupantur. Inter medicos & auriculares digitos binę collocãtur. In capite uero & collo 13. diſtinguntur, harum binæ in temporibus, binæ poſt aures locantur: In oculorũ angulis binę, in faucibus duę, in craneo una, in frõte una, in puppi capitis una, ſub mento una, ſub lingua una, deſinatur. In partibus greſſui pertinentibus 8. inueniũtur. Sunt enim ſub genibus duę, ſuper calcaneos duę, quę ſaphenę uocãtur. Sub cauillis exterioribus, duę quę iſchiaticæ uocãtur. In cratibus quoq; pedum duę notãtur: Cephalicę autẽ iuuant ęgritudinem ſub furculis exiſtentem, & fluxum narium. Medianę uero omnem dolorem à furculis uſq; ad hypochondria extirpãt. Baſilicę iuuant dolorem gibbi epatis & ſplenis, fluxumq; ſanguinis ſiſtũt. Attrahunt enim humores ab inferioribus ad ſuperiora. Titillicę aut quæ inferiores ſunt, autumant eſſe probabiliores. Nanq; dolores pectoris, pulmonis, & diaphragmatis anhelitum & ὀρθοπνοϊκὸς curant. Frontis uero uena dolori maxime puppis ſubuenit. Vnde Hippocrates in amphoriſ. Dolorẽ, inquit, puppis capitis, cephaleam, ophthalmiam, diuturnaq; hemicraneam, ſiue in una ſiue in utraq; parte ſit, phlebotomia frontis ſoluit. Vena cranei, & quæ ſunt poſt auriculas, ualent puſtulis, & ſcabiei capitis, gignere tamen prohibent. Quæ autem in angulis oculorũ ſunt, ophthalmiã, diuturnam ſcabiem, & lippitudinem ſanãt. Sub mento autem uena phlebotomata, dolorem oculorum, puſtulas quoq;, & pruritũ in naribus, impetiginẽ in facie, inceſionem in maxillis extinguit. Venę linguę ex utraq; parte, anginę ſubueniunt. Vena puppis mitigat dolorem, & ſtuporẽ, & antiquã cephaleã. De uenis ſub genibus exiſtẽtibus in renum apoſtematibus, ueſicæ, & femorum, uuluę, coxarum, tibiarum dolore, menſtruorum ablatione conuenit phlebotomari. Saphenæ ſimiliter menſtruæ ablationem, matricis apoſtemata, & eius puſtulas, teſticulorum quoq; & tibiarum & coxarum dolorem, leuant. Iſchiaticę autem iſchiaticis ſubueniunt. Similiter & quæ ſunt in cratibus pedum. Sciendum eſt autem quia ſi materia in interioribus corporis ſit, phlebotomia: Si in medio, ſanguiſugę: Si in exterioribus, ſcarificatio magis, conuenit. Phlebotomia enim fortior eſt ſanguiſugis: Sãguiſugę fortiores ſcarificatione. Venarũ igitur nõ pulſantiũ utilitas dicta ſufficiat. Pulſantiũ uero phlebotomia ubicũq; rubicũdiſſimus, & ſubtiliſſimus ſanguis ſuperabundauerit, ualet, ſicut dixit Hippocr. Quis niſi cum magna cautela, & neceſſitate compulſi incidere non debemus.

De inciſione arteriarum. Cap. IIII.

ALiquando errant chirurgi in baſilicæ phlebotomia, aperientes arteriam, quæ certificatur ex ſanguine puriſſimo, & rubicundiſſimo, cum ſaltu inceſſanter exeunte. Oportet ergo fiſſa cute corporis, ſic abſtrahi, ut arteria ex utraque parte inciſionis ligata, mediũ abſcidatur, & medicina ſolidatiua, ſicut aloë, ſarcocollis, ſanguis

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 343 sur 404

©BIUM

draconis,thus,& ſimilia ponantur,ſed tamen niſi ſtipticis,uel incẽſiuis prius adhibitis,non poterit reſtringi.

De curatione apoſtematis quod empyema dicitur. Cap. V.

IStquædã apoſtema, quod empyema dicitur, cuius cauſam, & ſignificationẽ, cũ de paſſionibus locuti ſumus explanauimus. Diximus enim quod empyema,aut de fluxu arterię, ſiue uulnere, aut de ruptura fuerit. Quod ſi in titillica uel in faucibus,uel in collo ſit,alijſq; locis,ubicũq; pulſus magnus habetur cõtingit,oportet dimitti, ne ſubita ſanguinis effuſione infirmus periclitetur. Si uero paruus & ſubtilis fuerit pulſus,cute per longũ fiſſa,& toto ſanguine ablato, arteria,ut ſupradiximus,ex utraq; parte forti filo ligetur, mediumq; proijciat, & panno uino infuſo,prius ibi miſſo,& ablato,ſolidatiua ponantur. Quod ſi ruptura arterię contigerit,prius filo cum acu ſubmiſſo ex utraq; parte apoſtematis,arteria ſtringatur. Poſt apoſtemate fiſſo ſanguis extrahatur, mediũq; arterię prohibeatur, & ſolidatiuis ut ſuprà diximus cõſtringatur, pãno tamen oleo,& uino infuſo,unius horę ſpatio ibi dimiſſo,& ablato.

De inciſione arteriarum poſt auriculas exiſtentium. Cap. VI.

INciſionem arteriarũ poſt auriculas exiſtẽtium capitis ſcabiem, opthalmiam diuturnam,hemicraneam quoq; & ſtuporem,diximus curare. Debẽt ergo prius pilos radere,deinde arteria inuenta,& ſpatio trium digitorum ſignata ex utraq; parte uſq; ad os incidere. Medium autem fiſſa cute proijciatur,& arterię capita coquant. Pannus etiam qui oſſi coniungitur, abſtrahatur, ne ſi forte remanſerit, ſpaſmus generetur. poſt ſolidatiua medicina ponatur.

De inciſione arteriarum quæ ſunt in temporibus. Cap. VII.

OMnium arteriarũ, maximeq; in temporibus manẽtium, timenda eſt inciſio, quę tamen ſi alia medicina nõ ſubueniat,ingruente neceſſitate nõ eſt refutanda. Curat enim hemicraneam,opthalmiam, calidũ & acutum catarrhum à cãpite deſcendẽtem, & apoſtemata in lacertis temporũ naſcentia. Fit autem ſic: Tẽporibus prius raſis tamdiu cum aqua calida locus fomentetur, manibusq; fricetur, donec arteria appareat. Tunc alio cutem lauãte eam findas, qua ex utraq; parte inuerſa,remanentem arteriam à carne ſepara, & ſi ſubtilis ſit,trium digitorum mẽſura abſcindas,& ſolidatiua apponas. Si uero groſſa fuerit,illam findas, & quantum ſanguinis ſufficit abſtrahas triumq; digitorum ſpatio, ligata ex utraq; parte uulneris incide,mediumq; proijcias. Tunc pone ibi puluerem, qui conficitur ex arſenico,& croco,uel medicinam ex ſarcocolla,aloẽ & ſanguine draconis, compoſitam. Et poſt emplaſtrum ſolidatiuum ponatur,uel

hoc

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 344 sur 404

hoc medicamen. Ad ſanguinis fluxum uenarum inciſarum probatum: Recipe thuris unc. 2. aloës, unc. 1. horum puluerem oui albumine diſtempera to confice pilosq; leporis iunge, inciſisq; arterijs impone, & quouſq; ſponte cadat, ibi dimitte.

De ſcarificationibus. Cap. VIII.

CHirurgia quę fit in carne, ut inciſio, uel incenſio, & ſimilia. Aut membris omnibus communis, aut aliquibus eſt propria. Communis, ut ſcarificare, tela extrahere. Propria uero, ut oculi ungulam radere, ſuperfluam carnem narium incidere, & alia quę longum eſt enarrare. Nunc igitur à ſcarificatione incipiamus. Scarificatio nanq; alia fit cum inciſione ſola, alia cum inciſione & uentoſa, alia cum uentoſa, inciſione & igne. Quę uero inciſione ſola fit, pueris aliquando fieri conuenit ſanguinolẽtam paſſionem habentibus, ſicut phlebotomia iuuenibus. Ventoſa quoq; ſi eorũ paſſio ſit in capitis partibus, ut in oculis, & ſimilibus, puppi capitis apponatur, cutisq; capitis ſolummodo incidatur. Si autem de profunditate membrorũ corporis malum ſanguinẽ trahere oportuerit, magnæ fiunt inciſiones. Sic enim nõ ſolum ſoluitur ſanguis, uerum etiam mali extrahuntur humores. Qui uero multum ſanguis extrahere neceſſe habet, profunde ſcarificetur, ſpiſſusq; ſanguis à quo trahendus eſt ſimiliter incidatur. Scarificatio ſiquidẽ quia per diuerſa corporis loca fit, uniuſcuiuſq; proprium iuuamen dare conuenit. Prora igitur capitis quę cum uentoſę impoſitione unius palmi mẽſura longæ à naſo ſcarificetur, lepræ ualet incipiẽti, anginę, ac totius grauedini corporis, nimioq; calori capitis, & ſanguinolentæ uertigini, ſcotomiæ quoq; ac renum dolori, & teſticulorum puſtulis. Locus autem iſte quia magno pulſui uicinus eſt caute ſcarificetur. Pulſus enim ſi inciſus fuerit, aut inceſſanter ſanguis effunditur, aut in eo ceſſante mentis auditus, uiſusq; nocumentũ ſubſequetur. Quæ aũt in ſummo capitis fit ſcarificatio, faciei liuorem, & ſenſuũ turbationem clarificat, oculorum infirmitates, puſtulas & ſcabiem & excoriationem ſanat, ſtuporem, auditus grauitatem, pruritũ aurium, fœtorẽ nariũ, orisq; & capitis dolorẽ extirpat. Alia uero quatuor digitorum ſpatio ſuper ſpondyles in puppi capitis facta, ophthalmias puerorũ aurium q; dolentiũ puſtulas, palpebrarũ quoq; grauitatem & ſcabiem, & impetiginẽ mundat. Alia rurſus in colli lateribus ſcarificatio fit, dentiũ, & linguę dolori ualens, ac gingiuarũ tumori, & oculorũ lippitudini. Si tamen aſſidue fiat, tremorẽ gignit. Qui autẽ ſub mento ſcarificãtur, à puſtulis & uulneribus oris, de uuulę liberabitur apoſtematibus. Sũmitas quoq; ſpondiliũ ſcarificata melancholicæ paſſioni prodeſt, & anxietate ſpiritus, & cardiacis ex calore patientibus. Scarificatio quoq;, quæ ſub ſpatulis fit, naſchet à Arabicis appellata, manu ſub cubitu poſita, brachioq; circulatus ex-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 345 sur 404

©BIUM

tenſo,ubi fieri debeat deſignatur.Locus enim ſcarificationis ſummitate mā nus attingitur. Valet itaq; quę ſub ſiniſtra fit ſpatula,mortiferam bibenti po tionem,tumoriq; & apoſtemati ſplenis.Quę autem ſub dextra,calori & apo ſtemati epatis.Eſt & alia quæ fit ſub femoribus,hęmorrhoidibus,fluxui ſan guinis, tenaſmo,aut tumori ani, doloriq; ualens, & apoſtemati, profluuioq; ſanguinis mulieris ſubueniens, & narium, & ſanguineæ egeſtioni,uel inun ctioni,calori renū,urinę ardori,uulneribus,pruritui, & ſcabiei,quæ ſunt in ter anum, & teſticulos proficiens,ac teſticulorū ex putrefactione ſanguinis facto apoſtemati.Hæc autē ſcarificatio nocet coitu,coitumq; aufert,ac dor ſum deficere facit, pinguedinem quoq; & craſſitudinem renum conſumit. Alia uero unius palmi menſura ſuper cauillam ſub genibus quatuor digito rum ſpatio in tibia facta,melancholicis, falſæq; cogitationi,mētis corruptio ni,impetigini,pruritui,ſcabiei,uiſus obſcuritati,uertigini, epilepticis quoq; & iſchiaticis,utilis exiſtit. Sed oportet ut infirmus balneet prius, ut ſanguis extenuetur,tibia calida fiat,tantisq; ſcarificationibus uētoſam tredecies ap ponatur.Quæ autem inter mamillas mulierum fit ſcarificatio,ad ſanguinis fluxum tantum proficit. Alia quoq; in coxis facta,coxarum & teſticulorum ualet pruritui,ac menſtruę ablationi. Oportetq; locum iſtum multum ſcari ficari,& exuccari,pedibus uinctis,ſedētibus quibus hoc in ſummo coxæ fit. Alia, in interiorem partem geniculorum, in ſummitate uicini oſſis concate nationi facta, tumori & apoſtemati geniculorum ualet, eorumq; ardori, ac grauitati,necnon articulorum dolori. Alia, in cratibus manuum fit,earum fiſſuræ multū ualens,& ſcabiei,puſtulę ac pruritui. Scarificatio ſuper anum facta, eius dolorem, & ardorem extinguit, hęmorrhoidas matricis ad inte ſtinum deſcendentes occidit,apoſtema diſſipat,& coxarum, & natium mu liebrium magnitudinem reprimit,mēſtrua prouocat,dorſoq; & femore do lentibus ſubuenit.Quæ uero inter duas cauillas ſcarificationes fiunt, offen ſioni pedum ualent,& fiſſuræ calcanei,& eius ardori,matricisq; infuſioni,& eius ardori,& menſtruis tardantibus.Siniſtri autem cubiti ſcarificatio, dolo rem ſplenis mitigat,& quartanas febres,& abundantiam cholerę nigrę mi nuit,centum,uel quinquaginta drachmis ſanguinis extractis. Oportet autē ut in omni ſanguinis extractione, & infirmi uirtus, & ſanguinis corruptio cōſideretur.Sanguine enim minuto pluſquam oportet, ſtomachus,& epar infrigidantur, cutis corporis citrina fit, cor deficit,hydrops generatur, coi tusq; debilitatur,epilepſia & morphea alba eo accidit,uiſusq; turbatur. Pup pi tamen capitis maior uentoſa imponenda eſt, quàm quæ in colli lateribus mittitur.Crurium autem uentoſa mediocris ſit.Scarificatio quoq; ſicut phle botomia & cæteræ inanitiones plus in uere,& in autūno fieri debent,quàm in cæteris anni temporibus, Cauere nanque conuenit nimis calidum, & ni mis frigidum tempus.

De utilitate

De utilitate uagantis uentoſæ. Cap. IX.

QVantę utilitatis ſit, quibuſq; locis uagās uētoſa apponi debeat, dicere nō ſuperſedimus. Licet enim infructuoſa uideatur, ea tamen ad materiæ motionem de loco ad locum, ut in lapide renum, uel ad extractionē, ut ab interiori ad exteriora, ſiue etiam ad ſanguinis attractionē ad infrigidata loca, uel ad membra uoluntario motu carentia, ſi tamen ſint ſenſibilia, necnon ad uentoſitatis diſſolutionē, probauimus. Si ergo manus uoluntario motu careat, uentoſa primum in cubito per tres dies ponēda eſt iuxta manū. Similiter in pedibus, uel in aliꝭs membris uoluntarium motum non habentibus, ſemel in menſe faciemus. Quod ſi fluxus narium alicui ſuperuenerit, uētoſam ſuper ſplenem ponimus, ſi ex ſiniſtra nare fluxerit. Si ex dextra, ſuper epar poſita attrahendo à ſuperioribus ad inferiora ſanguinem ſiſtet. In mulieribus quoq; fluxum patientibus uentoſa ſub mammillis poſita, idem operatur. Coſtam etiam interius plicatam, & aurium fiſtularū putredinem ſuggendo extrahit. Fiſtulas quoque in carnoſis locis exiſtentes, licet materia ſit incluſa, uentoſa tamen, & clyſtere purgat, & curat. Sciendum eſt autem nullam uētoſæ ſpeciem ante corporis mundificationem ualere. Nam ſi in corpore nondum mundificato uentoſa utimur, materiam ad debilia loca attrahendo, non immodicum nocumentum præſtabimus.

De utilitate uentoſæ cum igne. Cap. X.

MVltarum ualitudinum uentoſam nocuam eſſe diximus. Reſtat ut illarum quæ cum igne apponuntur, doctrinā & oportunitatem ſubiungamus. Ergo ſi uentoſa aqua infuſa, cum ſtuppa accenſa, aliquibus locis apponatur, materiam de membrorū profunditate extrahit. Cauendum tamen ne materiā in aliꝭs locis coadunatam illuc attrahimus. Quare quoque ſciendum eſt quod ignis quantitatem attractio æquiperet. Si enim magnus fuerit ignis, magna fit attractio. Si paruus, parua. Hæc autē ſuper umbilicū ſi ponatur, uentris tortionem, colicamq; paſſionem ex groſſa uētoſitate facta extirpat, fluxum mulierum ſiſtit, uuluæ uentoſitatē diſcutit, menſtrualis ſanguinis groſſitiem attenuat, defectionem ex fluxu ſanguinis factam corrigit, uuluæ frigiditati ſubuenit, putredinem & uulnera uuluæ mundificat. Superpoſita ſtomacho groſſam eius uentoſitatem de frigore factam, ac de uiſcoſis humoribus purgat. Oportet tamen ſecundum membrorum quantitatem eas apponi. Sicut enim diuerſę membrorum habitudines, ſic etiam uentoſarum uariæ formæ neceſſariæ ſunt.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 347 sur 404

©BIUM

De cura apostematum in carnosis locis existentium. Cap. XI.

APostemata in carnosis locis existẽtia, usq; ad plenã maturitatẽ, maturatiuis & mollitiuis curentur. Pòst si mollia sunt incidantur. Quæcunq; enim talium ante maturationem incidẽtur, ad curandum elongantur, & ad sanandũ plaga moratur. Aliquando induratio & concauitas incisionis, & in diuturnitatem tendit. In concatenatione uero membrorum, aut in proxima loca ligamentis, ut sunt iusculi, uel nerui, si superueniãt apostemata, nõ expectatur incisio donec maturentẽ, ne materia ibi manẽs, musculos uel neruos putrefiat. Sic ergo facies: A sano loco usq; ad sanũ cutem findes, & quicquid puris, & putridæ carnis inueneris, abijcies: cõcauitatemq; uulneris mũdificati pãno ueteri & subtili prima die: secundo, oleo rosato infuso: tèrtio, etiã bambacino butyro infuso imple bitur, quousq; uulnus mũdetur. Magnorũ uero apostematũ materiã ne infirmus deficiat, semel extrahere caueas. In quibus omnibus uirtutem infirmi necesse est custodias. In titillis autem inguinibus apostema per latitudinem findes. Si tamen super lacertum, aut neruum euenerit, non ipsum, sed ex utraq; parte cutem incide. Post supradicta pone, deinde unguenta, & emplastra ad hanc curam composita uel inuenta.

De embrocis ad plagam & sanguinem restringendum. Cap. XII.

EMbroca contra omne uulnus ad restringẽdum sanguinem, & ad dolorem mitigandum, & ad inflationem auferẽdam: Rec. cepullas, & cyminũ, & micam panis, & sal, & pista simul, & coque cum oleo, & axungia pauca, & superpone plagæ, super adiuncto panno, uel stuppa. Si autem recentem sanguinem emiserit, per tres dies non mutetur. Sin autẽ in altero die mutetur, mane & sero cum unguento fusco, si fuerit in capite. Si uero in alijs mẽbris cum pultibus. Alia embroca: Rec. rutæ, arthemisiæ, absinthij, saliuę, cepullę, salis, cymini, ęquale pondus cum axũgia cõteras, & bullias, & calida superponas, & si plaga fuerit in profundo, prius imponatur lardũ cũ sale, & embroca desuper. Alia ad idem embroca: Tolle pannũ & cõbure, & commisce cum oleo, & uino, & omnia simul calefacta, superponas.

De constrictorijs ad fracturas ossium & membrorum. Cap. XIII.

COnstrictorium ad fracturas ossium, brachiorũ, uel femorum: Rec. mastichis, olibani, aloẽs, ana. drach. singulas, colophonię, drach. 2. boli, drach. 5. omnia in puluerem redacta, tẽperentur usq; ad spissitudinẽ cum albumine oui, adiuncta farina siliginis, uel frumẽti. Ad idem: Ex succa porros, & tẽpera succũ cũ farina siliginis, & superpone. Ad idem; Cõmisce bolũ, & colophoniã cũ farina siliginis, & albumine

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 348 sur 404

©BIUM

bumine oui. Vbicunq; poſueris, prius emunda locum cum aqua calida. Poſt quam poſueris fortiter cum lino, dimitte per 9. dies. Vnguentum ad ſanandos gambas & omnes plagas. Recipe ceruſę, unc. 5. lithargyri, floris plumbi, olibani, maſtichis, ana. drach. 1. aceetum, & olei quantū ſufficit. Adiunge etiam ſi uis, argenti uiui, unc. 1. tere in mortario, & utere quando opus eſt.

Cōbure antiquas ſtuppas nauium, & cinerem pone in capitibus eorum. Pultes, ſiue intractus ad omnes plagas recentes, præter plagas capitis. Rec. uinum & farinam tritici, & mel, & oleum, & axungiam porcinā, omnia miſceantur, plus tamen uini, & farinæ addatur, ſi hyems fuerit, addatur etiam arthemeſia, ſaliua, ruta, abſinthiū, piſtētur, & lento igni coquātur, & ſemper calida ſupponant. Si uero æſtas fuerit, parietaria, & quinqueneruia. Iſte eædem pultes ualent ad apoſtemata maturāda, adiuncto lini ſemine, & branca urſina, & maluauiſco, & frondibus uiolæ. Itē ad apoſtemata maturāda. Coquantur in aqua frondes brancę urſinę, & maluę uiſci, hyoſcyami, lapatiolę, uolubilis, uiolarum, lilij, inde piſtentur cū axungia, in aqua laua, factū referua. Ad fiſtulas, & cancros occidendos, Flos ęris tritus cum radice, uel hermodactylis ſupponatur. Ad omnes cocturas uitellum oui cum oleo temperentur, & ſuperponatur cum ſubtili ſtuppa, & ſi in profundo fuerit cum licinio. Si in ſummo, cum plagella ponatur. Ad refrigerādas cocturas quæ ſanguinem fundunt, Accipe albumen oui, & moue, & cum ſtuppa de lino, pone deſuper. Fomentum ad omnes fracturas oſſium, Coquātur malua, & abſinthiū, & ſi poteſt branca urſina, & inde cum tepidū fuerit, fomēta omnes fracturas, & hoc in ęſtate. In hyeme, ex arthemeſia, ſaliua, & ruta fiat fomentatio. Cum ueneris ad brachium ſtatim fractū, uel quodlibet os, niſi caro rupta fuerit, coque mel, & ſal, & ſuperpone fracturæ cum ſtuppa. Ad uulnera lauanda. Coque radices apij, & petroſelini cum uino, & laua uulnera.

De nodis & glandulis. Cap. XIIII.

VT nodi & glandulæ extrahantur, cutis findatur, & non ſolum nodus, ſed etiam ſaculus totus, radicitus extirpetur integer. Si enim aliquid remāſerit, fit cauſa alterius nodi. Duros tamē prius maturatiuis mollias, poſt extrahas, & cures, ut ſupradiximus.

De ſcrophulis. Cap. XV.

SCrophulis quibus alia materia non proficit, chirurgia fit neceſſaria. Cutis ergo per longitudinem uſq; ad ſcrophulas incidatur, & cum omni materia ſibi adhęrente nitro extrahatur. Caue tamen ne arteria, pulſus aut neruus in huiuſmodi chirurgia lędātur. Quod ſi fit, eis ex utraq; parte ligatis, quod uulneratū eſt rumpatur. Cum autem ſcrophula abſtracta fuerit, ne quid ex ea remaneat, diligenter inquirat. Si quid enim

remanſerit,

©BIUM

remanſerit,renaſcetur. Loco autẽ perfecte mundato,cutis conſuatur,ac deſuper puluis citrinus imponatur.Deinde ut cętera uulnera procuretur.

De inciſione cancri. Cap. XVI.

CAncrum in alijs locis durũ eſſe diximus apoſtema, eiuſq; cauſas,& curationes expoſuimus.In hac autem ægritudine, ſi cętera parum proficiant medicamina,dicendũ eſt quomodo ſubueniatur chirurgia. Cancer ergo aliquãdo in omnibus membris fit,prȩcipue tamen in uulua mulieris & in mammillis naſcitur.Quod in uulua fit,per chirurgiam non ſanatur. Si uero in mammillis,alijſq; corporis locis naſcatur, arteriam uel neruos uicinos non habentibus totum tumorem incide, & cum raſorio quicquid læſum eſt concaua.Sanguis autẽ ſpiſſus,& melancholicus ut effluat,exprime uenas.Poſtea unguẽtis,& alijs ſimilibus uulnus illud ſanare ſtude.

De uerrucis & porris & formica. Cap. XVII.

VErrucę & porri & formica,hęc omnia radicitus euellantur. Locum eorum ferro calido fortiter coque. Verruca ſi fortiter filo ſtringatur,aliquando cadit ſi diu ſtricturam patiatur. Formicæ paruę ſunt puſtulæ, in exteriori cute naſcentes. Quas cum alia non proſunt medicamina, ut comprehendi ualeant, prius circũfodimus, & poſtea cũ ferreis forcipibus ad hoc factis,illas extrahimus.Deinde unguentis & oleo plagam ſanamus.

De uulnerum curationibus quæ morantur ſanari. Cap. XVIII.

VVlnerũ quę multũ ſanari differũt, locum eorũ cum parte etiam ſanę carnis,ut cancrorũ,abſcidas,raſoq; & mũdificato loco uſq; ad defectionem ſanguis educatur. Hoc tamen fiat,ſi fortis fuerit infirmus. Bonoq; cibo & uino forti ac odorifero cõfortetur & medicina. Vulnus uero ut cætera uulnera curetur.

De extractione teli. Cap. XIX.

TElum in exteriore corporis parte hęrẽs,ſi lignũ habet, per illud extrahatur.Si uero nõ,forcipibus ferreis in uulnere miſſis pranſum educatur, & ſi uulnus ſit ſtrictum dilatetur. Si uero cohæreat oſſi,commoueatur, & commotione laxatum, euellatur,& educatur.Si autem cõmoueri nequeat, caro uſq; ad os incidatur, & os circa ut euelli poſſit,corrodatur.Quod ſi barbatum ſit,ſumma cautela diſcoopertum extrahi conuenit. Item telum carens ligno,ſi in profundo lateat,& foramen per quod intrauit nõ pateat,ſauciatur, ſicut erat cum illud excepit locetur, & digito exploratum fiſſa carne trahatur. Si autem ſenſerit illud ad oppoſita membra tranſiſſe, ex ea parte extrahatur foramine facto. Telum tractum ſi non ſit integrum, neceſſe eſt ut requiras quod remanſit.

Si uero

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 350 sur 404

Si uero telum arteriæ,aut neruo,aut alicui nobili membro ſit uicinũ,caue ne cum extrahere uolueris,ea loca lædantur. Aliquando quippe melius eſt,ut remaneat,quàm extrahatur. Homo enim quidã gerens ſagittã in corpore, iuxta ſtomachũ penetrato ſiphac,eo diu permanente penetrato,nullum dolorẽ infirmus patiebatur, niſi cum ſtomachus implebatur. Sagitta ſi nobili membro adhæreat,ut eſt cerebrũ,cor,pulmo,epar,ſtomachus,renes, ueſica,& ſimilia,ſi mortale ſignum appareat aliquod,non ibi manum mittas. Si autẽ non,oportet moliri qualiter ſuauiſſime extrahi poſſit. Multotiens enim contingit,non inde mori hominem. Homo quidam in inteſtino ſagittã habens,eam cum egeſtione eiecit,ſicq; euaſit. Alij fruſta epatis,alij cibum per uulnus emiſerunt,nec tamen inde mortui ſunt. Si autem uelis inquirere locum interiorẽ in quo ſagitta lateat, ſignificationes oportet cognoſcere perfecte. Si enim ſit in dura matre cerebri,infirmo nimius dolor capitis erit,rubent & incenduntur oculi,alienatio inſtat, & lingua nigreſcit. Si uero ſit in pia matre,uirtutis defectione,& uocis ablatione ſubſequentibus, puſtulę in facie creſcunt,ſanguis & ſanies de naribus,& auribus exeunt. Si autem ſit in pectoris concauitate,aẽr inde exit. Si in corde, niger ſanguis fluit,frigiditas extremitatum accidit. Sudor quoq; & ſincopis fit,qui nunciatiua ſunt mortis futurę. Si autẽ ſit in pulmone,ſpumoſus ſanguis emittitur, color & anhelitus mutantur. Si in diaphragmate,magnus & ſpiſſus anhelitus habetur. Si autem in ſtomacho,per plagam cibus egreditur. Si in inteſtino,ſtercus emittitur. Si in ueſica,urina effunditur. In his uero omnibus ſi mortalia ſigna non appareant,fortisq; ſit infirmus,artem exerce. Nam ſi telum in capite fuerit, oſſe illud circundante perforato, ſuauiter extrahe. Si ſit in pectore, neceſſe eſt,ut pars coſtę incidatur, & ſub ea aliquid pone,ne pellicula rumpatur. In uulnere pulmonis,ueſicę,& ſimiliũ,eſt exercendum ingenium. Si in magna uena,aut arteria,fixa fuerit ſagitta,ex utraq; parte uulneris poſtquam extrahatur,uena ligetur. Vide tamen ne uenenoſa fuerit,quod ex colore loci cognoſcimus,qui uel liuidus eſt uel plumbeus, uel niger. Si enim uulnus toxico ſit fœdatum,mundetur,& conſuatur protinus,& ut alia uulnera curetur. Quod ſi infirmus in uulnere tumorẽ,uel ardorem patitur ſicut ignem acrẽ, phlebotometur, & roſę,ſandali,ſuccus endiuię,coriandri,ſolatri, ſemperuiuę,&ſimilium,loco applicentur.

De collatione ſaniei in capitibus puerorum. Cap. XXVI.

PLerunq; in infantium capitibus incongrue ſtrictis, aqua colligitur,aut in eis uena ruptã,ſanguis putridus,crudæ ſaniei generatiuus coadunatur. Huiuſmodi ergo coadunatio,aut fit inter cutem capitis,& pelliculam cranei exteriorẽ. Aut inter craneum, & pelliculam ſibi propinquiorem. Aut inter oſſa cranei,& duram matrem.

Materia

©BIUM

Materia uero inter cutem capitis, & cranei exteriorē pelliculam coaduna-ta, tumor tactu mollis, cutisq; colori consimilis, ac dolore carens innascitur. Quem si tangas, tactus impatiens cito diuiditur. Humoribus autē inter cra-neum & pelliculam sibi propinquiorem collectis, significationes prædictis sunt consimiles. Tumor tamen ibi factus, citius tactum fugit, eo quod mol-lior est, dolorq; magnus in osse capitis habetur, frons quoq; & oculi eminēt, lachrymæ funduntur. Quæ morbi species non leuiter curatur. Tertia uero incurabilis reputatur. Materia si inter cutem capitis & exteriorē cranei pel-liculā coadunetur, in duobus aut tribus locis cutis fundatur. Eaq; effusa ue-teri lineo panno locus impleat. Ac demum quarto die soluto capite pannus extrahat, & postea ut alia uulnera curentur.

De catarrho ad oculos descendente. Cap. XXII.

DEscendēte ad oculos catarrho, sentiūtur quasi formicę per fron tem, & tēpora deambulātes, & assidue rubet facies. In hac igit ægritudine rasis temporibus & fronte, ut lacerti temporū ap-pareant, inferiores genę moueātur, euitatisq; lacertis in tribus locis, usq; ad ossa cutis fundatur ęqualiter & recte. Incisiones autem duarum unciarum longitudinem habeant, tribusq; uncijs inter se distēt. Hoc autem facto, de incisione ad incisionē inter ossa, & cutem ferrum ducatur. Ferri acu mine ad cutem conuerso, & quicquid arteriarum, & uenarū ibidem reper-tum fuerit incidatur, ac remanente cute integra, sanguis abundanter exire dimittatur, & ut nihil ibi eius remaneat, cutis exprimatur. Locus autē mun dificatur panno, oleo & uino infuso impleatur, pannusq; similis intinctus desuper apponatur, & alius super lacertos temporū, sandalis & rodostoma-te infusus, mittatur. Quibus tertia die resolutis, ut alia uulnera curentur.

De frontis incisione. Cap. XXII.

FRons incisa per latitudinē, his ualet, quibus per multas uenas humores ad oculos profluunt. Cuius ægritudinis significatio hæc est: Oculi macri, eorumq; anguli corrosi, uisus defectio, & calor cum nimis lachrymis, palpebrarum pili cadunt, acutū do lorem in profunditate capitis sentiunt continuo. His itaq; uisis, caput infir-mi radatur, ut lacerti temporū caueant, ac deinde frons à dextro latere, usq; ad siniſtrum incidatur. Incisio autem adeò profunda fiat, ut caro appareat. Deinde arteriarum atq; uenarū extremitates diuidantur, & pannū lineum uino & oleo infusum desuper apponito. Secunda autem die si capite resolu-to tumorem non uideris minoratum, quousq; minoretur, religabis, & post hęc unaquaq; die ossa radēs, cum creari cœperit caro, medicinam apponas creatiuam carnis. Caro autem crescens in his locis cuti coniungetur, & du-ra fiet. Sicq; catarrhum solitum ad oculos uenire repelles.

De super-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 352 sur 404

©BIUM

De ſuperfluitate pilorum in palpebris. Cap. XXIII.

NEceſſarium eſt ſuperiorem palpebram pilorum ſuperfluitatem depreſſam releuare, & qualiter releuari poſſit, iudicare. Quod cum facere uolueris, ea inuerſa diſcipulo cõmittatur, pilisq; qui ſub ipſa ſunt ne te impediant inuiſcatis maſtiche de angulo ad angulum ſub pilis findatur, ut pilorũ multitudo intrinſeca extrinſecus cõuertatur. Fiſſurã uero illam quæ uſq; ad cutem fieri tantum debet cum forcipe reſcindes, ac deinde iunctam & conſutam citrino puluere aſperges, & aqua in qua ſal & cyminum cocta ſunt oculo infundatur, & per tres dies ad inſtar cæterorum uulnerum illud cuſtodies, ſicq; curabis.

De leporina paſſione. Cap. XXIIII.

LEporinę paſſiõis cauſam curtas eſſe palpebras aliâs diximus: Quã qui patiuntur ut lepus dormiunt. Quod quidem ſi uulnere prędicte cõtigerit, palpebram per latitudinem incidamus. Deinde in inciſione ipſa, licinių medicamine carnis curatiuo infuſum, imponamus. Si uero pro inuerſione inferioris palpebræ idem acciderit, ea ſimiliter inciſa ſimili medicamine repleatur. Si quid autem ſuperfluum ibi creuerit, abradatur, citrinoq; puluere impoſito, oculi in aqua in qua ſal & cyminum infuſa ſint, lauentur, & ſi tumor innaſcitur, ophthalmica medicina curętur.

De pinguedine ſub oculis naſcente. Cap. XXV.

PInguedine ſub palpebra ſuperiori naſcẽte, oportet eam inuerſari duobus digitis ab utroque angulo, & ut illa pinguedo appareat, exprimat. Quãquidẽ apparente, cutẽ per longũ quaſi phlebotomãs finde, eamq; extrahe, deinde pannũ ueterẽ aceto infuſum, ſuperpone. Alij ante ut abradatur quod pinguedinis remanſerit, ſalem tenuiſſime tritũ immittunt, pannũ ſuperligantes, unius diei ſpacio dimittendum, & poſtea ſi tumor, & calor defuerit, unguenta curatiua, licinio circumponentes imponũt. Si uero tumor, & calor ibi fuit, refrigeratiua, & ſtiptica, ſicut ſulphur, ſandali albi, bolũ, litium, cum coriandri, & endiuię ſucco temperata, ſuperponatur, & ſic ligentur.

De corneæ & palpebrarum coniunctione. Cap. XXVI.

DE cornea. Si corneę aut coniuncturę tunicę palpebra coniungatur, inſtrumento ferreo inter palpebram & oculum miſſo unco apprehẽſa eleuetur, & pannis oculi euitatis, cauſa cõiunctionis abſcidat. Hoc facto cyminũ & ſal cõmaſticata in oculos cõſpuamus, & inter oculũ, & palpebrã panno ueteri poſito, pannũ oui uitello inductum ſuperligemus, & die tertio reſoluentes, albo collyrio procuremus.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 353 sur 404

©BIUM

De grandine oculorum. Cap. XXVII.

GRandi fiſſa palpebra apparens, inſtrumento ferreo abſtrahatur, & ſi grādis fiſſura fuerit, ſuatur, puluiſq; citrinus ſuperponat. Fiſſura uero ſi parua fuerit, ſolo puluere curetur.

De glandibus & uerrucis oculorum, & ungulis. Cap. XXVIII.

VErrucæ & glandes oculorum unco comprehenſę forfice ſubſcidantur, ouiq; uitellum & oleum roſatum ſuperponatur. Si uero calor innaſcitur, ſecundo die reſoluentes collyriū imponamus. Si uero calor defuerit, dragagāti puluerem, atq; citrinum imponamus. Si ungula grandis ſit adeò ut pupillam tegat, penna columbina inter illam, & oculum miſſa, leni acu ab oculo ſeparetur, & inciſa circum circa extrahatur, ciminoq; & ſale cōmaſticatis & impoſitis, uitellū oui ſuperponat, & ſecūda die ſi calor inſit, albo collyrio ſicut opthalmia curetur.

De exitu uueæ tunicæ. Cap. XXIX.

EXeunte uuea, non eſt ſpes, ut uiſus reuertatur. Enitendū tamen eſt ut turpedo auferat. Vt ergo oculus fiat planus uuea, reſcindatur, & ſicut plaga curetur. Refertur Galen. Theodorum medicū multos homines de humoribus ſub cornea curatis curaſſe. Huiuſmodi infirmorum ante ſe ſedentium capitibus exagitatis, quia materia quippe ex omni parte deſcendens, diuidebatur, nō leuiter capite excuſſo. Alij autem corneam findunt, ut illam materiam effundant, & plaga illa ſicut alia uulnera oculorum curetur.

De catarrhactis oculorum. Cap. XXX.

CAtarrhactarū diuerſitates, cauſasq; & ſignificationes, alibi diximus. Hic autem curam earum, ſecundum chirurgiam, exponemus. In catarrhactis igit curabilibus inuentis, ut oculos claudat infiamo prȩcipe: Ac demū duobus pollicibus palpebram in omnem partem cōmoue, & ſi tunc ſubito apertis oculis aqua ſuper pupillam fuſa, à pupilla ſeparata fuerit, nondū curandā intellige. Si uero coagulata permaneat ſicut ante, curandam iudicabis. Cuius quidem aquę color, ſi ſicut ferrum candidum aut plumbum lucidum fuerit, curandam rurſus intelli ge. Si uero quaſi calx fuerit quia coagulatiſſima eſt incurabilē iudicato. Item quantitate pupillarū notata ſi altero oculo clauſo, alterius pupilla dilatetur, curabitur. Infirmo ergo ante medicum ſedente in loco lucidiſſimo, ſi unus oculus ei ſanus ſit, eum claudat. Medicusq; ei oppoſitus parum altius ſedens inſtrumentum æreum, cauens pupillam à minori angulo uſq; ad maiorem ſub pupillam, impingat, & cum illud per medium corneæ ſecus pupillam uiderit, inferius premat. Aqua autem ad locum non currente, ſi infirmus rem

ſibi

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 354 sur 404

©BIUM

ſibi perſpexerit monſtratam, inſtrumentum paulatim retorquendo extrahatur. Si uero ad locum redeat, bis aut ter, ut omnis aqua exeat, ibidē reponatur. Quo facto, ſal & cyminum comaſticata in oculo pone, & pannum oui uitello inductum ſuperpone. Deinde infirmus in obſcuro loco manens, oculos habens ligatos, à tuſſi & ſternutatione, ne oculi commoueātur, cuſtodiatur, & ſubtiliter dietet, ſicut pullis gallinaceis, & ſimilibus. Hęc uſq; ad diem ſeptimum, niſi cauſa caloris uel doloris cogente, diſſoluatur.

De puſtula quæ celſa dicitur. Cap. XXXI.

SÆpe in maxillis puſtula quædā naſcitur, à ſimilitudine celſa nominata, quam excoriari oportet, & cū ſaccharo uſq; ad multam ſanguinis effuſionem fricare & ſanguine exterſo, puluis qui michaon dicitur, ſuperponatur. Deinde butyro bouino mundificata, cum unguento de erugine ęris curetur.

De oppilatione auris. Cap. XXXII.

AVris oppilatio naturalis, uel accidentalis, ſi profunde contigerit, uix curatur. Si uero fuerit in exterioribus, cum acuto ferro perforetur, puluiſq; citrinus introducatur. Calore uel tumore ibi naſcente, aqua roſata, ſucco portulacæ, & ſimilibus refrigeretur. Quod ſi in aurem lapis uel granum, ſiue aliquid aliud ceciderit, retro incidatur, & cum forcipe extracto, puluis citrinus inijciatur.

De polipo. Cap. XXXIII.

POlipus eſt ſuperflua caro intra nares coadunata. Quæ ſi ſit mollis & carnoſa, cum ſubtiliſſimo cultro incidatur, & cum nodoſo filo per nares intromiſſo cum acu, & per os extracto, tota naris de illa mundetur. Deinde cum medicina roditiua & deſiccatiua, ut eſt unguentū uiride, prius tamen licinio de ueteri lino facto, aliquandiu ibi dimiſſo curetur. Si uero caro illa liuida uel nigra fuerit, intelligitur ex melancholia naſci, quę uix aut nunquam curari poteſt.

De ſuperflua carne gingiuarum. Cap. XXXIIII.

NOn ſolum in naribus, uerum etiam in gingiuis, caro ſuperflua, uel puſtula uulnus faciens naſcitur, quæ cum unco trahantur, & ferre incidantur. Poſt myrtam ſubtiliſſime tritam ſuperpone, prius uulnus uel aceto uel uino lauato.

De extractione dentium. Cap. XXXV.

DEntium extractionem nullus niſi carne ab oſſe cum ferro ſeparata facere præſumat. Deinde uero ſuper dentem niſi dolor accedat, melius eſt limare, quàm extrahere.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 355 sur 404

©BIUM

De nodis linguæ. Cap. XXXVI.

NOdorum ſub lingua propter ligamenti groſſitiem naturaliter exiſtentium, ipſius ligamenti inciſio, utile eſt auxilium. Non naturalium uero cauſa uulneris accidentium nodi à lingua ſeparatio fiat ſic: Infirmū ante te conſtituas, os apertum, linguamq; ſurſum facias tenere, nodum cum unco captū, arteria intacta, per latitudinem incidas, & à lingua ſeperes poſt ſolidatiua imponas.

De tumore faucium. Cap. XXXVII.

FAucibus intumeſcētibus, & quaſi amygdalas creantibus, cum difficili phlegmatis excreatione, & anxia ſpiritus attractione, ſi gargariſmata prius adhibita non ſubueniunt, inciſio ſuccurrat. Infirmo igit' ante te cōſtituto, aperto ore, lingua inferius preſſa, amygdalam cum unco ferro captam incide. Pelliculas autem aſtantes caue. poſt aquam roſatam cum aceto fac gargarizare, uel ſuccum arnoglo ſſæ, aut oleum cum albumine oui, ſi uulnus ſanguine fluxerit, melicrato, ſi putredinem excreauerit.

De inciſione uuæ Cap. XXXVIII.

QVanquam in omnibus membris corporis chirurgiæ cura difficilis ſit, menti tamen uuæ ſi ſtiptica non profuerint, cura inciſionis non negatur. Si ergo uua cum tumore inclinata ſubtilis ſit, & alba, cum ferro tene eam cauato, & ita apprehenſa cum forcipe parū abſcindatur. Si enim tota incidatur, ſequitur dolor pectoris, ablatio uocis. Deinde gargarizent acetum & aquam, uel aquam roſatam, & ſumac. Vuulam tamen rotundam ex omni parte groſſam, colore nigram, incidere caueas.

De inciſione gutturis. Cap. XXXIX.

INciſio gutturis in tribus locis in modū c literę facta, canalibus pulmonis ſanis exiſtentibus, liberat calido apoſtemate nato in ore gurgulionis, ſummitatē meri, id eſt, oris ſtomachi oppilante. Cutis ergo cum unco apprehenſa, adeò findatur, ut cartillagines, uenæ, & arteriæ appareant. Deinde arterijs uitatis, pelliculę infra canales pulmonis exiſtentes diuidantur, uulnusq; apertum, quouſq; de ſuffocatione gutturis ſecurus ſis, dimittatur. Pòſt cum acu iuncto, puluis citrinus ſuperponatur.

De ſuperfluitate digitorum. Cap. XL.

DIgitorum ſuperfluitas in auriculari, ſiue in pollice nata, quāuis infirmo nocumentū non ſit, tamen quia indecens eſt chirurgia medicetur. Si caro ſola ſit, cū raſario incide. Si uero caro & os ſimul, carne prius inciſa, os cum ſerra ſecetur, ut uulnus curetur.

De ſuper-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 356 sur 404

De superfluitate mammillarum. Cap. XLI.

ALiquando accidit ut mammillæ in maribus turpiter creſcant, cauſa pinguedinis quę eſt inter cutem & coſtas. Si quis autem eas auferre uoluerit, cutem in modum c literæ findat, & pinguedinem extrahat, & ſicut alia uulnera curentur.

De inciſione hydropicorum. Cap. XLII.

NVlli generi hydropiſis, niſi quę ab aquoſo curatur humore, chirurgiam conuenire ſuperius diximus. Nanq; ille humor inter ſiphac & inteſtinū colligitur. Si quis illum extrahere uoluerit, uirtute infirmi cōſiderata, uentreq; ut materia inferius deſcendat, fortiter preſſo, ab umbilico inferius tribus digitis remotam, cum acuto ferro uſque ad inferius ſiphac inciſionem faciat: ſi tamen paſſio epatis præceſſerit in dextra parte, ſi ſplenis, in parte ſiniſtra, eadem ab umbilico menſura cutem findat. Deinde cute excoriata, ſiphac cum ferro penetret, & fiſtulam argenteā, uel auream, uel æream, per quam aqua extrahatur imponat. Cauendum eſt tamen ne una uice totam extrahat, ne ſubita inanitione infirmus deficiat. Spiritus enim cum aqua exiēs, ęgrum debilitat, canali ergo extracto, plagam cum panno oppilet. Dietam confortatiuam, ſicut ius carnis, & ſimilia, & odorifera aromata ei prębeat. Secunda autem die ſoluat plagā, canalem apponat, aquā extrahat, & hoc ter aut quater faciat, aquæ partem tamen dimittat. Quam poſt alleuiationē infirmi cum cathartico aquæ citrinæ purgatiuo purget, & deinde deſiccatiua dieta, & arena calida ſole calido utatur. Aliquando uice inciſionis, coctura utamur, cuius doctrinā in ſequenti dicemus.

De inciſione umbilici Cap. XLIII.

SI umbilicus uel inteſtina exierint, ſic incidere oportet. Tumore in circuitu cum attramento ſignato, & infirmo ſupino locato, inde ſignationis medietate cum filo ligata, talis inciſio fiat, quæ digitum capere poſſit, digitoq; immiſſo umbilicum & inteſtina inferius premat, uel intus. Si pars umbilici ſurſum remāſerit, incidatur, poſt uulnus ſuatur, & ut cæteris uulneribus cura adhibeatur.

De exitu inteſtini propter uulnus. Cap. XLV.

SÆpe accidit cauſa uulneris, intra uētrem facti, inteſtina exire, quę uix aut grauiter, niſi cū medicaminibus ſi uulnus intumuerit poſſunt intus reuocari. Plagam igitur intus tumeſcentem, cum uino nigro & pontico uel ſpongia aqua calidiſſima infuſa, ſi huiuſmodi uinū non inuenit aut alijs mitigatiuis donec tumor detumeſcat, caleſacere debemus: Siue etiam infirmum ſi tempus frigidiſſimū eſt per manus & pedes pendentem in balneo calido ponere, ſiue oleo roſato, uel uiolato calido, cum cera

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 357 sur 404

©BIUM

ungere. Postremo autē si supradicta non proficiant, plagam findere, & intestinum intus mittere, umbilicū autem, uel liuidū, uel nigrum factum, quod unius diei mora solet fieri, ligatis uenis, & arterijs, oportet incidi, & sanum tantum dimittere. Post filo serico non multum grosso ne cutem rumpat, nec nimis subtili ne rumpatur, plagam ita suere acu scilicet in exteriori uel cute parte. Deinde in lacertis post in siphac perungere, & per contrarium ex altera parte, iuncturasq; distantes uno facere digito, postea citrinum puluerē superpone, ligatumq; donec detumescat dimittere. Post solidationē filum incidere, & unguentum basilicum adhibere. Si calorem patitur, frigidis unguuentis refrigera ægrum, supinū statue, tenui dieta refice, generantia uentositatem caue, pānos oleo calido infusos circa plagam, inguina, & titillicas sępe muta, cum oleo uiolato calido, uel nigro uino, & pontico, clysteriza. Et sciendum quod huiusmodi uulnus in grossis intestinis, leuius quàm in subtilibus curatur. Intestinum uero quod ieiunum dicitur, propter multitudinem uenarum, arteriarum, atq; neruorum, necnon propter eorum magnitudinem, & ipsius subtilitatem, & epatis uicinitatem incurabile est. Inferiori uero stomacho, quia loca ibi sunt ampla, & medicina semper petit inferiora, dicitur curabilis esse. Sed in ore ipsius propter suam sensibilitatem nō potest pati medicinam, neque etiam ibi moratur, & si quid adhibeatur, nulla prodest apposita.

Finis de Chirurgia libri.

CONSTANTINI AFRICANI MEDICI, DE GRADIbus quos uocant simplicium liber.

PRAEFATIO.

Vm disputationem simplicis medicinæ liber, prout ratio postulabit explebimus, cuius uirtus est in quatuor gradibus, oportet prius disputare de antiquorum dictis, qualiter ipsi intentionem de quatuor gradibus habuerint. Vnde dicimus quod antiqui cōplexionem medicinæ in quatuor diuisere partes, quæ uocātur gradus. Nam omnem medicinam dixerunt aut in primo gradu, aut in secundo, aut in tertio, aut in quarto manere. Quorum etiam unūquenq; tribus modis partiti sunt, principio scilicet, medio & ultimo. Quod licet inter horum extremitates, quedam partes contineantur, eas tamen quia nullatenus diffinire potuerunt, inscriptas reliquerunt. Verum quia quantitatem eorum graduum non determinatam reliquerunt, creduntur aut nescisse eam, aut scientes noluisse eam scribere.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 358 sur 404

ſcribere. Quod falſum eſt, ut eam ignorarint. Sed doctiſſimus Galenus poſt eos ueniens, liquido graduum quantitatē in libro de ſimplicibus medicinis inſcripto oſtendit. Dioſcorides autem quāuis eius quantitatis difficultatem non enucleauerit, tamen alio quodam modo proprietates explicat. Verum tamen quædam à nobis prædicenda ſunt, per quæ eius uerba facilius intelligi ualeāt. Palàm itaq; eſt quod omnes antiqui qui cum Galeno concordati ſunt, dixerunt, complexiones eſſe octo, unam æqualem, & octo inęquales. Nam inæqualium quatuor ſimplices, & quatuor compoſitę. Ideoq; neceſſariò omne corpus de quatuor elementis conſtructum, una harum cōplexionum indiget. Verbi gratia: Aut eſt calidum, aut frigidū, humidum uel ſiccum. Vel eſt calidum & ſiccum, calidum & humidū, frigidum & ſiccum, frigidum & humidum. Aut ęquale, ut nulla qualitas alteri dominetur. Humani ergo corporis cōpoſitio, aut eſt calidum, aut frigidum, aut ſicca, uel humida, aut æqualis. Sed quęuis æqualitas in compoſito corpore ſenſualiter inueniri non poſſit, intellectualiter tamen cognoſcenda eſt. Vnde corpus quod dicitur calidum aut frigidum non intelligitur aliarum expers qualitatū. Nomen enim ab ea quę ei dominatur, illi attribuitur. At quoniam intentio medicorum eſt humana corpora in ſanitate cuſtodire & infirma curare, & hoc abſque cibis & medicina nequit fieri, & cibus & medicina ſunt corpora de quatuor elementis cōpoſita, oportet primum cibariorum & medicinarum qualitates cognoſcere, ut quædam corpora temperamentum tranſgredientia cum medicinis curentur oppoſitis. Dicētes igitur medicinam aliam eſſe calidam in primo gradu, alia in ſecundo, alia in tertio, alia in quarto, intelligimus hęc dici ad comparationem humanę cōplexionis. Cōparatio uero alia ſimplex alia compoſita. Compoſita eſt cum aliquod ęquę complexioni comparatur. Simplex uero cum uni qualitati cuiuſlibet ęquę cōplexionis quidlibet cōparatur. Verbi gratia. Quod in primo gradu calidum eſt, æqua complexione minus calidum eſt. Vnde nec calefacit nec augmentat eam. Nam licet calor non fiat calidior iuncto ſibi alio calore, cum uideamus calorem calidiſſimę aquæ minui tepida ſibi adiuncta, eodem modo intelligimus, dicentes calidum, frigidū, humidum, uel ſiccum in primo gradu. Ideóq; antiqui maxime Galenus ęquam complexionem infra duas extremitates dixerunt manere, id eſt, inter primum & quartum gradum. Nam cum omnis ſuperficies de duabus lineis ſit cōtenta, & ipſę lineæ abſq; medijs cōiungi non poſſunt, neceſſario duo medio circa habuere. Qua de re gradus quatuor neceſſario fuere, calidum in primo, minus eſt calore naturali. Calidum in ſecūdo, quaſi illud. Calidum in tertio, maius eſt eo. Calidū in quarto, ultra eſt eum. Eodem modo frigidū, humidū & ſiccum. Quod ſi aliquid tentare ſenſualiter uolumus, guſtare oportet. Cui ſi ſenſus dominetur, eſt in primo gradu. Si cum ſenſu eſt ęqualis ut unus alteri nō dominetur, eſt in ſecundo. Si autem

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 359 sur 404

©BIUM

ſenſus per eam mutatur, ſuam tamen ſuſtinens tolerantiam, creditur eſſe in tertio. Rurſus ſi ſenſus per eam mutatur, ut nullatenus eius acumen patiatur, conſtat in quarto.

Præfationis finis.

CONSTANTINVS AFFRICANVS MEDICVS DE GRADIBVS.

ROſa frigida eſt in primo gradu, ſicca in fine ſecundi. Subtilem ſubſtantiã habet & ſtipticã. Valet ſtomacho & epati, eius enim oppilationem aperit. Capitis dolorẽ ex fumo choleræ, uel ſanguinis uſta, & naribus applicata, placat. Aqua roſata calorẽ ſtomachi, & epatis mitigat. Ex qua capite ſæpius loto canicies feſtinatur. Sirupus roſatus cum aqua roſata dolorem ſtomachi de calore curat, nec non acumen febris, dolorem inteſtinorum & cholericas paſſiones placat. Similiter rhodoſaccharũ, id eſt, aqua roſata cocta cum uino iuuat caput. Aurium & gingiuarũ dolorem, ſi os de ea lauetur, aut gargarizetur tollit. Cataplaſmata fit contra cholericas hæmorrhoidas. Sperma eius puluerizatum putridas gingiuas ſanat. Cortex potatus ſanguinem inferius manantem conſtringit. Oleum roſeum bibitum, uentrem humectat, & calorẽ ſtomachi refrigerat. Cum aceto mixtum, & capiti impoſitum, dolorem cuiuſcunq; ſit caloris interioris, uel exterioris extirpat. Calidũ in aurem diſtillatum calidum apoſtema ſanat. Cũ aqua roſata bibitũ, diſſentericis ſubuenit. Vniuerſaliter etiam ualet contra cholerica uulnera, & ea ſiue interius ſiue exterius ſint, ſanat.

Viola frigida in fine primi gradus, humida in initio ſecundi. Cholerã rubeam de ſtomacho & inteſtinis purgat, calorem eorum mitigat. Potata iuuat pueros ſuffocationem habentes, pleureticis & pectoris aſperitati ſubuenit. Naribus applicata dolorem capitis de calidis fumis mitigat. Cataplaſmata cum polline hordei, ualet contra cholerica apoſtemata. Sirupus uiolatus uẽtrem humectat, tuſſim de calore mitigat. Calorem pectoris & pulmonis ſedat, pleureticis occurrit. Similiter oleum uiolaceũ cum oxyſaccharo facit. Oleum uiolaceum choleram & feruorem mitigat totius corporis, maxime capitis. De quo ſternutatione prouocata ſomnum prouocabitur.

Abſinthium calidum in primo gradu, ſiccum in ſecundo. Stomachũ confortat, & cholerã rubeam cum egeſtione purgat. Galenus in epiſtola quam Glauconi miſit: Abſinthium, inquit, duas habet uirtutes, unam laxatiuam, & aliam ſtipticam. Propter hoc ſi datur morbo nondum digeſto, materiam ut fiat inobediens indurat. Vnde quaſi bellum facit, quia uirtus laxatiua materiam mouet ut cum egeſtione exeat, & uirtus ſtiptica eam indurat & cohibet ne moueatur. Quare laborat materia, Quo dato, cum materia morbi digeſta

©BIUM

geſta eſt,fit obediẽs & facilis ad exeundũ, duobus modis:uno,quia uis laxatiua naturã adiuuat:alio,quia uis ſtiptica expulſiuam cõfortat,& adiuuat ad excludendã materiam morbi,quæ eſt in cõcauitate membrorũ. Epar cõfortat,& eius oppilationẽ aperit,appetitũ irritat,ictericiam curat,nullam actionem phlegmaticã facit. Cum uino potatum urinã prouocat, ebrietatiq; repugnat. Cum ſiſeleo aut ſpica bibitũ dolorem ſtomachi & inteſtinorum de groſſa uentoſitate natũ mitigat. Cum aceto propinatũ,ſuffocationẽ quæ eſt propter fungorum comeſtionẽ,placat. Cum melle tẽperatum,tumorẽ qui eſt ſub lingua curat, & nigredinẽ quæ eſt ſub oculis expellit, uiſumq; clarificat.Succus eius auribus inſtillatus humiditatẽ ab eis manantẽ deſiccat.Cum felle taurino tritũ & in auribus inunctũ cõfortat,& ſonũ ab eis excludit. Cũ oleo roſaceo & cera ſtomacho inunctũ cõfortat,& dolorẽ expellit.Cataplaſmatũ duriciã ſplenis mox diſſoluit. Tẽperatũ cum melle & in uuluã miſſum, menſtrua prouocat. Sirupus ex eo factus,ſtomachicis & epaticis ſubuenit. Cum oleo coctum & ſtomacho inunctum iuuat. Vnde Dioſcorides: Abſinthium,inquit,in arca poſitum in qua panni ſunt cõditi,tuetur eos ne à tineis deſtruantur.Erit incauſtũ factum ex aqua in qua abſinthiũ eſt coctum,ſeruat chartas incolumes cum eo deſcriptas ne mures poſſunt eas rodere.Et quidã dicunt abſinthio non inuento, pro eo poſſe poni ſichę armenicũ. Alij teſtantur polium eiuſdem eſſe uirtutis cuius abſinthium, ſi pondus & dimidiũ de polio habeatur.Bedigorus dixit: Si aſa ponatur in eodem pondere quo abſinthium, & iungatur dimidium pondus mirobalani indi, & illius efficaciæ erunt cuius abſinthium eſt.

Mirobalani citrini frig.in primo gradu, ſicci in 2. cholerã rubeã purgãt, ſtomachum cõfortat. Coſta Lucæ filius inquit:Mirobalani ſunt gummoſi, ideoq; uidentẽ eſſe laxatiui.Iccirco quibus fuerit gũma nõ uiſa,ſunt debilioris uirtutis.Quod teſtatẽ hęc ratio:Quod ſi in calida aqua infundantur, & aqua potabit,erit fortiter laxatiua.Si autẽ ad ignem coquantur, erit aqua in qua coquuntur debilius laxatiua.Ignis enim tollit gummoſitatem.Quidã medici dicunt quod indi & citrini ſunt unius arboris.Et citrini ſunt illi qui ſunt immaturi. Indi uero,maturi. Qui frigidi ſunt & ſicci in primo gradu. Cholleram rubeam exuſtam etiam utranq; purgant & confortant ſtomachum.

Kebuli ſunt qui naſcuntur in inſula Indiæ,quæ Cebula nuncupatur.Qui cæteris mirobalanis meliores ſunt frigidi in primo gradu.Cholerã nigram purgant,alioſq; malos humores,ſtomachum confortant,ualent contra hæmorrhoidas.Quicum melle condîti ſtomachum confortant,ſuæq; humiditatis ſuperfluitatem deſiccant. Vnde uiſus obſcuritatem propter fumum à ſtomacho uenientem clarificãt.Sunt etiam utiles melancholicis,& hęmorrhoidas patientibus.

Emblici ſunt poma quaſi pruna,quę cũ deſiccantẽ in ſua arbore aut in alio loco,diuidunt tripliciter, & ab oſſibus ſeparantur. Quorũ ſapor amarus & ponticus

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 361 sur 404

©BIUM

pōticus eſt. Natura horū eſt frig. & ſicca in primo gradu. Stomachū & anū cōfortāt, hæmorrhoidas habētibus ſubueniūt, capillos cōfortant ne cadāt.

Cuſcute diuerſarū uirtutū eſt. Habet enim amaritudinē & ponticitatē, & eſt calidū in primo gradu, ſiccū in ſecūdo. Vnde cum ſua amaritudine, ſuaq; ponticitate, eſt humorū attenuatiuū, maxime cholerę rubeæ. Oppilationē epatis & ſplenis & fellis aperit, ſtomachū cum ſua amaritudine & pōticitate cōfortat. Venas & uaſa à putridis humoribus purgat. Cū oxyſaccharo bibitū cōducit diu febricitātibus, maxime pueris, & hęmitriteo ueteri laborātib.

Agaricus duplex eſt, maſculus uidelicet & fœmina. Laudabilior tamen eſt fœmina. Cuius forma ſic dignoſcitur. Intus in ea fruſtra inueniūtur, unū ſuper aliud poſitū. Maſculus uero eſt rotūdus intrinſecus & lenis. Qui utriq; in primo gradu calidus eſt & ſiccus in ſecūdo. Groſſos & uiſcoſos humores attenuat, & diſſoluit & phlegma purgat. Eſt etiam cōtra uenenum. De quo exagiū unum potatū ualet contra dolorē epatis, inflationē & ſtranguiriam & renum dolorē, & icteritiā, & matricis dolores eiusq; ſuffocationē, & cutis liuorē curat. Cum ſapa datus prodeſt uulnerato pulmoni. Cū oxyſaccharo, ſplenis tumorē diſſoluit. Gal. mundificatiuū eſſe dixit, & oppilationis uiſcerum aperitiuū. Ideo eſt cōtra ictericiā de oppilatione. Valet etiā epilepticis, & febricitantibus cum rigore occurrit. Iſchiaticis & artetico dolori occurrit, menſtrua prouocat, groſſam uentoſitatem uuluæ diſſoluit. Curat etiam omnem dolorem qui eſt intra corpus.

Eupatorium calidum in primo gradu, ſiccū in ſecundo. Extenuat & mundificat. Vnde dolorem epatis mitigat, duriciam eius ſoluit, & oppilationem eius aperit. Cuius frondes piſtatę cū axūgia porcina uetuſtiſſima, ualet contra uulnera ad ſanandū difficillima. Vnde Gal. Eupatoriū curat diuturnas febres, maxime quartanus dixit Dioſcor. Pro eupatorio ponēdum aſar ęquo pondere, aut abſinthium. Semis tamen pondus abſinthij, addatur.

Chamomila cal. & ſic, in primo gra. eſt, attenuās & molliēs, & diſſoluēs. Frōdes tamē & flores, & radices, ęquales in uirtute ſunt. Quę potui data, aut in aqua dectoctionis eius mulieribus ſedētibus mēſtrua prouocabunt. Mulieres etiā difficile parturientes iuuat. Vrinā prouocat, lapides expellit, inflationē & dolorē ilij diſſoluit. Icteriticiā & epatis dolorē curat. Cuius etiā apozema maxime dandū eſt cum melle coctū peripneumaticis, epaticis, & ad mundificationem totius corporis. Oleum eius ualet contra febrem periodicam, ſi ex eo epithimetur. Si maſticetur ulcera oris ſanat.

Papauer fri. & ſic. in 1. gra. Succus eius cū oleo myrtino mixtus, capillos denigrat & cōfortat. Collyriū ex eo factū pannos oculorū mūdificat. Radix eius maſticata humores capitis p nares purgat. Succus ꝓpinatus uenas mundificat, morpheā curat, mēſtrua & urinā accelerat. Cū ſapa coctus & oculis cataplaſmatus apoſtema diſſoluit, & puſtulas in eis ſanat, uiſumq; clarificat.

Caſſia fiſtula mediocris eſt inter calidum & frigidum, Vnde Galenus:

Medicina

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 362 sur 404

©BIUM

Medicina temperata æquali compoſitioni uel complexioni ſimilis, neq; in calidum, neq; in frigidum & humidum & ſiccū poteſt iudicari. Proprie choleram rubeam purgat, acumen ſanguinis extinguit, & apoſtema ex eo genitū diſſoluit. Gargarizata apoſtema gulæ & fauciū curat, prę cipue ſi miſceatur cum ſucco ſtringni.

Manna inter calidū & frigidū tēperata, laxat uentrem, acumen febrium extinguit, pectora humefacit, cholericis & calidis natura conuenit.

Ladanum calidum eſt & humidum in primo gradu, omnia uenarum capita aperit, apoſtema maturat, dolorem uuluæ mitigat. Et ſi ſubtus fumiget ex eo ſecundinam producit. Cum myrrha mixtum, & oleo ſolutum myrtino, atq; pontico uino, capillos confortat. Coctum cum oleo roſeo auribusq; diſtillatū, omnem tollit dolorem. Cum ueteri bibitum uino ſolutionē phlegmaticam arcet. Nonnunquam immiſcetur cum medicinis doloris mitigatiuis, & cum medicina tuſſis curatiua.

Cardamomi duo ſunt genera. Eſt enim maius & minus. Vtrūq; calidum & ſiccū in primo gradu. Sed maius minoris caloris, & minoris ponticitatis, & magis odoriferū. Ideoq; ſtomachū conforat, digeſtionē adiuuat. Cum ſirupo roſato bibitum cholericum uomitum arcet. Cum maſtiche, & ligno aloës, & ſucco mētæ potatum phlegmaticum uomitum extinguit, maxime ſi cum ſuis corticibus potetur. Cortex enim ſtipticior eſt ſtomachiq; confortatior. Minor maiore cōfortatior eſt, ſtomachiq; magis digeſtiuam uim adiuuat, humiditatem pectoris, & gulæ, ſtomachiq;, deſiccat.

Cacollæ ualet ſicut cuſcute, calidum eſt & ſiccum in primo gradu. Citri nam aquam atq; hypoſarcam curat. Epar confortat, & odoriferum ructum generat. Succus eius hydropicis choleram non habentibus, cōuenit. In ſtomacho tamen quia aliquantulum eſt uiſcoſum mutatur.

Liquiritia tēperati caloris eſt. Minus tamen quàm calor naturalis. Humectat moderate, habet aliquantulū dulcedinis, proinde ualet tuſſientibus, pectus, guttur, & canales pulmonis humectat, ſitim mitigat. Apozema eius decoctionis cum penidijs mixtū in modum electuarij compoſitum pectora mūdat. Cocta in aqua cū recens fuerit, & ſuccus extractus ab ea ac deſiccatus, ſuccus liquiritiæ uocatur. Qui optimus eſt aſperis canalibus pulmonis & ſtomacho peruſto. Vniuerſaliter, liquiritia pectori, & ſpiritus inſtrumentis congruit. Qua non inuenta, dragagantū in eodem pondere mittatur & iungatur ibi ſemipondus pinearum.

Lycium calidum eſt in primo gradu, ſiccum in ſecūdo. Lentigines faciei purgat, puſtulas auriū & gingiuarū putrefactas curat, oculos clarificat. Valet cōtra ſcabiem & prudorem, & putredinem oculorum, & humiditatem ab auribus extrahit. Similiter humores à uulua fluentes conſumit potui datum, aut ſuppoſitū: diuturnū ſolutionem arcet, & uulnerata inteſtina ſanat.

Aurum

©BIUM

Aurum temperatius eſt cæteris metallis. Habet proprietatē ſubuenien-di defecto ſtomacho, timoroſos & cardiacos confortat. Galenus cōtra me-lancholiam & alopeciam ualere cōfirmat. Quibus chirurgia neceſſaria eſt, ſi fiat cum auro, nullam naſci carnis putredinē promittit. Cum funditur re-manet in loco quo fuſum eſt quaſi ſpuma, & dicit cadmia auri, quę ualet cō-tra oculorum dolores, & pannos. Humoribus etiam ad oculos deſcendenti bus repugnat: palpebras confortat, & neruos earum ſeruat incolumes.

Argentum frigidum eſt & temperatum in humiditate. Eſt contra humi-dum & uiſcoſum phlegma. Cadmia eius ſimiliter operatur, ut cadmia auri, cadmia tamen auri fortior eſt & utilior.

Borrago calidum & humidum in primo gradu. Rubeam choleram pur gat, cardiacis ſubuenit, ex cholera nigra patientibus. Miſſa in uino & potui data lætitiā generat. Eius etiam apozema cum melle uel ſaccharo bibitum contra aſperitatem pectoris, & pulmonis, & gutturis ualet.

Spica nardi calidū eſt in primo gradu, ſiccū in ſecundo. Epar & ſtomachū confortat, dolorē enim ab eis amputat. Apozema eius bibitum renes & ue ſicam ab omni ſorde mundat, menſtrua & urina prouocat. Icteritiā ex oppi-latione fellis, & epatis curat. Humoribus à capite ad pectus deſcēdentibus, reſiſtit. Punctură ſtomachi & uentoſitatem inteſtinorū aperit, & mulieribus ſuppoſita fluxum ſanguinis conſtringit. Si autem moretur diu in aqua qua cocta eſt fluxum tollit, & iuuat calida apoſtemata uuluæ. Si ſuffumigetur ex ea, oppilationem uuluę aperit, & menſtrua, & ſuper impetigines fricata, eas omnino mūdificat. Cum aqua frigida potata abominationem tollit, & cor-dis tremorem. Cum ſapa bibita libidinem augmētat, & os confortat. Cum uino propinata cōtra morſum ſcorpionis & ſerpētis ualet. Collyriū ex ea fa ctum, humiditatē ſalſi phlegmatis deſiccat, piloſq; palpebrarum cōfortat.

Celticā dixit Gal. eſſe illius naturæ cuius ſpica eſt, & illius actionis. Hu-ius tamē actio debilior eſt niſi quia ad prouocandū urinā eſt fortior. Quę cū apozemate abſinthij bibita uentoſitatem ſtomachi, & epatis & ſplenis de-ſtruit. Ictericis ualet, cū lacte bibita. Cum aceto bibita ſplenis apoſtema diſ-ſoluit, morſum reptilium & dolorem renum & ueſicę placat. Sæpe etiam bi bita, pectus & ueſicam & pulmonem & uuluam mūdificat, & urinā & men ſtrua prouocat.

Fu, id eſt, ualeriana naturam habet ſicut ſpica nardi. Veſicam enim & uul uam & pectus mūdificat. Vrinam & menſtrua prouocat. Maxime ualet cui eſt in latere apoſtema.

Kecabre frigidum & ſiccum eſt in primo gradu. De qua dimidio exagio potato ſanguinē fluentem de inciſione uenarum pectoris conſtringit. San-guinem etiam undecunq; fluat conſtipat. Cum uino bibita, conuenit chole-ricis rubeis, Cardiacis propter colligantiam ſtomachi & cordis patiētibus.

Humores

©BIUM

Humores à capite & pectore ad ſtomachum fluentes arcet. Quidam etiam medici teſtantur eam ualere ſtranguirioſis.

Ocimi duo ſunt genera. Eſt enim gariophyllatum & citreum. Sed gariophyllatum calidum eſt in primo gradu, ſiccum in ſecundo. Quidam tamẽ dicunt frigidum eſſe in primo gradu. Conuenit calidę naturę. Ego quoq; dico naturę eſſe calidę, ſed tamẽ ſi in frigida infundatur & naribus applicetur frigiditas aquę per nares cũ odore deducetur. Ideoq; infrigidat, proinde quidam medici autumant illud eſſe frigidũ. Sperma eius ſtipticum eſt. Ideoq; de eo dimidio exagio potato, egeſtio facta ex calore conſtringit & membra cõfortantur. Alia autẽ ſpecies ocimi eſt quam uulgus citreũ appellat. Galenus triſtia corda lætificans uocauit. Cuius natura calida eſt & ſicca in primo gradu. Quo ieiunis eſui dato, frigidum & humidum ſtomachum cõfortat, oppilationem cerebri aperit, cordis defectionem amputat. Vigilias & timorem & ſuſpitionem, & cordis tremorem, quæ ſunt propter nigram cholera & aduſtam, expellit.

Cubebe inter calidum & frigidum temperatę naturę ſunt. Ideo animum lætificant. Ori & ſtomacho bonum odorem præſtãt, ſolutionem cõſtipant, oppilationem interiorem membrorum aperiunt, urinam prouocant, lapides renum frangunt.

Ramnus frigidus eſt in primo gradu, ſiccus in ſecũdo. Valet puſtulis oris & uentris dolorẽ ſtomachiq; defectionem curat. Cataplaſmatus ęriſepilam deſtruit. Succus eius oculorum collyrio mixtus ſiue ſolus, conuenit omni dolori oculorum, maxime pãnorum albedini. Bibitus uero lapidem renũ frangit. Vnde quidam aiunt, leproſis eam ualere.

Capillus ueneris, teſtãte Galeno, mediocris eſt inter calidum & frigidũ. Vnde Dioſcor. Apozema capilli ueneris ualet anheloſis, ictericis, ſplenecticis, ſtranguirioſis, lapides renum frangit, & ueſicæ. Cum uino bibitus ueneno & humoribus à ſtomacho fluentibus reſiſtit, menſtrua prouocat, dolorem pectoris & pulmonis mitigat. Nam mundat & inanire facit groſſos humores ab eis. Vnde quidam medici dicunt, capillum ueneris rubeam cholera de ſtomacho & inteſtinis deponere. Cataplaſmatus ualet alopecię, & ſcrophis. Coctus cum aqua, & ex eo capite loto, puſtulas & putrefactiones mũdificat. Quo nõ inuẽto, mittat uiola æquo põdere, & bis tantũ liquiritiæ.

Melilotum calidum eſt in primo gradu, eſt aliquantæ ponticitatis. Dura & calida apoſtemata mollit, maxime oculorũ, uuluæ, ani, & aurium cum ſapa cataplaſmatis, & aliquando cum uitello oui, aut polline fœnugræci, & ſemine lini. Quod in ſola aqua coctum, fauos capitis curat. Succus cum aceto dolorẽ capitis curat. Dioſcorides teſtatur melilotum inter calidum & frigidum eſſe temperatum, ſed proprie groſſos humores eliquat. Quo nõ inuento, mittatur equũ pondus & ſemis chamomillę, & ſemis frondiũ ficus.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 365 sur 404

©BIUM

Cypreſſus quibuſdam teſtantibus calidus eſt in primo gradu, ſiccus in ſecundo. Habet aliquantulum ponticitatis. Nonnulli dicunt inter calidum & frigidum eſſe mediocrem. Cuius quidem poma & frondes mittũtur in medicina. Quæ cum ſunt recentia, nouam inciſionẽ ſolidant, crepiturę ualent. Inteſtino ad teſticulos deſcendenti, ſic ex eis fiat emplaſtrum ſuper teſticulos, ualet. Proprie enim membra mollia deſiccant, humiditatem non naturalem attrahunt, uirtutem & duritiam eis præſtant. Frondes in puluerem redactæ, cum modico myrtæ & cum uino bibitæ, ueſicã ne malos recipiat humores cõfortant, & ſtranguriam curant. Galenus dicit: Vidi quoſdam homines ęriſipelam cum cupreſſo & farina hordei & aceto curãtes. Poma cupreſſi recẽtia potui data cum uino, ſanguinis fluxũ & uulnera inteſtinorum curant. Humoribus ad ea deſcendentibus reſiſtũt. Sunt & cõtra difficultatẽ ſpirandi & tuſſim, apozema eorum ſimiliter operatur. Quæ cum aceto cocta & lupinis commixta, mũdat ungues, & aſperitatẽ eorum lenit. Frondes tritæ & cum aceto mixtę, capillos tingunt. Quæ commixtę cum oleo & ſtomacho impoſitæ, eum confortant. Vnde Bedigorus: Proprie cypreſſus uulnera deſiccat, & inteſtinis, ne ipſę ad teſticulos deſcendant, repugnant. Quæ nõ inuenta, mittatur ſarcocolla æqualiter, & ſemipõdus malorũ granatorũ.

Aros calidũ eſt in primo gradu, ſiccum in ſecundo. In multis collyriis mittitur, & ualet cõtra impetigines & furfures capitis, capillos lenit & ſubtiliat. Quod ſubtiliter puluerizatum, & in aceto bibitum frangit lapides ueſicæ.

Sarcocolla calida & ſicca in primo gradu, cuius hæc eſt proprietas: Plagas ubicunque fuerint ſiue interius, ſiue exterius ſolidat. Viſcoſum phlegma purgat. Vnde iuuat iſchiaticos & arteticos, humores deſcendentes ad oculos conſtringit. Valet cõtra ophthalmiã & puſtulas oculorũ & omnem maculam eorum. Quæ cum croco mixta ſi in modũ unguenti fiat, ſcrophulas in collo natas curat.

Stichas calidum & ſiccum in primo gradu. Aperit, attenuat, & omnia uiſcera mũdificat. Interiora mẽbra cõfortat, pectus & pulmonẽ mũdificat.

Myrtus frigidus in primo gradu, ſiccus in ſecundo. Cuius odor calido fumo ad caput ſalienti repugnat. Quæ puluerata deſiccat calida apoſtemata. Vſta & cum oleo temperata, uuluã iuuat. Succus eius diſtillatus auribus humiditatẽ earum deſiccat. Sapa eius diarrhiis, dyſenteriis ualet. Quæ etiã uiride & cum aceto trita & mixta capitiq; impoſita, ſanguinẽ de naribus fluentem ſedat. Semen habet quiddã dulcedinis, & ponticitatis, & aliquantulum amaritudinis. Cum ſua dulcedine, iuuat eos qui de calida tuſſi moleſtantur, neq; nocet pulmoni, nec pectori. Cum ſua ponticitate, contra ſanguinis fluxum, & cholericam ſolutionem ualet, ſtomachumq; confortat, & inteſtina, & ueſicam, & propter coadunationem dulcedinis & ponticitatis urinã mouet, dolorem & puncturam ueſicę mitigat. De quo facto cataplaſmate cum frondibus

©BIUM

frondibus arteticorū dolorē placat,& membrorū mollitiem indurat. Aqua decoctionis myrtę,uuluę foras exeunti ualet. Mulieribus in ea ſedētibus humores de matrice fluentes deſiccat. Capite quoq; cum ea loto capilli cōfortantur,& augmētantur,& caput à puſtulis,& à furfuribus mundificat. Dioſcor. dicit: Sapa myrtæ ualet cōtra cholericā diſtemperantiā,& dyſſenteriā,& uulnera interaneorum. Oleum eius capillos cōfortat,& augmentat. Rara etiā corpora habentibus,nimiū ſudantibus,maxime ęgritudinem exuntibus & defectionē præ ſudoris nimietate habentibus cū oleo myrtino perunctis,clauduntur pori,& ne exeat ſudor prohibetur.

Lingua auis,calida & humida in primo gradu. Proprietatem habet confortandi coitum,& ſperma augmentandi.

Fumus terrę cal. in primo gra. ſiccus in 2. Vnde ſtomachū confortat,appetitū irritat,urinā prouocat, epatis oppilationē aperit. Succus eius crudus & potui datus,à ſcabie & à puſtulis & prudore mundificat. Cholerā uſtā purgat,ſanguinē clarificat, maxime ſi cū mirobal. mixtus fuerit. Dioſ. Fumus terrę huius ꝓprietatis eſt,corpus em̄ ab omni putredine humorū mūdificat.

Rubea calida & ſicca in fine primi gradus. Habet quiddā amaritudinis & quiddā ponticitatis. Vnde epar,& ſplen cōfortat,& mūdificat,& eius oppilationē aperit,urinā prouocat,menſtrua augmētat, omnia corporis mēbra de putredine mundificat. Vnde Dioſcor. Radix rubeæ mulieribus ſuppoſita menſtrua prouocat,fœtum'q; mortuum expellit. Quæ puluerata, & cum aceto temperata,morpheam mundificat. Alij dant ad bibendū propter ilij dolorem & iſchiam,cum melle & aqua calida.

Styrax duobus modis eſt,liquidū uidelicet & dicitur ſigia, eſt & calamen thum. Quę utraq; cōueniunt medicamini,calida in primo gradu,& ſicca in ſecundo, eſt mollatiuum & digeſtionis adiuuatiuum. Valet etiam tuſſientibus,& catarrhum patiētibus,ſi ex ea fumigentur, aut potum accipiant. Vnde Dioſcorides: Styrax calefacit,& mollit,& ualet cōtra tuſſim, catarrhum, atq; raucitatem. Potui datum, aut mulieribus ſuppoſitum, conuenit clauſę atq; duræ uuluæ,menſtrua etiam prouocat. De quo modicum inglutitum egeſtionem prouocat. Quidam ſigiam cum oleo roſeo mixtum contra ſcabiem & puſtulam dicunt ualere.

Acacia frigida in primo gradu,ſicca in tertio, Vnde Dioſc. Acacia ęriſipelam habētibus cōuenit,ignem ſacrū & puſtulas oris purgat. Valet etiam cōtra oculorum crepaturas. Anum & uuluā foras exeuntes intus cōuertit. Quæ potui data aut per clyſtere mixta uentrē cōſtipat, & ſanguinis fluxū arcet. De quo Bedigorus: Acacia eſt multū utilis in collyrijs, & calidū apoſtema habētibus, pro qua poſſunt poni lētes abſq; ſuis corticib. ęquali pōdere.

Perna inter cal. & frigidū & hum. & ſiccū eſt tēperata. Maior enim melior eſt minore, lucida etiā utilior obſcura eſt. Aequalis & rotūda proprie ualet cardiacis,cordis tremorē patientibus, timoroſis & ſuſpicioſis ex cholera

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 367 sur 404

©BIUM

nigra. Cordis enim ſanguinē clarificat, eiusq; groſſitiem extenuat, & humiditatē in oculis coadunatā deſiccat, eorūq; neruos cōfortat. Vnde Ariſtot. Vidi homines quoſdam eliquaſſe gemmas de quarū liquore corpore loto, alba morphea loca plena liberata ſunt. Valet etiā cōtra extenſionē neruorū oculorum. Quidam tamen dicunt pro una drach. gemmarum inperforatarum, aliam uel ſuarum cochlearum perforatarum poſſe mutari.

Hyacinthi triplices ſunt: Rubei, citrini, & ueneti. Granata ſunt omnibus meliores. Quibus hæc eſt proprietas. Nam ſi mittātur ad ignem, & inſuffle mus, quanto plus ad ignem inſufflauerimus, eo amplius rubicundiores fiunt. Si in eis aliqua nigredinis pictura fuerit, cauſa ignis deſtruetur. Eruntq; omnino clariſſimi. Citrini non adeò ignē patiūtur. Veneti enim nullatenus ignem pati queūt. Quos omnes Ariſtot. cal. & ſic. dixit eſſe. Alij rubicūdos dicunt eſſe calidos. Venetos frig. & citrinos, mediocres. Omnes ſunt cōfortiui, triſtitię & ſuſpicionis ablatiui. Cōtra ſanguinis fluxū ualent. Vnde Ariſtoteles: Qui granatos in collo, manúue, uel in aliquo corporis mēbro duxerint, ſi intrauerint ad aliquā prouinciā peſtiferam, nullatenus eis nocebit.

Oculcea eſt herba ſuper terrā duobus brachijs ſaliēs. Cuius frondes breues & ſubtiles, quaſi frondes chamomilę. Spinam etiam modicā uiridem, & florem uiolaceū. Rami eius multos nodos habēt. Quę cal. in primo gradu, ſicca in tertio. Valet defecto ſtomacho, & epati. Eſt cōtra diuturnas febres. ſtomachi apoſtemata curat.

Bedigar frig. in primo gra. mediocris inter ſiccitatē & humiditatē, & ſtomachū cōfortat, febrē diuturnā mitigat. Eſt cōtra ſpaſmū qui fit ex ſtomachi defectione. Maſticata & ſuper morſum reptiliū impoſita, dolorem mitigat. Radix eius ualet cōtra fluxū ſanguinis & uētris. Quę cataplaſmata mēbra cōfortat. Vnde expellit humores ad ea defluētes, humidū etiā apoſtema diſſoluit. De cuius apozemate os ſi fuerit lotū, dolorē dentiū amputat. Huius arboris cortex, & frōdes & rami, ſunt frigidi, & ſicci in primo gradu. Sed frondibus cū aceto cataplaſmatis ſcabies & puſtulę, & plagę curant. Cortex eius uno exagio potui datus cum uino uel aqua phlegmaticos humores purgat. Cum aceto tēperatus, cutis morpheam habens ex eo inuncta, omnino mundificabitur. Super oſſium fractura impoſitus, cito eam ſolidat.

Lupinus cal. & ſiccus in primo gradu aliquantulum habēs ſtipticitatis ruheā cholerā purgat. Prodeſt eis qui dolorē in epate habēt, apoſtema, hydropiſim, & cōſtipatos uētres purgat. Succus eius crudus potatus, magis eſt laxatiuus, minus oppilationis aperitiuus. Coctus autē & deſpumatus plus aperit, quàm laxat. Cōmixtus cū ſucco ſolatri erit optimus, cōtra phlegmones, qui ſunt in epate & ſplene. Icteritiā curat, uentrem humectat, cholerā extinguit. Cataplaſmatus ſuper ſplen, dolorē ab eo celeriter amputat. Auribus diſtillatus mūdat eas de omni putredine & putore. Similiter operatur in naribus. Succus oleo roſeo temperatus, loca igne peruſta refrigerat.

Endiuia

Endiuia de amaritudine & ponticitate cõpoſita eſt, frig. & ſic. in primo gradu, ſtomachũ confortat, oppilationẽ epatis aperit. Succus eius coctus, & diſpumatus, cum oxyſaccharo bibitus, humores putridos expellit, & diutur nas febres curat. Qui mixtus cum ſucco marathri & oxyſaccharo erit utiliſ ſimus febricitantibus, ictericis, ſpleneticis, epaticis, propter oppilationẽ do lorem habentibus. De qua cataplaſmate facto calorẽ epatis & ſtomachi mi tigat, & optime cõfortat. Mixtus cum polline hordei & oleo roſato, calidũ ſanat apoſtema, maxime ſi fuerit in oculo. Arthetico dolori de calore facto, mitigationem preſtat.

Sponſa ſolis frigida & ſicca in primo gradu. Stomachũ confortat, ualet cõtra morſum ſcorpionis, aliorũ reptilium, quę cum myrrha mixta mulieri bus ſuppoſita menſtrua prouocat. Simili etiam modo ut endiuia operatur.

Bolus frig. & ſic. in primo gradu. Valet contra fluxũ ſanguinis, & uẽtris diarrhiã, dyſſenteriã, hæmorrhoides, tenaſmũ. Humoribus etiã à capite ad pectus deſcendentibus repugnat. Prodeſt etiã hęmoptoicis uulnera in pul mone & catarrho habẽtibus. Oſſiũ fractũrã ſolidat. Vnde Galen. Bolus ar menicus ualet contra peſtilentiã, eiq; repugnat. Vidi etiã quoſdã illud bibe re, & ilicò à morbo eſſe euaſos. Illi autẽ qui non iuuabãtur, ex hoc contingebat eis, quia eorũ febris erit acuta, & bolus nõ ualet niſi cum uino, Vinũ autem febribus eſt contrarũ. Proinde oportet inueſtigãdo eligere uinũ leuiſſimum, & frigidiſſimũ. Raro enim inuenimus peſtilentiã non eſſe cum acuta febre. Sed quidã dicũt bolum armenicũ eſſe cimoleã. Quod negat Dioſcor. Dixit autẽ cimoleã eſſe duplicẽ. Vna eſt alba, alia porfiretica, quæ ambæ ha bent uentoſitatẽ. Quęcunq; harũ cum aceto tẽperetur, & ſuper aures impo natur apoſtema habentes, iuuat. Super loca igne peruſta cataplaſmata, miti gationẽ pęrſtat. Duritiã teſticulorũ emollit. Calidũ apoſtema & æriſipelam curat. Vnde. Galen. Cimolea, inquit, eſt compoſita de diuerſis uirtutibus, habet enim ponticitatem conſtringentem, & uim diſſoluẽtem. Sed loca ca ret his uirtutibus. Non lota utraſq; habet.

Terra ſigillata frig. & ſic. eſt in primo gradu. Valet cõtra diuturna uulne ra & putrefacta, ſiccat enim ea. Eſt & cõtra morſus ſerpentiũ, & omnium re ptilium. Mortiferas potiones ſi poteſt per uomitũ & uenenum emittit foris. Cum aceto & oleo roſaceo mixta ſuper calidũ apoſtema impoſita iuuat. Va let etiã contra uulnerata inteſtina, & diarrhiam, & tenaſmũ, & fluxũ ſangui nis de quocunq; loco fuerit conſtringit. Cum aceto temperata, & ſuper mor ſum rabidi canis impoſita, ualet.

Crocus cal. & ſic. in 1. gra. Stomachi diſſipat abominationẽ, & capitis gra uedinẽ generat & ſomnũ prouocat. Vulnerata inteſtina, & tenaſmũ & diar rhiã ſanat. Quia ſufficiẽter medicinas ſimplices in 1. gradu caliditatis & frigi ditatis, humiditatis & ſiccitatis exiſtentes cõpleuimus, earũq; proprietatũ iu uamentũ explanauimus, ſequitur de his quarũ uirtutes in 2. gradu exiſtunt.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 369 sur 404

©BIUM

De secundo gradu.

MVscus est pustula in uentre cuiusdã animalis nascẽs, capreolo simi lis, quod in India est, hęc coagulato sanguine plenus est. Et ipso ani mali ad quẽpiã palũ uel arborẽ se scalpẽte, necessario cadit. Cuius natura cal. & sic. in 2. gradu. Ideoq; cõgruit senioribus, & in hyeme. Mẽbra quidẽ defecta aromatizando confortat. Timorẽ melancholicis amputat, & audaciã præstat. Oculorum quoq; & omniũ membrorũ uentositatẽ tollit. Sternutatione ex eo facta cũ modico croco & cãphorę, dolorẽ capitis de frigido & humido curat. Quidã tamen per se dicunt muscũ cum oleo sambuci no inunctum femoribus libidinem augmẽtare. Alij uero dicunt musco non inuento, castoreum æquo pondere idem ualere.

Mastiche cal. & sic. in 2. gradu. Proinde phlegma dissolu t, stomachũ ca lefacit, appetitũ excitat, uentositatẽ, apostema, & tumorẽ stomachi, epatis, & intestinorũ curat. Malas quoq; cogitationes aufert. Cũ oleo rosato inunctus stomachũ cõfortat, cutemq; clarificat. Vnde Dioscor. Mastiche ualet hęmophthoicis, diuq; tussiẽtibus proficit. Ioan. Damasc. dixit: Mastiche cũ aqua frigida data, stomachum corroborat, & superfluam humiditatẽ ab eo expellit. Cũ calida tamen data, nihil prodest. Iterũ Gal. Mastiche gingiuarũ fissuris, earumq; putredini prodest. Ex aqua decoctionis eius ori loto succurrit. Item Cleopatra, pro eo poni par pondus squinãti iubet. Dios. ait: Gummam mastichis, gummam lentisci, pini & cypressi idem ualere.

Rheum aliud in India, aliud in Ponto nascitur. Rheum tamen Indię, laudabilius. Vtraq; cal. & sic. in 2. gradu. Quiddam stiptici habẽt, & acuminis. ualet defecto stomacho, uentositatẽ, epatis dolorem, & splenis duriciam, hypochondriorum extensionem curat. Renum dolorem & uesicę, ac matricis infirmitatem extirpat. Sanguinem de pectore manantem cõstringit. Anhelitum, singultũ, uulnera intestinorũ, diuturnam solutionem, & prolixam febrẽ amputat. Morsus reptiliũ curat. Quod puluerizatũ, & cum aceto temperatum cutem & faciem à lentiginibus & impetigine mundificat.

Corallus frigidus & sic. in 2. gradu. Oculorũ dolores, obscuritates, pannos, & putrefactiones si in collyrijs ponatur, curat. Puluerizatus dentes ex eo fricatos clarificat, gingiuas putridas sanat. Vnde Gal. Corallus, inquit, ustus, gummęq; mixtus, & cum aqua frigida potatus, sanguinis fluxum undecunq; sit restringit, stomachum cõfortat. Item Galen. dixit se probasse corallum suspensum in collo habentis dolorem in ore stomachi, eum sanasse.

Aloẽs tria sunt genera, Vnum rubeũ, de quadã insula Indiæ, quę dicitur Schetra. Aliud autem nigrum quod est de Persia. Tertium citrinum, & fit in Arabia. Quibus omnibus laudabilius est Scetrẽse, si fuerit unctuosum, prę lucidum & rubeum, quasi colore epatis, citoq; fragile, odoriferum, & amarissimum. Vniuersaliter autem aloẽ calidum & siccum in 2. gradu. Stomachum mudificat & cõfortat, Caput & articulos de phlegmate purgat, ege-

stionem

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 370 sur 404

©BIUM

ſtionem prouocat, epatis oppilationem aperit, colorem icterico clarificat. Si tamen multū & ſępius ſumatur, ſtomachum & inteſtinū excoriat. Oportet ergo præparare ita, ut cum eo maſtiche aut dragagantū, aut bdellium miſceatur. Temperatur enim qualitate earū ſpecierum. Nonnūquam lauetur cum apozematibus aromatizantibus, & ſubtiliſſime teratur, ut optime lauet, atq; mūdificet ſtomachū. Proprietatem tamen habet ſolidandi recentia uulnera, deſiccandi ac mundificandi earū putredinē. Maxime uulnera teſticulorū ac præputij ſanat. Cum aqua temperatū apoſtema labiorū, nariū & oculorū curat. Vnde Dioſ. Aloē, inquit, cum melle temperatū, aufert uigorem qui ſub palpebris eſt. Mixtū cum oleo roſato & aceto fronti & temporibus perunctis ſalutem præſtat. Dolorē capitis & pruriginem oculorū extinguit. Cum uino temperatū cadētes capillos cōfortat. Temperatū cum uino & melle apoſtema lacertorū, linguę, gingiuis, toto etiā ore exiſtentiū curat.

Lignū aloēs tribus etiam modis eſt: Vnū etiam fit in quadā regione Indię, & dicitur comę, & cūctis laudabilius eſt. Eſt & aliud quod fit in inſula maris Indię, quę uocat cumar. Tertium in quadā regione fit, quę dicit Samies. Lignū aūt aloēs uniuerſaliter cal. & ſic. in 2. gradu. Cerebrū & omnia membra interiora corporis cōfortat. Superfluā corporis humiditatē expellit, Maxime de ſtomacho uētoſitatē diſſoluit. Oppilationē aperit, uentrē cōſtipat. Vrinę fluxui qui propter frigiditatē & defectionem ueſicę fit, repugnat.

Acorus cal. & ſic. in 2. gra. Ventoſitatē & inflationē ſplenis expellit. Stomachū mūdificat, epar cōfortat, & eius oppilationē aperit. Apozema eius dolori lateris & pectoris ualet, ſplenis duriciam mollit. Fracturā lacertorum ſolidat, urinam & menſtrua prouocat. Succus eius mundificat oculos, & lumen eorum clarificat. Pro eo uero poni poteſt, par pondus & dimidium fuſtium gariophyllorū aut cymini ęquali pondere.

Arnogloſſa frig. & ſic. in 2. gra. Vulnera deſiccat, & eorū putredinem mūdificat, epar cōfortat, acri igni repugnat ne corpus ambiat. Calorē etiam qui de ignis aduſtione eſt refrigerat. Hemoptycis, dyſſentericis, mēſtrua & hæmorrhoidas habētibus ꝓficit. Vulnera pulmonis curat. Radix eius cocta in aqua, & ore ex eo loto, dolorem dentiū mitigat. Gal. Succus quinq; neruię cōtra epatis & renū oppilationē ualet. Dioſ. Succus quinq; neruię contra puſtulas oris ualet. Et ſi cimolea uel ceruſſa miſceat, fit optimus cōtra ęriſipe (las.

Nux muſcata cal. & ſic. in 2. gra. Ori fœtido odorē bonū reddit, digeſtiuā uim adiuuat, uētoſitatē expellit, epar & ſplen cōfortat, uentrē cōſtipat. Gal. Nux muſcata, inquit, cutē ab impetigine, lētigine, & ſcabie mūdificat. Splenis & epatis tumorē diſſoluit. Macis eſt cortex ramorū arborū nucis muſcatę, quę ab India uenit. Cuius natura cal. & ſic, in 2. gradu, epar & ſplen, & ſtomachum cōfortat, & eorū putredinē mundificat. Sternutatio de eo facta cū oleo uiolaceo hæmicraneū dolorem, qui fit de phlegmate curat.

Galla frigida in 2. gradu, ſic. in tertio. Quæ duobus modis eſt. Quædam

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 371 sur 404

©BIUM

enim nondū eſt matura, quę eſt puſilla & non perforata. Eſt & altera quæ eſt matura, pertinens rubori & tumori, ideoq; minoris frigiditatis & ſtipticitatis exiſtit. Dioſcor. Aqua decoctionis gallę, uuluę foris exeūti, reſiſtit, & humores ab ea fluentes deſiccat mulieribus ex ea fomētatis. Si ſuper apoſtema ponat, illud curat. Vſta uero ualet ſanguinolētę egeſtioni, & fluxū ſanguinis de quocūq; loco manauerit, ſiſtit. Puluerizata & naribus inſufflata ſanguinem effluentem conſtringit. De qua drach. 3. cū uino uel frigida potatę, uulneratis inteſtinis, & diuturnæ ſolutioni ualent. Etſi prius cum ſeuo caprino temperetur, fiſſuris calcaneorum proficiet. Si cum gumma lentiſci temperetur, labiorū fiſſuras ſanat. Dioſcor. Galla, inquit, ſolet ſubuenire locis quibus repugnatio, conſtipatio, & deſiccatio oportuna ſunt.

Ariſtolochia duplex eſt, lōga ſcilicet & rotūda. Vtraq; uero. cal. & ſic. in 2. gra. Sed rotūda ſubtilior eſt & fortiorē habet actionē. Vnde Gal. Paucū humorē, inqt, ariſt. lōga mūdificare debet: rotūda uero multū. Lōga uero magnā oppilationē aperit, groſſā uētoſitatē diſſoluit, putredinē uulnerū intrinſecus & extrinſecus exiſtentiū, uenas etiā dētiū mūdificat, & gingiuas cōfortat. Vnde Dioſ. Ariſtolochię lōgę exagiū 1. cū uino bibitū, cōtra uenenū facit: Myrrhę mixtū ac piperi, ac potatū menſtrua puocat, ſorditiē parturientiū mūdificat. Calida bibita, dolorē uētris cū uino placat. Quod aūt de ariſt. lon. diximus, intelligendū eſt quia idē rotun. operat, ſed fortius & uelocius idē facit. Anheloſis, ſuſpirioſis, ſingultuoſis, ſplenē durū habētibus proficit. Rigorē febriū, lacertorū defectus uel cōtractionē, & lateris dolorē amputat, ſi cum aqua bibat. Gal. Ariſtol. rot. cū aqua bibita, epilepticis, podagricis, & ſpaſmū habētib. ſubuenit, pro qua poni poteſt pōdus, & ſemis ariſt. lōgę.

Balſamus eſt arbor in India creſcēs, ſaliēs ſup terrā mēſura unius brachij, uel parū plus. Cuius rami rubeo uiridiq; colore ꝓfuſi, quaſi rami thitymali tenues ſunt, & colorē uiridē habētes. Faciūtq; in capite quaſi gēmas, paruaq; grana in modū piperis producentes. Ex fiſſuris ramorū huius arboris, egreditur quidam liquor in canicularibus diebus ſicut lac ex thitymalo. Dioſc. uero dicit: In unoquoq; anno ex hoc liquore 50. uel 40. libręcoadunantur. Nec in aliqua parte mundi niſi in quodā loco Ægypti, arbor illa naſcit. Cuius lignum, xylobalſamum, ſemen carpobalſamū, liquor balſamus dicitur. Huius aūt lignū medicinę cōueniens eſt. Semen quoq; laudabilius. Liquor uero omnibus melior exiſtit. Hi itaq; cal. & ſic. in 2. gradu. Liquor tamē cęteris calidior. Oculorū obſcuritati, & uuluæ frigiditati ualet. Peſſariū de eo factū, cū cero & oleo ſecūdinam & mortuū fœtū expellit. Epithimatū, rigorem febriū aufert, & urinā prouocat, tuſſim diuturnā mitigat, duriciā anhelitus pagorizat. Materiā digerit, eamq; expellit per canales pulmonis. Pro quo ęquale pōdus carpobal. aut camph. poni poteſt. Carpobal. bibitū ualet pleureſi, phlegmaticis, tuſſiētib. epilepticis, iſchiaticis, uertiginē, ὀρθόπνοιαμ, & ſtrāguriā patiētibus ſubuenit. Morſus reptiliū curat, ꝓ quo poni poteſt.

pondus

©BIUM

pōdus & dimidiū xylobal. quod ſimiliter operat ut carpobal. licet debilius.

Thus cal. & ſiccum in ſecundo gradu. Calefacit, conſtipat, & uiſum clari ficat. Recentia uulnera ſolidat. Fluxum ſanguinis undecunq; fluat conſtringit. Peſſima uulnera in ano aut in alio loco naſcentia non permittit dilatari, ſi cū lacte tēperetur & inducat ſuper ea, groſſum q; phlegma de capite diſſoluit. Falſas cogitationes remouet, memoriā corroborat. Maſticata cū origano uel ſtaphiſagria phlegma attrahēdo de capite expellit, & grauitatem linguę alleuiat. Cū umbilico maris & origaleon, & acriori aceto tēperatū ſi ſuper ubera puellę nondum magnificata cataplaſmetur, non multum ſinit illa augmentari. Cum ſeuo anatis mixtum optimum ſit ad uulnera deſiccanda, ignis aduſtione facta. Sicut ſapa diſſoluatur, auribusq; diſtilletur, earum dolorem mitigat. Cortex thuris ſiccior fortiorq; eſt thure. Ideoq; ad reſtringendum ſanguinem magis ualet, & uulneris uuluæ de qua feculenti fluunt humores, & ſtomachi dolorem placat. Diarrhiam, dyſſenteriā, uulneratāq; inteſtina etiam ſi extra cataplaſmētur, curat. Quo non inuēto, duplex pondus galbani ponetur pro eo.

Gariophyllum calidum in ſecundo gradu. Stomachum & epar, & interiora ſua aromaticitate confortat, uentrem conſtipat, cibum quoq; digerit, & ſi eius drach. 1. cum lacte bibatur, libidinem augmentat.

Calamus aromaticus ſubtilis eſt & cōcauus, citrinumq; colorem habens, odorē ſuauem, in India & Perſia naſcitur, & deſiccatus, ſi cum digitis ſtringitur facillime frangitur. Calamus tamen Indię, laudabilior eſſe creditur. Horum autem utriq; cal. & ſiccus in 2. gradu. Calamus dolorem ſtomachi, & epatis potui datus mitigāt. De quo cataplaſma factum calefactionem uuluę & apoſtemata in ea exiſtētia curat, & menſtrua prouocat. Valet ueteri tuſſi, ſi fumigio fiat ex eo.

Ambra de uentre cuiuſdam marinæ beſtiæ egreditur. Quidam tamen dicunt quod in fundo maris naſcitur. Sed undecūq; ſit, laudabilior eſt quę uarij coloris eſt & unctuoſa. Ambra calida & ſicca in 2. gradu. Stomachū confortat, ſenſum & omnia interiora membra corroborat. Eſt & ſeniorū & frigidas naturas habētium iuuatiua, maxime ſi in hyemali tempore detur. Vt quidam dicunt cardamomum, id eſt, ſylueſtre carui pro ea poni poteſt.

Polium calidum & ſiccum in 2. gradu. Groſſos humores attenuat, hydropicis, & ictericis propter oppilationem epatis & ſplenis, & fellis patientibus ualet. Menſtrua & urinam prouocat, uentrem ſoluit. Cum aceto bibitū duritię ſplenis proficit. Eius apozema propinatum, lūbricos, cucurbitinos, & aſcarides excludit. De domo ex eo fumigata, reptilia fugantur. Captis tamen dolorem generat, & ſtomacho nocet. Vnde Dioſcorides: Pro polio poni poteſt æquale pondus corticum mali granati, & ſemen caſſiæ.

Sumac frigidum in 2. gradu, ſiccum in tertio. Somachum cōfortat, appetitum excitat, dolorē epatis mitigat, Solutioni ualet, uomitumq; cholericū & fluxum

©BIUM

& fluxum ſanguinis undecũq; fluxerit, arcet. Apozema eius ore ex eo loto gingiuas cõfortat. Puluerizatũ & cum melle tẽperatum, labiorũ ſciſſuras ſanat. Gal. Collyriũ de ſum ac factũ, prurientibus oculis ſubuenit. Apozema uulnera inteſtinorũ curat. Quo nõ inuẽto, radix herbę acetoſę ponat̃ ꝑ eo.

Nucleus cal. in 2. gradu, ſiccus in tertio. Lapides renũ & ueſicę frangit, urinã prouocat. Corpus de putridis humoribus purgat.

Hęmathiten Gal. dixit parũ eſſe calefactiuũ & extenuatiuũ, puſtularũ oculorũ mundificatiuũ. Et ſi melle tẽperet̃ aſperitatis palpebrarũ, & angulorũ oculi lenitiuũ. Et ſi lacte mulieris tẽperet̃, ophthalmię, caloris, ardoris & aſperitatis eſt iuuatiuus. Dioſ. Hęmathites, inquit, quiddã põticitatis & ſtipticitatis habet, & ſi oui albumine temperet̃, contra apoſtemata oculorũ ualet.

Peonia cal. & ſicca in 2. gradu. Quiddã ſtipticitacis & dulcedinis ex hoc intelligit̃ habere, quod cum maſticatur modica amaritudo cum aliquo acumine in ore ſentit̃. Hoc itaq; cum melle bibita menſtrua prouocat, epatis & ſplenis oppilationẽ cum ſuo acumine aperiens, ſua ſtipticitate lyenteriã cõſtipat. Ideoq; cum melle potata diarrhiam curat. In puerorum collo ſuſpenſa timorẽ eorũ aufert, quod ei eſt propriũ. Vnde Gal. Vidi, inquit, puerũ octo annorũ in cuius collo peonia ſuſpenſa ferebat̃. Quę cũ forte quadã die caderet, mox puer ad terrã corruit ꝑcuſſus ab epilepſia. Sed religata collo eius celeriter euaſit à paſſione. Admirãs itaq; peoniam de collo eius ſecũdo abſtuli: Ipſe tamẽ eodẽ modo ad terrã cecidit. Peoniaq; rurſus collo appoſita protinus incolumis ſurrexit. Ideoq; cõfiſus ſum ut quiddã tenuiſſimũ diſſolutũ & cum aẽre mixtũ unà cũ flamine cerebrũ petat. Alij tamẽ dicũt maxime Dioſcorid. peoniam qualicũq; modo accipiatur, epilepticorum iuuatiuam eſſe.

Salices frig. in 2. gradu, ſic. in primo. Valẽt dolori capitis de calore: Si ſuccus eius in aurẽ mittat̃, proficit. Itẽ ſuccus eius uulnera ſolidat. Cortex eius uſtus, & cũ aceto tẽperatus, porros & uerrucas aufert. Gal. Lac, inquit, corticis ſalicis florẽ habẽtium, uiſum clarificat, defectos oculos cõfortat. Succus frondiũ & pomorũ potatus, ſanguinẽ cõſtringit, & ut mulier cõcipiat non (permittit.

Iris. cal. in 2. gradu, ſic. in 3. Dolorẽ neruorũ de phlegmate mitigat, tuſſim diuturnã placat, ſcreatum facilẽ reddit. Groſſos humores pectoris attenuat. Cum aceto potatus morſum reptiliũ curat, ſpleneticis ſubuenit, ſpaſmum & rigorẽ febrium ſedat. Dolorẽ uuluę mitigat & aufert. Cum uino bibita mẽſtrua prouocat. Si uero de ea peſſariũ cũ melle fiat, ſecundinã & mortuũ fœtum expellit. Si cum aqua calida bibat̃, dolorẽ uẽtris tollit, ſtomacho tamen nocet. Elixatus & piſtatus, uuluã dolentem curat, ſi calefactus ſuper eam ponatur. Coctus & cum oleo roſato mixtus, uulnera & puſtulas deſiccat. Puluis quoq; eius putrida uulnera mũdificat, & bonã in eis carnem generat. Ireleon ualet dolori neruorũ de phlegmate, & dolori uuluæ. Peſſarium de ea factum uuluę aperiendę ualet, & eam calefacit. Apoſtema in ea natum diſſoluit, & dolorem aurium de frigiditate mitigat,

Menta

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 374 sur 404

©BIUM

Menta calida & ſicca in ſecundo gradu. Stomachum odoriferum reddit, & eum confortat, digeſtionem adiuuat. Abominationem & uomitum ex phlegmate aufert, & bonũ ructum generat. Succus eius bibitus frigido ſingultui ualet. Cum ſucco malorum granatorum acetoſorum, aut cum aceto pomi citrini propinatur, cholerico ſingultui optimus eſt. Menta ſæpe comeſta lumbricos occidit, & libidinem auget. Apozema eius apoſtematibus teſticulorum eo locorũ prodeſt. Cataplaſmata ſuper ubera lac in eis coagulatum diſſoluit. Succus eius cum modico melle mixtus, auribuſq; diſtillatus, dolorem capitis & uentoſitatem de frigiditate compeſcit. Cuius frondibus ſi lingua fricetur, omnem aſperitatem amittit. Cataplaſmata cum ſale ſuper morſum rabidi canis, ualet. Succus eius cũ ſapa prægnantibus potui datus, facilem partum facit.

Siſymbriũ calidũ & ſiccum in ſecũdo gradu. Capite ex eo loto & fricato eius oppilationẽ de groſſis humoribus factã diſſoluit. Similiter eius capiti inunctũ apozema, nariũ oppilationẽ aperit. De quo ſi duo exagia cũ melle ſumant, ueſparũ morſibus proficit. Sylueſtre ſiſymbriũ dicit eſſe calamenthũ, quod magis ad medicinam pertinet. Hoc enim fortius eſt. Quod potui datum, aut cataplaſmatum, mẽſtrua, & urinam prouocat, dolorem uentris, & morſum reptilium, lacertorum, atq; epatis duriciam curat. Cum aceto coctum, & oleo roſato mixtum, capitiq; cataplaſmatũ dolorem mitigat, & fumo de ſtomacho ad caput ſalienti repugnat.

Myrrha cal. & ſicca in ſecũdo gradu. Lũbricos & aſcarides excludit, fœtũ mortuũ & ſecundinã expellit. Os uuluę attenuat, & aperit. Peſſariũ de ea factum cũ abſinthij ſucco, uel rutę, mẽſtrua prouocat. Si autẽ tẽperetur cũ ſucco myrtę, & ſupponat, humores putridos deſiccat. In modũ fabæ data diuturnam ſitim, tuſſim, anhelitũ, dolorẽ lateris, & pectoris mitigat. Nimiã ſolutionem ſtringit, uulnerata inteſtina ſanat. Sub lingua miſſa, & cum diſſoluitur tranſglutita, aſperitatem pulmonis, & canaliũ lenit, & uocem clarificat. Andromachus dixit: Myrrha uulnera pectoris, gutturis, & omnia uaſa mundificat. In modum fabæ ante horam acceſſionis data, rigorem febriũ paragorizat. Fledius teſtatur, Myrrham temperatã uino in modum epithimatis capiti inductam, eius dolorem placare, & cataractam oculorum cõſtringere. Collyrijs mixta oculorum uulnera mundificat, aſperitatem palpebrarum lenit, uiſum clarificat. Pro qua amygdalę amarę, uel calami aromatici, uel coſti, æquale pondus poni poteſt.

Bdellium calidum in ſecundo gradu, humidũ in primo. Dyſſenteriæ de acuta pharmacia factę repugnat. Apoſtemata intrinſecus naſcentia, ſi ex eo ungantur ſanat, lapides frangit, tuſſim mitigat, morſum reptilium curat. Si cum aceto temperetur, crepaturam ex eo inunctam ſolidat. Cum ceruſſa & ſapa mixtum apoſtema teſticulorum ſanat.

Lithargyrum

©BIUM

Lithargyrū quidam dicunt neq; calefactiuū eſſe, neq; refrigeratiuū, ſed mediocrem. Dioſcorides: Refrigeratiuū, ſtipticum, ſolidatiuū & omnium concauorū membrorum de bona carne repletiuū eſſe teſtatur. Carnem ſuperfluam comedit iunctum pruritum & ſcabiem coxarum, & ſudorem alarum, & omnia uulnera & puſtulas tollit. Clyſterizatum ualet inteſtinis uulneratis. Si cum oleo roſato miſceatur, puſtulas nariū & labiorū extirpat. Coctum cum oleo quouſq; unguentum fiat, ſciſſuras cutis diſcutit diuturnas, ſi cum eo ungantur. De capite & dorſo ex eo perunctis pediculos necat.

Plumbum frigidū eſt in ſecūdo gradu. Quiddā humiditatis habēs in coagulatione perfectū eſt. Partē quoq; quandā aēriam habet, de quo Arabū in libro de lapidibus intitulato: Plumbum, inquit, argentū eſſet niſi metalli tria accidentia pateretur, id eſt, putorem ſui odoris, & mollitiem ſuę ſubſtantiæ, & quod eius natura ante ignem ſtare non poteſt. Quæ accidentia in terra ſicut fœtus in uulua patitur. Cuius hęc eſt natura, ſiue proprietas: Si piſtillum & mortariolum ex eo fiat, & in eo uinum cum oleo roſato uel myrtino, cum ſucco ſemperuiuæ, uel endiuię, uel portulacæ, mittatur, & ad ſolem uel calidum aēra tribus diebus agitetur, optimum unguentum erit contra calidiſſima apoſtemata, & uulnera inguinum, & pectoris, & uberum, optime curat, & eorum putridos humores deſiccat. Paulus cōtra peſſima apoſtemata hoc unguentum optimum narrat eſſe. Si autem in prædicto mortariolo terra ſigillata cum aceto & melle, & ſeuo anſerino trita ſit, pilis ſuperciliorum cadentibus bona ſit. Quod ſi de plumbo tabula quædam cōponatur, & ſuper ſcrophulas imponatur, eas deſtruit. Si ſuper femora alligetur, pollutionem tollit. Porrò ſi plumbū laueť ſicut tuthia, fit iuuatiuū quemadmodū & illa.

Ceruſſa frigida eſt & ſicca in ſecūdo gradu, ad ſanāda uulnera & bonam carnem curandam utilis eſt. Superfluam carnem rodit. Cum oleo roſato mixta, puſtulis, uulneribus, & tumori de calore facto bona eſt. Collyrijs mixta oculorum puſtulis, uulneribus, pannis, & eorū ſcabiei ſubuenit. Eoſq; mundificat & ſanat. Pari pondere cum polio & pice liquida mixta, & unguento ex eis compoſito, uulneribus uermes habētibus utiliſſimum fit. Sanat enim & uermes occidit.

Syche ſpecies eſt abrotani in Armenia naſcētis, quæ calida in fine ſecundi gradus, ſcilicet in tertio. Stomachū lędit, tamen urinā attenuat, menſtrua prouocat, & oppilationē uuluę aperit, mulieribus inde fumigatis. Nā ſi pręgnās ex ea fumigetur, mortuū fœtum extrahit. Bibita uel cataplaſmata lumbricos & aſcarides expellit. Cocta cum uino & potui data, uel cataplaſmata, contra uenenum morſum q; reptilium facit. Vſta, & cum oleo temperata, capillos allopeciam habentibus creat, pro qua calamenthum agreſte, uel abſinthium poni poteſt.

Dragagantum frigidum in ſecūdo gradu, & humidum in primo. In collyrio

lyrio mittitur. Valet contra tuſſim, & aſperitatem canalium pulmonis & linguæ mitigat, & uocem clarificat & cõfortat. Hoc etiam eſt contra punctionem renum & ueſicę ex uulneribus factam, uel contra ſcabiem. Valet & obſtat acumini potionis ne inteſtina uulnerẽtur. Gumma ſimilis eſt dragagantho, ſed tamen ſiccior & ſtipticior eſt, proinde ſtomachum confortat, fluxum ſanguinis arcet. Et ſi cum oui albumine miſceatur, contra ignis aduſtionem ualet. Idem facit dragagantum.

Memithe herba eſt habens frondes longitudinis unius palmi, aliquantulum latas, menſura 2. unc. Hæc autem aſpera eſt, & coloris plumbei. Rami eius molles, longitudinem habent unius brachij, in quorum ſummitatibus creſcunt flores citrini, qui faciunt quaſi gingiuas ſeminibus plenas. Quorũ color niger eſt ſicut ſynapis, quæ eſt frig. in ſecũdo gradu, & ſicca in primo. Memithe uero cõtra erĩſipelam, & omnia cholerica apoſtemata ualet. Succus eius collyrijs conueniens eſt, & calidæ ophthalmię prodeſt.

Sambucus arbor eſt omnibus nota, quę naturaliter calidus in ſecũdo gradu, & ſiccus in primo. Hæc arbor non omnino inutilis eſt. Diſſolutiua eſt & neruorum mollitiua, ſtomachũ mollit, uomitum prouocat. Cataplaſmata apoſtemata mamillarũ ſanat. Sambuceleon, ſcabiẽ & puſtulas capitis, & apoſtema natum curat. Vuluam ſi clauſa fuerit, aperit, & euerſam ad ſuam naturam reducit. Aurium quoq; dolorem pacat. Si bibatur lumbricos, aſcarides excludit, phlegmaticos & melancholicos humores purgat.

Nenufar frig. & hum. in ſecundo gradu. Subtilis eſt & penetrabilis. Si ponatur in auribus, uel naribus applicetur, dolorem capitis de calore factũ tollit. Cholericis & ſanguineis & omnibus calidis paſſionibus cõuenit. Eius ſirupus tuſſim calidam, & febres cholericas, & paſſiones ſanguinolentas, extinguit, uigilias aufert. Eius etiã oleum ſi cataplaſmetur, uel ſternutatio cum eo prouocetur, dolorem capitis tollit.

Lolium calidum & ſiccum in ſecundo gradu. Confortatiuum eſt, ſtomachicis & epaticis ualet, urinam prouocat, inflationẽ diſſoluit. Si cataplaſmet apoſtematibus oculorum ſubuenit. Eodem modo ualet celtica.

Praſſium calidum in ſecũdo gradu, ſiccum in tertio. Oppilationem epatis & ſplenis aperit, menſtrua prouocat, putridos humores in pectore & pulmone exiſtentes purgat, puluerizatum & cum melle mixtum putrida uulnera mundificat. Apozema eius uiſum clarificat. Auribus inſtillatũ dolorem aufert, & in eis puſtulas ſanat. Dentiũ quoq; dolorem ex eo lotorum ſedat. Si autem melle quaſi diacodion coctum & datum unum ex eo cochlear aut plus accipiatur, empycis de frigiditate putredinem habentibus optime prodeſt, maxime ſi cum pineis miſceatur. Huius etiam apozema contra hydropiſim ualet, oculi ex eo loti curantur. Sed tamen renibus & ueſicæ nociuum eſt. Nonnunquam enim ſanguinem facit mingere, cuius nocumento di-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 377 sur 404

©BIUM

cunt antiqui marathri ſemina cum eo uel poſt aſſumpta reſiſtere.

Lacca cal.& ſic in ſecundo gradu. Oppilationē epatis aperit, eumq; con fortat,ictericis & hydropicis prodeſt. Quæ ſi lota fuerit,melius quàm nō lo ta operatur.

Lapis lazuli frig.& ſic in ſecūdo gradu.Si in collyriis mittat oculis pro ficit.Palpebrarum pilos cōfortat,capillos confirmat, & multiplicat. Et ſi de eo drach. bibatur cum ſirupo roſato,aut cū aqua calida,quartanariis ſubue nit.Melācholicos etiā humores proprie purgat.Lotus & propinatus,uomi tum ſine omni anguſtia prouocat.

Scilla cal.& ſic.in 2.gradu. Incidit humores,ideoq; uomitus & egeſtionē prouocat,pectus & pulmonem de groſſis & uiſcoſis humoribus mūdificat. Ideoq; ualet anheloſis,hydropicis & ictericis,de epatis oppilatione propter groſſos & uiſcoſos humores patientibus.Cataplaſmatū cū oleo myrtino pe dum fiſſuras curat. Si cū aceto coquatur cataplaſmata morſum ſerpentis cu rat.Oportet tamen caueamus ſcillam,quæ ſola in cāpis naſcitur,neq; in cir cuitu eius alia eſt, hæc enim eſt mortifera. Caueamus ergo eam ne medici næ alicui miſceatur.

Sambucus eſt arbor frondes habēs citrinas & albas cal.in 2.gradu,& ſic in primo.Phlegmatis humiditates diſſoluit, dolorē capitis qui fit ex phleg mate,uel cholera nigra amputat. Eadē paraliticis, & hemicraneis proficit, ſi teratur & impetiginibus inungatur,eas omnino curat. Cuius oleum ſimi liter operatur.

Cyperū cal.& ſic.in 2.gradu.Odoriferū eſt,ideo incidit & attenuat,& ſu perfluitatē humorū deſiccat, urinā prouocat, maxime hydropicorū, lapidē frangit,ſtomachū cōfortat,& puſtulata ora ſolidat. Puluerizatū,& uulneri bus putridis applicatum ea cito deſiccat.Suppoſitum frigiditatem uulnę cu rat,& concluſum eius os aperit.Potui datum,morſum ſcorpionis curat.Sed tamen aſſidue bibitum,ſanguinem deſiccat.

Centaurea duplex eſt,maior & minor.Quidā autē dicunt eam cal.& ſic. eſſe in 2.gra.Gal.uero radicē maioris cētaureæ diuerſas dixit habere quali tates,ſecundū ſui ſaporē. Vnde diuerſas habet actiones. Habet etiā ſaporis acumen,& ponticitatē cum aliquanta dulcedine. Vnde cum acumine men ſtrua prouocat,& mortuū fœtum expellit. Cum ponticitate uulnus ſolidat, & fluxum ſanguinis cōſtringit. Cum omnibus tamen ſuis qualitatibus ſub uenit anhelituoſis & diuturnæ tuſſientibus,mēbra confortat. Cuius ſuccus idem operatur quod radix.Dioſcor.Radix maioris cētaureæ cocta cum ali qua carne inciſa ſolidat eam.Radix minoris nullius iuuamēti eſt. Qua tamē cataplaſmata ſolidat uulnera. Eius apozemate clyſterizato dolorē ilij pro pter frigidos & groſſos humores ſoluit,iſchiaticis ſubuenit. Succus eius cū melle oculorū clarificat obſcuritatem. Peſſarizatus menſtrua prouocat,& mortuum

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 378 sur 404

©BIUM

mortuum fœtum expellit. Fit etiam conueniens neruis dolorem habẽtibus, & oppilato epati, & indurato ſpleni, ſi cataplaſmetur, aut potui detur. Quod ſi exagiũ unũ ex ea cum uino propinetur, dolori uentris, punctioni de groſſis humoribus, & uentoſitate factis ſuccurrit.

Pſyllium frigidum & humidum in ſecundo gradu. Calorẽ refrigerat, ſitim extinguit, aſperitatem lenit. Cum aqua lotum donec uiſcoſitatem habere incipiat, & poſtea bibitum, egeſtionem humectat, & inteſtina ſi per cholera rubea ſiccentur, maxime cum oleo uiolato mixtum mollificat. Aſſum uero uentrem cõſtipat. Dolorem inteſtinorum acumine medicinę, uel propter acutos humores ad inteſtina fluẽtes, maxime ſi cum oleo roſato miſcea tur, mitigat. Si cum ſucco portulacę, aut ſolatri mixtum ſit, calidę podagræ, & calidis apoſtematibus ualet. De cuius uiſcoſitate ſi caput lauetur, aſperitatem capillorum mollit, Cum oleo roſato uel aceto cataplaſmatũ, apoſtemata in articulis & ſub articulis de calore naſcentia curat.

Semen croci hortenſis cal. & ſic. in ſecundo gradu. Phlegma purgat, cholericam paſſionem curat, tritum & in iure pinguis gallinæ poſitum, potuiq; datum, uiſcoſum phlegma purgat. Stomacho tamen nocet.

Abrotanũ cal. in ſecundo gradu, ſiccũ in primo. In cuius apozemate mulieribus ſedentibus menſtrua prouocantur. Secundina & mortuus fœtus ejicitur. Clauſam uuluam aperit. Apoſtema ſi habuerit ſanat, lapides frangit, ſtranguiriam ſoluit. Potatũ lumbricos & aſcarides occidit. Succus eius myrrhæ mixtus & peſſarizatus, uel pectini cataplaſmatus menſtrua prouocat. Putridos humores uuluæ deſiccat, dolores eius & phlegmatica apoſtemata in ea naſcentia curat. Puluerizatum, & cum farina hordei mixtũ, dura apoſtemata diſſipat. Cinis eius cum uetuſto oleo mixtus, allopetiam ſanat, & locis pilos non habentibus ſuccurrit. Abrotanoleon epithimatum rigorem febrium aufert. Nocet tamen ſtomacho, & narium oppilationem aperit.

Gariophyllatum calidum & ſiccum in ſecundo gradu. Frigidum ſtomachum adiuuat, groſſum cibũ digerit, epaticis, cardiacis, ex cholera enim uel phlegmate patientibus prodeſt. Naribus applicatum, cerebri & narium oppilationem aperit.

Anethum cal. & ſiccum in ſecundo gradu. Viridis tamen minoris calidî tatis & ſiccitatis eſt. Apozema aut ſperma eius bibitum, urinam prouocat, torſionem & inflationem mitigat. Vomitum ex cibo in ſtomacho natante compeſcit, ſingultum ex plenitudine amputat. Coctum in oleo & epithimatum oppilatos poros aperit, ſomnũ prouocat, & molle apoſtema maturat, tamen aſſuefactũ uiſum defectat, ſperma deſiccat, dolorẽ uuluę mitigat. Mulierem in eius apozemate ſedentẽ iuuat, & menſtrua prouocat. Semen eius peruſtum & ſuper hæmorrhoidas cataplaſmatum eas omnino ſanat. Poſitum ſuper uulnera aut mollia apoſtemata maxime in teſticulis, aut in extre-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 379 sur 404

©BIUM

mitate uirgæ naſcẽtia, ea omnino deſiccat. Anethileon epithimatum rigores febrium periodicarum curat. Laborem articulorum & dolorem amputat. Peſſarizatum dolorem uuluæ placat.

Marathri ſemen calidũ & ſiccũ in ſecũdo gradu. Herba uero cum recẽs eſt, calida manet in medio primi gradus. Stomachum confortat, epatis, renum, & ueſicæ oppilationem aperit. Succus eius coctus & deſpumatus, ſi cum oxymelle uel ſaccharo bibatur uentrem, prouocat & urinam diuturnas febres & periodicas habentibus ſubuenit. Succus eius purus uiſum clarificat, & aquam in eis coagulatam diſpergit, ſi ex eo oculi lauentur. In multis etiam collyriis cõgruit. Sperma eius oppilationem epatis, renum, & ueſicæ aperit. Inflatiuam uẽtoſitatem remouet, lapidem frangit, & menſtrua prouocat. Diuturnis febribus reſiſtit. Si autem potui cum aqua frigida detur, abominationem ex frigidis humoribus amputat. Temperatũ cum melle, ſuper morſum rabidi canis poſitum, iuuat.

Seſeleon calidũ & ſiccum in ſecũdo gradu. Digeſtiuam uirtutem adiuuat, urinam prouocat, ſtranguriam ex frigiditate diſſoluit. Anheloſis diuq; humide tuſſientibus ſubuenit, menſtrua prouocat, ſuffocationem matricis curat. Si cum uino & pipere bibatur, calefacit eos qui in intinere frigeſcunt propter hyemem.

Cocognidium calidũ & ſiccum in ſecũdo gradu. Ventri nocet, aquam tamen citrinã, & phlegma & cholerã rubeam purgat. Eſt etiam conueniens hydropicis. Cuius frondes cum melle cataplaſmatę, putrida uulnera mũdificant, ſcabiem & pruriginem curant.

Berberis frigida & ſicca in ſecũdo gradu. Sitim de calore extinguit, epar & ſtomachũ confortat. Cataplaſmatus calida apoſtemata refrigerat, æquale pondus roſæ, & ſemis ſandali, eodem modo operatur.

Tamarix calida & ſicca in ſecundo gradu. Cocta cum aceto aut uino duriciam ſplenis & dolorem dentium curat. Cum poculo etiam de his compoſito potus tributus, duriciam ſplenis deſtruit. Galen. Vidi, inquit, capras paſcentes tamarices, quibus occiſis, in eis nihil ſplenis inueni. Eorum ergo apozema ſi quadraginta diebus cum uino potetur, omnem ſplenis duriciam amputat. Mulieri cum eius apozemate lotæ humores uuluæ deſiccantur. Peſſarium ex eorum cinere factum, ſanguinis fluxum conſtringit.

Malua frigida in ſecundo gradu, & humida in primo. Quiddam caloris accidentaliter habet. Vnde ſi in uino cocta ſit & cataplaſmetur, contra ſcrophulas, & apoſtemata, tumoresq; mamillarum ualet. Si autem peſſariũ cum adipe anſerino de ea fiat, uuluæ cõcluſionem aperit, & eius calidũ apoſtema curat, parturientẽ mundificat. Succus eius ſi cum uino bino bibat, ſtrangu riã diſſoluit, & lapides frãgit, iſchiaticis ſubuenit, inteſtina uulnerata ſanat. Et ſi cum aceto coquatur, dentium ex ea lotorum dolorem mitigat.

Strignum

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 380 sur 404

©BIUM

Strignum frigidum & ſiccum in ſecundo gradu. Crudum aut coctum, eſui datum, aut ſuccus eius potui datus calida apoſtemata in epate aut in ceteris membris exiſtentia curat. Epatis oppilationem aperit. Cataplaſmatum calida apoſtemata habentibus in exterioribus corporis eſt optimum. Sanguinis fluxum mulieribus conſtringit, ſucco eius potato aut peſſarizato. Cataplaſmatum ſuper calidum ſtomachum mox eum refrigerat, & omnibus calidis apoſtematibus refrigerando repugnat, ſi ſolus aut cum alijs rebus mixtus fuerit.

Balauſtia frigida & ſicca in 2. gradu. Fluxum ſanguinis arcet, & uulnerata inteſtina curat, uentrem confortat, humoribus ad eum fluentibus repugnat, egeſtionē conſtipat, humoribus cum ſanguine egredientibus reſiſtit. Puluerizata & ſuper uulnera uel excoriata loca poſita ea celeriter ſanat. Ore ex eius apoſtemate loto humores de gingiuis fluentes deſiccantur, & dentes mobiles firmantur. Cataplaſmata omnem crepaturā ſolidat. Pro ea ponuntur cortices mali granati acidi.

Amygdalæ amaræ calidę & ſiccæ in ſecundo gradu. Oppilationem epatis & ſplenis aperiunt, & pulmonem de groſſo & uiſcoſo phlegmate mundant, renes purgant, urinam prouocant, groſſam uentoſitatem cholericæ inflationis diſſoluunt. Peſſarizatę menſtrua prouocant. Potatæ cum amylo & menta fluxum ſanguinis arcent. Harum quoque oleum calidum & ſiccum eſt in ſecūdo gradu. Oppilationē ſplenis & epatis aperit, pectus humectat, dolorem aurium & uentoſitatem capitis curat. Dolorem etiam uuluæ & eius ſuffocationem, & torſionem, & apoſtemata in ea naſcentia ſanat. Si cum eo ſternutatio fiat renū & ſtranguiriam amputat. Idem oleum mixtum cum melle & oleo roſato ſplenis duriciam ſoluit. Item, Oleum amygdalarum amararum turbiditati oculorum, & defectioni uiſus proficit. Radix arboris puluerizata, & cum aceto temperata, fit bonum ungnentum contra lentigines & impetiginem, omnesq; ſordities cutis, maxime morpheā. Potui cum uino data tuſſim mitigat, lapides frangit. Paulus dixit, abſinthium æqualiter ualeat.

Cappares calidi & ſicci in ſecundo gradu. Quorum poma, frondes, ſemen & radix intrant in medicina. Poma & frondes magis cibo & radix medicinæ pertinet. Omnia tamen epar & ſplen oppilatum apperiūt. Sed radix omnibus fortior eſt. Vnde conuenit contra duriciā ſplenis, eius enim groſſitiem diſſoluit, maxime ſi cum aceto bibatur, aut cum oxyſaccharo. Groſſos & uiſcoſos humores per urinam & egeſtionem eiicit, & aliquando extra cum egeſtione ſanguinis uſtus. Vnde confidunt quidam his diſſolui duriciam ſplenis. Cum melle & aqua calida potati, arteticis dolorem de groſſis humoribus factū ſoluūt. Cataplaſmati cū melle duriciā ſplenis curatur. Pul-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 381 sur 404

©BIUM

uerizati & cùm aceto temperati albam morpheam mundant. Succus frondiũ auribus diſtillatus uermes in eis natos occidit. Cataplaſmatus ſcrophas duraq; apoſtemata ſoluit. Maſtiche cum his miſcetur, ita quod pomum eorum de carne & ſeminibus omnino euacuetur, & ſambuceleo impletum, paſtaq; coopertum ſuper ignem ponatur, & tribus uicibus aut quatuor bullire dimittatur, fit epithima quo capilli nigri fuerint, & cõfirmantur, & canicies adueniens diſturbatur. Si uero aceto repleatur, & coquatur, dolorem dentiũ placat. Clyſterizatum paraliticis & colicis de phlegmate arguit. Cataplaſmatum iſchiaticos curat.

Aſphodeli calidi ſunt & ſicci in 2. gradu. Sunt aperitiui, urinę & meſtruorum prouocatiui, uomitum arcent. Galen. dicit, aſphodeli multum hydropicis ualent. Frondes & flores eorum cum uino potati, morſum ſcorpionis curant. Similiter cataplaſmati faciunt. Succus radicum eorum cum modico myrrhæ, & croci, in dulci ueteriq; uino coctus fit optimum collyrium contra humiditatem oculorum, & palpebras ſe inuiſcantes curat. Quorum radices uſtæ, & alopetię impoſito, pilos naſci faciunt. Valet etiam ſi morphea uel impetigo ad ſolem cum aſpero pãno fricata de eo inungatur. Quia ſufficienter de medicinis in ſecundo gradu exiſtentibus diximus, neceſſe eſt ut diſputemus de his qui in tertio gradu conſiſtere uidentur.

De tertio gradu.

TVrbith eſt radix intus & extra æqualis, quæ aliquando eſt albi, aliquãdo citrini coloris, & inuenit & in Syria & Arabia. Arbor eius eſt quaſi ferula quæ calida eſt & ſic. in tertio gradu. Phlegma & frigidos chymos atq; omnes uiſcoſos humores purgat. Proinde utilis eſt frigidæ podagræ & arthetico dolori, nocet tamen ſtomacho, & facit anguſtiã. Oportet ergo prius ungi oleo uiolato amygdalino.

Coſtus duobus modis eſt. Vnus de India qui rubeus eſt & grauis, atque amari ſaporis. Eſt & alius albus qui inuenitur in Arabia, cuius pondus eſt leue, nullam habẽs amaritudinem. Vtrũq; tamẽ cal. & ſic. eſt in tertio gradu. Eſt tamen laudabilior & calidior coſtus Indię. Arabicus autem temperatior eſt. Vtrũq; urinam & menſtrua prouocat. Dolorem uuluæ placat, ſi peſſariũ, aut calefactio, aut cataplaſma ex eo fiat. Muliere ex eo ſuffumigata, menſtrua ei prouocabuntur. Valet epaticis, ſpleneticis. Eorum enim apoſtemata diſſoluit, & oppilationem aperit. Dolorem ſpaſmi & lacerti curat. Cucurbitinos cum ſua amaritudine necat, impetiginem mũdificat. Potatus cum uino & melle libidinem commouet. Dioſcorides: Coſtus cum uino potatus, dolorem pectoris, & lacertorũ fracturam, & inflationem curat. Coſtus cum ſambuco oleo epithimatus rigorem febriũ aufert. Valet etiam iſchiaticis, paraliticis,

©BIUM

paraliticis, quia humores intus existentes extra attrahit, Puluerizatus humida uulnera desiccat.

Sauina calida est & sicca in primo gradu. Humores attenuat, proinde urinam & menstrua prouocat. Dioscor. Sauina assuefacta, sanguinem iungere facit. Cataplasmata cutem ab omni sorditie mundat. Decem drach. sauinæ cum 6. drach. butyri usque ad consumptionem butyri coquantur. Missisq; cum eis 10. drach. sacchari & potui datis, cũ calida, fit optima medicina propter dolorem hæmorrhoidarum, pro qua poni possunt frondes cypressi. Et alij dicunt, æquo pondere cassiam posse poni, & quidam, poma cypressi.

Gentiana calida est & sicca in tertio gradu. Attenuat, mundificat, & colat, oppilationem epatis & splenis aperit. Duobus scrupulis de ea temperatis cũ melle & aqua calida, & potui datis, aut cataplasmata, morsum serpentis curat. Pessarizata, menstrua prouocat, secundinam & mortuum fœtum expellit, asarum quoq; æquo pondere eadem operatur.

Coloeynthę sunt cal. in tertio gradu, sic. in secundo. Phlegmaticos & uiscosos humores purgant, torsionem tamen & dolorem in intestinis generant, eaq; discoriãt. Proinde non decet subtiliter puluerizari, ne puluere intestinis applicato, discorientur. Cũ eis ergo miscenda sunt dragagãtũ, gummi, mastichę, & his similia. Multũ etiam stomacho nociua. Quod si pomum unum de eis accipiatur, & omnino de carne & seminibus euacuetur, & de sambuceleo plenũ cum pasta cooperiatur, & super ignem imponatur, & bulliri tribus uicibus, aut quatuor dimittatur, fiet optimum epithima ad capillos denigrandos, & custodiendos. Caniciem etiam uenientem disturbat. Quod si de aceto plenũ coquatur, dolorem dentium placat. Clysterizatum cõgruit ischiaticis, podagricis, paraliticis, & colicis de phlegmate. Cataplasmatum ischiaticos curat.

Zingiber cal. in tertio gradu, hum. in primo. Epar de frigido & humido oppilatum aperit. Grossam stomachi & intestini uentositatem dissoluit, uentrem humefacit. Duæ drach. zingiberis, & duæ sacchari cum calida aqua acceptæ uiscosos humores purgant. Condîtum libidinem augmentat, stomachum calefacit, & cibum digerit. Superfluam etiam stomachi humiditatem de piscibus, uel fructibus desiccat. Quo nõ inuento, piper album uel longum pro eo poni potest.

Enula cal. in medio tertij gradus, & hum. in primo. Diuturnũ ex frigiditate dolorem curat. Pectus & pulmonẽ de grossis & uiscosis humoribus purgat. Electuariũ de ea & melle compositũ diuturnas tusses, & anhelitus, & inflationem uentris curat. Morsus reptilium, & fracturam lacertorum sanat. Ischiaticis quoq; & arteticis ex phlegmate patientibus subuenit. Assueta tamen dolorem capitis generat.

Piper longũ cal. in tertio gradu, & hum. in primo. Ideoq; sensum gustus

sicut

©BIUM

ſicut piper nigrum nō uelociter perforat. Eius enim humiditatis groſſitudo caliditatē penetrare prohibet. Quod ſic probatur eſſe humidum, quia non diu ſeruatur, cito enim corrodit ſeipſum. Zingiber ſimiliter facit. Digeſtiuā uim confortat, & uentoſitatem à ſtomacho & inteſtinis expellit, libidinem augmentat. Pro quo piper album poni poteſt.

Cinnamomū diuerſum eſt groſſum ſcilicet quod de arboribus abſcindit. Eſt & aliud quod eſt cortex ramorū. Eſt & gariophyllatum quod eſt cortex ramorum gariophyllorū. Eſt & aliud quaſi calamus ſubtilis. Omnia tamen ſunt calida, in tertio gradu, & ſicca in ſecundo. Alithinum tamen quod eſt quaſi calamus, cæteris laudabilius eſt, quia ſtomachū confortat, eumq; aromatizat, humiditatē eius deſiccat, oppilationē aperit, cibum digerit, phlegma diſſoluit, urina & menſtrua prouocat. Tuſſim etiam de groſſa humiditate & catarrhum curat, renum dolorem placat. Hydropiſim & timpanitem, morſusq; reptiliū curat. In collyrijs mixtū ſuperfluam humiditatē oculorum deſiccat. Tritū & cum aceto temperatum, impetigines & lentigines extirpat. Groſſum autem cinnamomū quandam habet proprietatē. Quia duobus drach. ex eo cum frigida ieiunis datis ſanguis hęmorrhoidarum ſtringitur. Pro cinnamomo caſſia ponatur, ut Galen. & Cleopatra teſtētur. Dicūt alij galangam eodem modo ualere.

Epithymū cal. & ſiccum in medio tertij gradus. Cholerā nigrā per inferiorem partem purgat. Si uero epithymi drach. 10. pulueris in tenui panno & raro, & in dulci uino à prima hora noctis uſq; ad aurorā dimittatur, & deinde panno expreſſo & cum aliquanto ſirupo uiolaceo aut amygdalino bibat, fit utiliſſimū melancholicis. Nigrā uero choleram abſq; defectione purgat. Galen. Duas, inquit, drach. & s. epithymi cum ſero melancholicis oportet dari, maxime his qui cancrū habēt. Sed tamen quia epithymū anguſtiā generat & ſitim, cum amygdaleo iungatur, neq; ſubtiliter pulueriz etur.

Thymum epithymo in uirtute ſimile eſt cal. & ſiccū in tertio gradu. Cū ſale & aceto datum groſſum phlegma purgat. Eius apozema cum melle coctum anheloſis de groſſo & uiſcoſo phlegmate pectoris ſuccurrit, menſtrua prouocat, ſecundinam expellit, lumbricos occidit, oppilationē epatis & interiorum membrorum aperit.

Polipodium cal. in tertio gradu, & ſiccum in ſecundo gradu. Cholerā nigram & groſſum phlegma purgat, cū craſſa gallina uel gallo coctum, dolorem iliorum, qui fit ex groſſo & uiſcoſo phlegmate placat. Tres drachmas de eo cum caſſiafiſtula per unamquanq; hebdomadam potatæ, leproſis melancholicis proſunt.

Oxyfœnicia ſunt dactyli Indiæ, qui frigidi ſunt & ſicci in tertio gradu. Choleram rubeam aduſtam purgant. Sanguinem bullientem & incendentem refrigerant, acutas febres & cholericum uomitum arcent.

Diagridium

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 384 sur 404

Diagridiū cal. & ſiccum in tertio gradu. Cholerā rubeam & per contrarium phlegma purgat. Nocet tamen epati & ſtomacho, appetitū amputat. Anguſtiā & abominationē extirpat. Ideoq; iuſſerunt antiqui cū eo aniſum, daucū, & apium miſceri, teriq; cum amygdaleo aut coqui in coctanis, uel pomis, neq; ſubtiliſſimè debet teri, ne lyenteriā generet innexū pilis ſtomachi. Tritum & cum aceto temperatū morpheam & ſcabiem acutam curat. Malum tamen eſt ſi ſæpius fiat.

Caſſia lignea cal. & ſic. in tertio gra. Stomachū, epar, uulnera, & omnia principalia membra confortat, oppilationem aperit, & groſſos humores & uentoſitatē diſſoluit, urinā & menſtrua prouocat. Muliere in eius apozemate ſedente, mox uulua confortatur. Suffumigata ex ea, dolor uuluę placatur, & eius oppilatio aperit. Si uero cū medicina laxatiua miſceat, ad eijciendos groſſos humores, iuuat. Cū melle tēperata & ſuper dura & humida apoſtemata impoſita ea diſſoluit & curat. Cleopatra cinnamomum alithinum pro caſſia lignea, & caſſiā ligneā pro cinnamomo poſuit. Dioſcor. duplum pondus cinnamomo pro uno caſſię poni iuſſit.

Sandali tribus modis ſunt, ſcilicet, albi, rubei & citrini. Qui omnes frigidi ſunt in tertio gradu, ſicci in 2. Calidis naturis cōueniunt. Defectū ſtomachū & cardiacos de cholera confortant. Tēperati cū aqua roſata, modicoq; camphorę, & temporibus impoſiti, dolorem capitis de calore mitigant. Cum albumine oui & aliquanto ſarcocollæ ſuper tēpora cataplaſmata, humoribus ad oculos fluentibus repugnant. Temperati cum ſucco ſolatri uel ſemperuiuę uel portulacę, calidam podagram refrigerant, & membra per eam defecta confortant. Eriſipelas etiam curant.

Aſarū cal. & ſiccum in tertio gradu. Vrinam & mēſtrua prouocat, Iſchiaticam & arteticā curat. Epar & uuluā mūdificat, hydropicos per urinā purgat. Quo non inuento pondus & ſemis acori pro eo poni poteſt.

Ameos cal. & ſic. in tertio gradu. Menſtrua & urinā de groſſo phlegmate conſtipatā prouocat. Cum melle potatus lumbricos, cucurbitinos & aſcarides occidit. Groſſam uentoſitatem diſſoluit, lapidem frangit, ſtomachū calefacit, epar, meſaraicas, renes & uuluuā, mūdificat: ideo quia menſtrua & urinam prouocat. Peſſarizatus ſimilia operatur. Tritus & cum melle tēperatus, potuiq; cum calida datus phlegmaticā febrē & morſus reptiliū curat. Sępe tamen bibitus aut cataplaſmatus cuti citrinū colorem inducit.

Daucus calidus eſt in initio tertij gradus, ſiccus in ſecūdo. Vrinā & menſtrua prouocat, uuluam mundificat, phlegmaticam pleureſim, & hydropoſin, morſusq; reptiliū, curat, oppilationē epatis & ſplenis aperit, groſſos humores inteſtinorū diſſoluit, eius apozema bibitum pectus à ſcreatibus purgat. Vnde dolorem & uentris torſionem amputat, commixto apij ſemine actio fortior fit.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 385 sur 404

©BIUM

Camphora gummi eſt cuiuſdã arboris in montanis Indię naſcentis quæ frig. & ſic. in tertio gradu. Calorẽ cephaleamq; cholericã uel ſanguinolentã naribus applicata, aut cum ſandalis & aqua roſea temperata mitigat. Huiuſmodi gummi principalium membrorum ſenſuumq; defectionem ex calore factam confortat. Eius tamen odor aſſuefactus libidinem extinguit: bibita uero melius operatur. Porrò aſſuefacta caniciẽ uenire feſtinat, & ſi aliquantulum camphorę cum ſtiptica medicina miſcatur, cholericã ſolutionẽ ſtringit. Sternutatio ex ea & ſucco floris palmæ prouocata ſanguinẽ è naribus fluentem conſtipat.

Spodium eſt quaſi cinis. Quidam dicunt autem eſſe cinerem radicis calami in India naſcentis. Alij autumant eſſe cinerem oſſium elephantis, quod frig. & ſic. in tertio gradu. Ventris fluxum & uomitum cholericum arcet, ſtomachum confortat, calorem epatis refrigerat. Sincopin de cholericis humoribus ad os ſtomachi fluentibus curat. Putridas puſtulas in ore pueri natas deſiccat & ſanat, ſi ſolum uel cum roſis, uel cum ſaccharo ſuper eas apponatur.

Laurus, quam Græci δάφνιν uocant, cal. & ſic. in tertio gradu. Dolorem epatis & ſplenis ex frigiditate & humiditate, capitisq; dolorẽ propter phlegma & groſſam uentoſitatem mitigat, lapides frangit. Stomachũ tamen contrahit, & deficere facit, uomitum irritat. Frondes eius cataplaſmatę, morſus reptilium curant. Mulierum in eius apozemate ſedentium, ueſicam & uuluam iuuat. Semina uero calidiora ſunt frondibus. De quibus ſi electuarium cum melle & ſapa fiat, putrefactionem pulmonis & anhelitum extirpat. Mixta cum uino, oleoq; roſato, & guttatim auribus diſtillata dolorem earum, & ſonitum, atq; putredinem curat. Radix cum oxymelle potata, dolori epatis ſubuenit, eiusq; oppilationem aperit. Renum & ueſicæ lapides frangit, inteſtinorum oppilationem ſoluit. Laurinum oleum calefactiuum & humefactiuum eſt, orisq; uenarum aperitiuum, laborem aufert, contra rigorem aurium, catarrhum capitis, & omnem membrorum dolorem, & omnia quæ infrigidata ſunt, optimum eſt. Scabiem, puſtulas, impetigines, uermes pediculos, furfures tollit & mũdat, allopeciam ſanat. Calidã tamen naturam habentibus nocet.

Hyſſopus cal. & ſic. eſt in tertio gradu. Cuius apozema cum ficubus ſiccis & melle & ruta coctũ & bibitũ, apoſtema pulmonis & anhelitum curat. Diuturnas tuſſes, & catarrhum de capite ad gulam, pectusq; deſcẽdentem mundat. Lumbricos occidit. Apozema eius ſolum cũ melle bibitũ groſſos humores purgat. Si cum ficubus ſiccis comedatur: uentrẽ humectat, & cutem clarificat. Cum aceto coctus & ore tantum loto, dolorem dentium amputat. Auribus quidem inde fumigatis, dolorẽ & uentoſitatem placat, pro quo ponitur ęquale pondus ſamſuci.

Sanſucus

Sanſucus calidus & ſiccus eſt in tertio gradu. Capitis dolorem & hemicraneum de phlegmate factum, & nigram choleram curat, ſi ex eius apozemate caput lauetur, uel naribus applicetur. Oppilationem uel groſſam capitis uentoſitatem patientibus medetur. Eius apozema bibitam fit hydropicis, ſtranguiriam, uentriſq; dolorem habentibus, bonum. Cum melle cataplaſmatū, nigredinem ſub palpebris exiſtentē amputat. Peſſarizatū menſtrua prouocat. Cataplaſmatum cum aceto morſum ſcorpionis curat. Sanſuceleon calidum dolorem aufert, epilepticis & paraliticis conuenit. Auribus inſtillatum dolorem & ſonitum placat.

Staphiſagria calida & ſicca eſt in tertio gradu. Acumen habet. Quę cum maſtiche uel olibano maſticata, multū phlegma de capite purgat. Linguam quoque ex eo aggrauata alleuiat. Gargarizata de groſſo uiſcoſoq; phlegmate caput mundat. Cum aceto cocta dolore dentium & gingiuarum putredinem curat. Si ſternutatio de ea & nigella in aceto ſimiliter coctis fiat ictericos de oppilatione uenarum iuuat. Cum auripigmento & oleo mixta, fit contra ſcabiem & pediculos bona. Pro qua pyrethrum mutari poteſt.

Elleborus albus calidus & ſiccus eſt in tertio gradu. Stomachum mūdat cum uomitu, & diuerſos humores expellit. Quod ſuppoſitum mēſtrua prouocat. Malum tamen eſt quia ſuffocationem, & anguſtiam, ſincopin, & extremitatum frigiditatem generat, præcipue ſi os ſtomachi acutiſſimum ſenſum habuerit. Vnde priuſquam detur, modicum cibum dare conuenit, ne ſtomachū inanem inueniat. Quidam cum iure tritici uel hordei illud dant, ne ullum nocumentum inferat, ſternutationem commouet, peſſarizatum menſtrua prouocat. Farinæ mixtum & cum melle temperatū, mures ſerodentes occidit. Puluerizatus & cū aqua mixtus, & circa domū perfuſus, muſcas occidit. Mixtus cum aceto allopeciam curat. Miſcetur & aliquando collyrijs ad clarificandum uiſum.

Elleborum nigrum calidum & ſiccum in tertio gradu. Morpheam, impetiginem, & ſcabiem curat. Choleram nigram & phlegma purgat. Paraliticis, epilepticis, melancholicis, maniacis, & arteticis cōuenit, meſtrua prouocat. Quod tribus diebus continuis in foraminibus hæmorrhoidarum miſſum, eas mundat. Similiter auribus grauiter audientibus occurrit. Coctum cum aceto & ore ex eo loto dolorem dentium mitigat. Cum melle temperatum, & ſuper roſuram dentium appoſitum, eos celeriter curat. Allopeciæ inunctum ualet. Mixtum cum lupinis, facieq; ex eo lota, mundat eam à lentigimbus, & impetigine. Mixtum cum polline hordei & uino & cataplaſmatum, aquam citrinam purgat, hydropicos curat. Quidam dicunt uitem laxatiuam eſſe, ſi elleborum nigrum iuxta eam natum fuerit.

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 387 sur 404

©BIUM

Origanum duplex eſt, domeſticum & ſylueſtre. Vtrunq; calidum & ſiccum in tertio gradu. Sylueſtre tamen calidius eſt, urinam & menſtrua prouocat. Ventoſitatem & rugitum ſtomachi & inteſtinorum expellit, maxime ſi ſint ex groſſis humoribus, aut indigeſtis cibis. Lumbricos & aſcarides occidit & expellit, ſi eius apozema potetur. Maſticatum dolorem dentium mitigat. Stomachum, pectus, & epar, & pulmonem, de groſſis humoribus purgat. Cum ficubus ſiccis māducatum ſudorem prouocat. Corpore exeo loto, ſcabiem, & ictericiam ſanat. Rurſus uiſum propter phlegma obſcuratum clarificat. Succus eius cum lacte mulieris auribus diſtillatus, dolorem mitigat.

Galanga calida & ſicca eſt in tertio gradu. Stomachum phlegmaticum corroborat, uim digeſtiuam adiuuat, uentoſitatem diſſoluit, os odoriferum reddit, colicam curat, renes calefacit, & libidinem augmentat. Eodem modo ualet cinnamomum.

Squinantum calidum & ſiccum eſt in tertio gradu. Vrinam & menſtrua prouocat. Apoſtema in epate, aut in ore uenarum exiſtens, diſſoluit, epar & renes & uuluam mundificat, lapides frangit, ſanguinis fluxum ſtringit. Dolorem ſtomachi, & epatis & renum curat. Apozema eius uuluæ apoſtema deſtruit. Radix eius ſtomachum confortat, & appetitum auget. Apozema eius hydropicis prodeſt

Carui calid. & ſic. eſt in tertio gradu. Ventoſitatem & inflationem diſſoluit, uim digeſtiuā confortat, urinam prouocat, ſtomachum corroborat, lumbricos occidit.

Cardamomum ſylueſtre carui eſt, quod calidū & ſiccum eſt in tertio gradu. Valet epilepticis, nephreticis, ſtranguirioſis, iſchiaticis, & diu tuſſientibus, & morſui reptilium. Torſionem, uentriſq; dolorem de groſſa uentoſitate & uiſcoſco phlegmate curat. Cum aceto mixtum, ſcabiem, impetiginem, & allopeciā ſanat. De quo qui ſuffumigatus eſt, ſudorē ei prouocabit.

Mumiam quidam dicunt eſſe aſpalathum, quædam tamen ſpecies eſt in ueteris monumentis inuenta, quæ optima eſt. Antiqui etiam mortuos ex ea ungebant, ne cito putreſcerent aut uermes producerent. Calida & ſicca eſt in tertio gradu. Valet contra fracturam capitis, & interaniorum membrorum uniuerſorum percuſſiones ſanat. Frigiditatem neruorumq; percuſſionem curat. Sanguinem fluentem de crepitura, uel inciſura in quocunque interiori loco fuerit ſedat, ſi cū terra ſigillata potetur. Quod ſi de ea cum modico ſambuceleo ſternutatio prouocetur, capitis dolorem de frigiditate mitigat. Eius fumus ſudorem prouocat.

Opopanax

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 388 sur 404

©BIUM

Opopanax calida & ſicca eſt in tertio gradu. Dolorem arteticum, iſchiaticum, podagricum, de groſſa uentoſitate, uiſcoſóque phlegmate placat. Cum uino potatus periodicas febres & diuturnas curat, fracturas lacertorum ſolidat. Dolorem laterum & torſionem, tuſſim, & ſtranguiriam, & ſcabiem ueſicæ extirpat. Peſſarizatum aut cum melle potatum menſtrua prouocat, & mortuum fœtum expellit. Ventoſitatem & duritiam uuluæ diſſoluit. Cum ſucco ſambuci potatus eis qui ex aliqua cogitatione tremiſcũt, ſubducit. In foramine dentis miſſus dolorem mitigat. Collyrium ex eo factum, uiſum acuit. Emplaſtrum ex eo & pice compoſitum, morſum rabidi canis curat applicatum. Quo non inuento, eadem galbanum operatur.

Sagapinũ calidum & ſiccum eſt in tertio gradu. Viſcoſum phlegma purgat, colicam paſſionem & groſſam uentoſitatem curat, frigiditatem ſtomachi & uuluæ extirpat. Vrinam & menſtrua prouocat. Citrinam aquam hydropicorum minuit, lapides frangit, dolorem pectoris & diuturnas tuſſes, & morſus reptilium curat. De quo unum exagium cum uino coctum ſi potetur, cõtra uenenum fit. Cum aceto compoſitum, & ſuper oculos hordeolum habẽtes impoſitum, illud omnino diſſoluit. Naribus cum aceto miſſum ſuffocationem matricis curat. In collyriis mixtum, puſtulas oculorum mundat. Valet etiam epilepticis, & paraliticis, & ſpleneticis, febrem periodicam & diuturnam curat. Eodem modo ualet opopanax & galbanum.

Aſa calida & ſicca eſt in tertio gradu. Aperitiua eſt & uentoſitatis expulſiua, quartanam febrem curat. Cum calida potata uel ſapa putredinem quartanæ febris mundificat. Cum ouo aſſo inglutita phlegmaticam tuſſim curat. Potata in iuribus ualet pleureticis ex phlegmate patientibus. Diſſoluit etiam epatis duriciam, & eius oppilationem aperit. Data cum ficubus ſiccis, prodeſt ictericis, & hydropicis de uiſcoſo humore. Mixta cum uino & aceto, & allopeciæ impoſita, eam mundat. Collyrium cum melle ex ea compoſitum, uiſum acuit, & catarrhactis repugnat. Cum oxymelle bibita lac in ſtomacho & mamillis coagulatum diſſoluit. Cum pipere & myrrha bibita menſtrua prouocat. Cum calida aqua potata, aſperam uocem lenit. In foramine dentis miſſa eius dolorem placat. Valet etiam contra morſum reptilium & rabidi canis, ſi emplaſtrũ ex ea componatur, aut potui detur. Gargarizata cum aceto ſanguiſugas gutturis annexas, à carne ſemouet. Impetigines etiam curat. Dioſcor. Pro aſa poni poteſt ſagapinum.

Beronici ſunt radices albæ & ſubtiles in India naſcẽtes. Quæ calidi & ſiccí ſunt in tertio gradu. Dolore de inflatiua & groſſa uentoſitate maxime in uulua exiſtente placant, & morſus reptilium curant. Ideoq́; quidam miſcẽt

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 389 sur 404

©BIUM

in magnis antidotis contra uenenum exiſtentibus. Similiter ualet galanga.

Zedoar calidum in tertio gradu, ſiccum in primo. Eſt contra uenenum & morſus reptilium. Inflationem & groſſam uentoſitatem diſſoluit, ſtomachum confortat, appetitum irritat, putorem oris propter allia amputat, ſi poſt allia zedoar accipiatur. Similiter & uini odorem ab ore aufert.

Virga paſtoris eſt herba frondes & ramos habens uirides. Radix uero eius eſt rubea, cum aliquanta nigredine mixta, & eſt frigida & ſicca in tertio gradu. Cataplaſmata ardorem ſtomachi, capitiſq; dolorem de calore placat. Sternutatio de ea cum camphora prouocata ſanguinem de naribus fluentem deſiccat. Succus eius auribus diſtillatus puſtulas curat, & ſanguinem deſiccat. Potata ualet mulierum cõtra ſanguinis fluxum, & de quocunque loco manauerit, ſanguinem conſtringit. Calida apoſtemata ſicut phlegmones & eriſipelam refrigerat. Succus eius clyſterizatus dyſſenteriã & uulnerata inteſtina curat, & omnem diſcoriationem de acumine medicinæ factam ſanat.

Semperuiua frigida in tertio gradu, ſicca in primo. Æriſipelam refrigerat & farſam. Peſſimas puſtulas de calore curat, ſi cataplaſmetur. In collyriis mixta calidas ophthalmias, & oculorum apoſtema diſſoluit. Cum oleo roſato mixta, capitis dolorem de calore, aut de cholerico fumo ad caput ſaliente amputat. Potui cum uino data, ualet contra aſcarides. Peſſarizata, humores à uulua fluentes deſiccat.

Chamepiteos cal. & ſic. eſt in tertio gradu. Laxatiua eſt & groſſorum humorum attenuatiua, mundificatiua etiam interiorum membrorum, oppilationis epatis & matricis aperitiua, urinę atq; mẽſtruorum prouocatiua, ictericiam curat. Duo exagia ex ea cum ficuum ſiccarum apozemate data, nephreſin extirpat. Vnum exagiũ cum uino coctum & acceptũ, ſuper omnia mundificat inteſtina, eiusq; apozema cum melle potatum dolorem femoris & coxarum, & uulnera putrida cõſolidat. Duriciam etiam mamillarum diſſoluit, ſi loca patientia cataplaſmentur.

Chamedræos cal. & ſic. eſt in tertio gradu. Groſſos & putridos humores attenuat, ſplenis duriciam diſſoluit, oppilationem interiorum membrorum aperit. Bibito eius apozemate aut cataplaſmato. Vrinam & menſtrua prouocat, ſi mulierum peſſarium aptetur.

Cyminum calidum & ſiccum in tertio gradu. Ventoſitatem & inflationem ſtomachi diſſoluit, urinam prouocat. Valet etiam contra frigiditatem epatis. Quod coctum in oleo & clyſterizatum, torſionem & dolorem de groſſa uentoſitate & inflatiua curat. Cataplaſmatũ cum polline hordei eadem operatur. In aceto ſolutum & aſſum, uentris ſolutionem propter liquidos humores

©BIUM

dos humores conſtringit. Cyminum cum aceto & aqua bibitum, ualet anheloſis, & ὀρθόπνοιαρ de phlegmate curat. Humores putridos à uulua fluentes deſicat. Cum uino bibitum, morſus reptilium curat. Peſſarizatum cum oleo ueteri, ſanguinis fluxum conſtringit. Sæpius tamen ex eo lotus, aut illud potans, corporis ſuperficiem citrinam patitur, cum plumbeo colore mixtam.

Nigella calida & ſicca eſt in tertio gradu. Groſſam uentoſitatem, & inflationem ſtomachi & inteſtinorum diſſoluit. Superfluos humores deſiccat, Cum melle temperata, & potui data lapides renum & ueſicæ frangit, urinam & menſtrua prouocat. Sunt etiam cõtra albam morpheam & febrem phlegmaticam. Potata lumbricos & aſcarides occidit. Trita & cum oleo lentiſcino mixta, & auribus diſtillata, frigiditatem, inflationem, uentoſitatem, & oppilationem curat. Cataplaſmata cum aceto, fiunt cõtra ſcabiem, puſtulas & dura apoſtemata. Cocto in oleo ualet ad rheumata de groſſis humoribus, ſternutatione ex ea prouocata. Mixta cum ſanguine hirundinis, & impoſita ſuper impetigines, ſcabiem, aut qualecunq; corporis apoſtema, curat ea optime. Sternutatione ex ea prouocata, ualet epilepticis, & parlyticis. Fumus etiam eius reptilia fugat. Multa tamẽ quãtitas ex ea potata mortem inducit.

Amoniacum calidum eſt in tertio gradu, ſiccum in ſecundo, mollitiuę & diſſolutiuę uirtutis. Valet iſchiaticis, podagricis, artheticis de uiſcoſo phlegmate. Vna drach. ex eo cum oxymelle potata, ſpleneticos curat. Emplaſtrũ ex eo compoſitum cum aceto, & coctum in oleo, & ſuper durum ſplen & epar impoſitum, mox duriciam curat, lumbricos & aſcarides occidit, urinam & menſtrua prouocat. Dura apoſtemata & groſſa in neruis & articulis naſcentia, diſſoluit, ſi cataplaſmatum cum melle & nitro fuerit.

Hypociſtis in ſylua naſcitur. Eius longitudo eſt unius palmi. Plurimũ tamen eſt ſub terra, quia in ſuperficie terrę eſt longitudinis trium unciarum, paruas habet frondes purpureum colorem habentes. Quarum radix eſt rubea cum aliquãta nigredine perfuſa, habet etiam aſperitatem. Quæ frigida eſt & ſicca in tertio gradu. Sanguinem de quocunque loco fluxerit maxime mulierum conſtringit. Valet diarrhijs & dyſſenterijs. Succus tamen earum fortius operatur, cataplaſmata mẽbra cõfortant, putrida uulnera deſiccant.

Canna calida & ſicca in tertio gradu. Mulieri in eius apozemate ſedenti dolorem uuluę placat. Peſſariũ illud idem operatur. Menſtrua prouocat. Apozema eius potatum optimũ eſt epilepticis, nephreticis, & podagricis.

Galbanum cal. in tertio gradu, ſiccũ in ſecũdo. Si de eo peſſarium aut fumigatio fiat, menſtrua prouocat, fœtum q; mortuũ & ſecundinam expellit. Cataplaſmatũ cum acino & aceto ſordiciem puſtularũ mundificat, tuſſim q; & anhelitũ tollit. Cum melle & axungia æqualiter pulueratis mixtum, tuſſi

humidę,

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 391 sur 404

©BIUM

humidæ,uocis raucitati ex groſſis humoribus ad pectus deſcendentibus factum bonum electuariũ exiſtit. Mulieribus autem epilepticis ex eo fumigatis, ſuffocatio matricis ſanatur, & humiditas epileptica quieſcit. Eius etiã fumigatio reptilia fugat. Epithima ſuperpoſitum reptiliũ morſibus repugnat. Super dentes dolorẽ aut roſuram habentes poſitum, eos curat. Si uero cum forti uino prægnanti detur, mortuum fœtum celeriter excludit. Laborioſis etiam & ſpamoſis conuenit. Pro quo opopanacis ęquale pondus, aut ſagapini, ut quidam dicunt, oportet poni.

Amomum cal. & ſic. in tertio gradu. Muliere in eius apozemate ſedente, dolor uuluæ placabitur. Peſſarium illud operatur, & menſtrua prouocat. Apozema potatum, optimum eſt epilepticis, nephreticis & podagricis.

Aniſum cal. & ſiccũ eſt in tertio gradu. Groſſos humores attenuat, uentoſitatem & inflationẽ diſſoluit, oppilationẽ epatis & ſplenis aperit, lac mulieribus augmentat, libidinem excitat. Vrinã & menſtrua & ſudorẽ prouocat, uentrem conſtipat, maxime ſi aſſum accipiatur. Superfluis humoribus è uentre ad uuluam fluentibus repugnat. Quod fumigatum & naribus applicatum dolorẽ capitis de groſſa uentoſitate & rheumate curat. Tritũ & cum oleo roſato mixtum, auribus diſtillatũ, dolorem aurium propter ictum, aut propter caſum amputat.

Cicuta cal. & ſic. in tertio gradu. Groſſorũ & uiſcoſorum humorum attenuatiua. Vrinã menſtrua prouocat, & augmẽtat. Lumbricos & aſcarides occidit & expellit. Valet iſchiaticis & artheticis de uiſcoſo phlegmate, ſi de eius apozemate lauetur, aut potetur, groſſam uẽtoſitatem inteſtinorũ diſſoluit. Colicam & ilij dolorẽ curat. Pectus etiam & pulmonem, de groſſo uiſcoſoq; phlegmate mundat. Quod ſi 28. eſt cicutę, cum 8. lib. uini ſuper ſuauem ignem coquãtur, quouſq; quarta pars uini cõſumatur, fit optima decoctio epilepticis, ſi in una quoq; die 10. drach. ex eo acceperit, donec 40. dies cõpleuerit. Si quid de hoc apozemate dat uulneribus cõcepturis, uel ſemel, eas ad uſum cõcipiendi cõuertit. Sed tamẽ ſignũ eas p̃ſentialiter eſſe impregnatas, taliter eſt. Vomũt etiã illud apozema, nec ullatenus cõtinere ualẽt.

Policaria eſt cal. in tertio gradu, & ſic. in 2. Eſt autẽ attenuatiua, aperitiua, & ſtomachi cõfortatiua, appetitũ excitat. Puluerizata & cum oxyſaccharo bibita, phlegma & cholerã nigrã purgat. In eius apozemate ſedentibus duriciam & calidũ apoſtema diſſoluit. Cataplaſmata interiores hęmorrhoidas curat. Eius oleum calefacit, mollificat, & ora neruorum aperit, urinã & menſtrua prouocat. Peſſarium ex eo factum duriciam & apoſtema uuluę diſſoluit. Porrò ano hęmorrhoides habente ex eius oleo perũcto mox ora uenarum aperiũtur. Eſt etiam bonum neruis, & lacertis uulneratis, ſi lana in eius oleo infuſa uulneribus ſupponatur.

Calamenthũ tribus modis eſt. Eſt etiam quoddam ſemper naſcẽs in ripa fluminum,

©BIUM

fluminū, & aquoſi locis. Eſt aliud quod inuenitur in ſiccis locis, & ab aqua remotis. Eſt & aliud naſcens in mōtanis locis. Quod cū in diuerſis partibus naſcat, diuerſis nominibus nūcupatur, petroſum, terreſtre, aquoſum. Quæ tamen omnia cal. & ſic. ſunt in 3. gradu. Vnde Hippocr. Calamenthum, inquit, extinguit libidinē, quia ipſum ſperma liquefacere in uoluntario fluxu neceſſe eſt. Vnde & ſpermate finito, & corpora deficiūt. Hoc tamen aquoſum operat. Terreſtre autem uentrē humefacit. Petroſum uero cōtra morſum reptiliū eſt. Quod cū uino ante uenenoſam potionē bibitū, mortifero potui repugnat, ne aliquid nocumēti corpori prēſtet. Quod ſi in domibus ſuſpenſa fuerit, fugat reptilia. Cataplaſmata ſuper morſus reptiliū uenenū attrahit ab interioribus ad exteriora. Subtiliter puluerizata, & cū melle tēperata, & uētri ſuppoſita ipſum ſoluit. Idericis febrē nō habētibus, & melācholicis, drach. 2. tribus cōtinuis diebus potui datę eos mūdificant. Terreſtre autem ualet uuluę. Vnde Dioſ. Calamenthū ualet leprę, quia diſſolutiuā & attenuatiuā uirtutē habet. Quod ſic teſtificat. Vidimus etiā ſuperficiem totius corporis ab omnibus maculis emūdari, ſi uiride in uino coquat, & ſuper maculas inducatur. Succus eius auribus diſtillatus uermes occidit. Eodē modo facit in omnibus uulneribus uermes habētibus. Bibitū autē uuluę ſuppoſitū menſtrua prouocat. Groſſos & uiſcoſos humores pectoris & pulmonis attenuat & mūdificat. Ideoq; renū frigiditatē calefacit, & urinā prouocat. Plures etiā doctores cōcordati ſunt, quod calamenthū ſtomachū cōfortat, digeſtiuam adiuuat, oppilationē aperit, ſpaſmaticū & anheloſis ſubuenit, uomitū cōſtringit. Comeſtū cū ficubus ſiccis ualet hydropicis. Vna drach. de eo potata ualet ſingultui de frigiditate. Cum fabis uel lentibus cocta, uētoſitatem & inflationē ab eis amputat. Quidam medici dicunt calamenthū maniacis eſſe congruū, quia cholerā nigram cum egeſtione, & urinam purgat. Valet etiā pruritui ſi pruriētes cum eo in balneo perfricentur. Sed petroſum cæteris fortius eſt. Aquoſum tamen illo fortius eſt in deſiccando ſpermate.

Dioſcor. ferrum candens extinctū uino uel aqua, dixit optimum eſſe ſolutioni diuturnę, & uulneribus inteſtinorū, ſplenis apoſtemati & ſtomachū mollificat. Galen. Aqua in qua ferrū candens extinctū fuerit, ignoranti data iuuat. Sed ferrugo frigida eſt & ſic. in 3. gradu. Quę uino infuſa & bibita, ſtomachū confortat. Mixta cum aliquo antidoto, ualet cōtra mollitiem ſtomachi eiusq; corruptionē. Neruos enim confortat, groſſam uentoſitatē diſſoluit, hæmorrhoidas curat, & plumbeū aufert colorē qui eſt propter hęmorrhoidas. Sanguinis fluxum in mulieribus conſtringit, eas etiam ut non concipiant prohibet. Cum aceto tēperata, & cocta, humores ab auribus diu fluentes deſiccat. Sed tamen bibita grauedinē & dolorem ſtomachi generat & ſingultum. Quæ bibita niſi dimidiū exagiū magnetis cum uino temperati potetur, mortem ſine dubio generabit. Peſſariū de ferrugine compoſitum san-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 393 sur 404

©BIUM

guinis fluxū conſtringit. Temperata cum aceto & ſuper calidas puſtulas impoſita ſiue hæmorrhoidas, iuuat. Cataplaſmata calidam podagram refrigerat. Vncta ſuper alopeciam capillos reſtaurat.

Ariſtot. dixit eſſe lapidem in ripa maris Indiæ inuentū. Cuius natura cal. & ſic. in 3. gradu. Dixit etiā in libro de lapidibus quod nautæ nō audēt tranſire cū naui ferreos clauos habēte, aut aliquod artificiū ferri in ea ducere. Nam ue etiā illis mōtanis appropinquāte, omnes claui, & quicquid ex ferro ēditū à mōtanis attrahit cum proprietate quā habēt. Hic lapis potui datus ponderē 1. ſcrup. uel 2. cū lacte eis qui de ferrugine ſunt infirmati, aut de uenenoſo ferro ſauciati, fit optimū. Qui mixtus cataplaſmatibus aut emplaſtris de uulnere ſagittas extrahit. Rufus dixit, magnetem cōfortare melancholicos, & auferre ab eis timorem & ſuſpicionem.

Sanguis draconis eſt de arboribus in Perſia & armenia naſcētibus qui frigidus eſt in initio 3 gradus. Loca de ferro uel aliīs rebus inciſa, cōſolidat, & uulnera in interioribus exiſtentia curat, ſi ex eo clyſterizentur. Ventrem tamen conſtipat. Radicem eius arboris teſtatur Galen. eſſe uiſcerū mundificatiuam de groſſis & uiſcoſis humoribus. Cum aceto temperata & ſuper morpheam impoſita, aut inuncta, aut ſuper impetiginē mire eam mundat. Succus eius ſi collyriis oculorum miſceatur, uiſum clarificat.

Pix liquida cal. & ſic. eſt in 3. gradu. Eſt cōtra uenenum. De qua cochlearium 1. cū melle acceptū ualet uulneribus pulmonis & pectoris. Tuſſim etiā diuturnam & anhelitū curat. Gargarizata apoſtemata in gutture, & uua iuuat, & ſuffocationē curat. Cum amygdaleo auribus diſtillata fluentes ab eis humores deſiccat. Cataplaſmata cum ſale ſuper loca à reptilibus uulnerata, iuuat. Mixta cum melle putrida uulnera mundat & ſanat. Cum cera ęquali pondere mixta, ſanat impetigines, & uulnera uuluæ, & ani duriciam diſſoluit. Cum furfure mixta ualet contra farſam, & ei reſiſtit ne corpus perambulet. Pix ſicca omnia ſupradicta licet debilius operatur. Sed tamen ſępius miſcetur cum emplaſtris & unguentis uulnerum.

Bitumen iudaicum cal. & ſic. eſt in 3. gradu. Vulnerata etiam loca cōſolidat. Matricū ſuffocationē curat. Fumus eius ualet phlegmaticis, & diuturna febre laborātibus.

Agnus caſtus cal. & ſic. eſt in 3. gradu. Sperma urit & deſiccat, uoluntatē libidinis mortificat, non ſolum potatus, ſed etiam ſi ſuper eum quis iacuerit, aut dormierit. Quidam cauſa caſtitatis aſſatū eum comedūt. Crudus etiam capitis dolorem generat. Valet ad duritiem & oppilationi epatis & ſplenis. Hydropicis prodeſt, menſtrua prouocat. Cataplaſmatus capitis dolorē de humiditate aufert. Hypericon cal. & ſic. in tertio gradu. Vrinā & menſtrua prouocat, epar & uenas mundificat, femorū dolorem aufert. Eſt & contra uenenum. Cataplaſmatus uulneribus ea celeriter curat.

Hermodactyli

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 394 sur 404

©BIUM

Hermodactyli, calidi & ſicci in tertio gradu. Dolorem arteticorũ & podagricorũ & iſchiaticorũ curat. Cum ſua etiã proprietate groſſorũ & uiſcoſorum humorum diſſolutiui ſunt, ſed tamen moleſtatiui, quia anguſtiam & dolorem ſtomachi generant.

Apium cal. eſt in initio tertij gradus, ſiccũ in medio. Oppillationẽ epatis aperit, urinã & menſtrua prouocat maxime. Semen eius uentrem conſtipat. Habet etiã proprietatẽ attrahẽdi ſuperfluos humores totius corporis ad ſtomachũ & caput & uuluã. Vnde nocet epilepticis & fœtui. Quia cum malos trahat humores ad uuluam, & miſceantur cum nutrimẽto fœtus, generat in corpore humano humores putridos & peſtilẽtiales. Vnde Galen. Prẽgnantibus aſſuefacientibus apium, neceſſario in corpore infantis apoſtemata & putrida uulnera naſcentur. Ideoq; medici prohibent prẽgnantes & mulieres pueros lactantes uti apio, ne puer fiat inſipiẽs aut epilepticus. Succus apij ualet ad quotidianam febrem, ſi ſolus aut cum ſucco marathri potatus ſit. Semen apij pluſquam frondes eſt diureticum. Hippocrates: Frondes apij plus urinam prouocant, quàm uentrem cõſtipent, & radix magis omnibus uentrem humefacit. Sed tamen ſemen fortioris actionis eſt quàm frondes, & radix quàm ſperma. Eſt & aliud genus apij quod uulgus cerefoliũ dicit, calidum in tertio gradu, ſiccum in ſecundo. Quod cum melle potui datum, urinam & menſtrua prouocat, lateris dolorem, renum & ueſicę placat. Ventris torſiones de groſſa uentoſitate mitigat. Stomachi uentoſitatem, & epatis & omnium uiſcerum diſſoluit, & oppilationem aperit. Eſt & aliud genus apij quod dicunt petroſelinum calidum & ſiccum in fine tertij gradus. Vnde Galen. Petroſelinum cataplaſmatum puſtulis aut morpheæ aut ſcabiei, mire ea mundificat. Semen eius urinam & menſtrua prouocat, uentoſitatẽ & inflationẽ diſſoluit. Valet hydropicis, & periodicis febribus. Dolorem renũ ac ueſicę amputat, epar & uuluã mũdificat, oppilationẽ aperit, maxime ſi fuerit in renibus. Ventoſitatem colicę paſſionis diſſoluit. Vuluę ſuppoſitum menſtrua prouocat, ſecundinam & mortuum fœtum expellit.

Cyclaminus calidus & ſic. in tertio gradu. Potatum cum uino morſus reptilium curat. Eſt etiam contra uenenum. Vſtum & cum aceto temperatũ, & locis, ſchiaticis impoſitũ, cito dolorem placat. Superq; alopeciam impoſitum, eam optime curat.

Satyrion calidum & ſiccum in tertio gradu. De quo duo exagia potata cum uino libidinem augmentant, & coitus deſiderium corroborant. Galenus & Dioſcorides in hoc concordantes dixerunt, Satyrion eſſe paralyticis utiliſſimum, colla poſt tergum conuerſa habentibus. Si cum uino nigro bibatur, uentoſitatem ac gibboſitatem curat.

Liguſticum calidum & ſiccum in tertio gradu. Cibum digerit, oppilationem epatis de frigido humore aperit, dolorem ſtomachi mitigat. Ventoſitatem

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 395 sur 404

©BIUM

ſitatem & inflationem, rugitum & torſionem diſſoluit. Vrinam & menſtrua prouocat.

Dictamnum cal. & ſiccum in tertio gradu. Vuluam de groſſis, & melancholicis humoribus mundificat. Bibitum autem uuluæ ſuppoſitū menſtrua prouocat, ſecundinam & mortuum fœtum expellit.

Lacterides cal. & ſic. in tertio gradu. De quibus drachmam unam potata phlegma & cholerā nigram purgat. Valet hydropicis. Radix ſimiliter operatur. Succus auribus diſtillatus, dolorem aufert. Cataplaſmatus cū farina hordei, diuturna & phlegmatica apoſtemata diſſoluit. Impoſitus cū terebēthina apoſtema uuluæ uelociter curat, & cito aperit. Coctus cū aceto, & frigidis podagris cataplaſmatus eas celeriter curat. Ore ex eo & aceto loto, dentium dolorem aufert. Succus eius cum aceto temperatus ſcabiem, morpheam, & omnem corporis maculam mundat. Miſcetur etiam aliquando medicinis uomitum, egeſtionem, & menſtrua prouocantibus. Vnde fit ad hoc multum conueniens. Eius oleum frigida corpora calefacit, & ualet contra impetiginem, & omnem faciei ſordiciem. Sonum etiam aurium & auditum grauem amputat.

De quarto gradu.

OPortet nos prius quàm de ſimplicibus ſpeciebus medicinæ incipiamus uirtutem in quarto gradu exiſtentem habentibus, diſputare de antiquorum dictis, qualiter ipſi de quarto gradu ſenſerunt, ne quod in prædictis particulis diximus artem medicinæ ingredientibus inſufficiens uideatur. Antiqui autem concordati ſunt dicentes, unamquamque rem eſſe calidam aut frigidam, humidam aut ſiccam. Quorum quidem intentio ad temperamentum humanæ complexionis fuit. Humana enim complexio cæteris animalium cōplexionibus temperatior eſt, & mediocritati propinquior. Intentio item medicorum nō eſt, niſi ad ſanos cuſtodiēdos & infirmos ſanitati reddēdos. Ideoq; medicinā humanis corporibus cōparauerunt. Quocirca cum in uenimus aliquid ſenſui guſtus nullam paſſionem ingerens, ſed ex eo ſenſus delectatur, quemadmodum delectatur in aqua tepida, intendimus infra quatuor qualitates eſſe. Nulla etiam qualitas dominari conſpicitur. Quare temperamentum id eſſe diximus. Quod ſi ſenſum ex eo pati conſpicimus abſque ullo nocumēto, cognoſcimus illud à temperamento humanæ complexionis eſſe tranſlatum, in illam qualitatem quæ in illo oſtenditur menſura unius gradus. Si autem patitur guſtus ex illa re paſſionem ingerente, nocumentum tamen aut dolorem ſenſui non attribuit, cognoſcitur temperiem humanę complexionis duobus gradibus exiſſe. Rurſus ſi illius rei qualitas plus augmētauerit, eāq; ſenſus

©BIUM

ſenſus pati non ualuerit, niſi cum magno dolore, atq; nocumẽto, uidetur humanæ cõplexionis tribus gradibus tranſiſſe. Quod ſi ſenſus nullatenus eam pati ualuerit, ſed ab ea deſtruitur, aut ẽ ũmagna ſeparatione ſi fuerit calida, aut cum nimia conſtrictione ſi fuerit frigida, credimus eam ultimum humanæ complexionis tranſiſſe, & conſiſtit in quarto gradu. Et quoniam ſenſualiter nequit cõprehendi in quem gradum res deſtructa aſcendere ualeat, poſuerũt antiqui finem in quarto gradu. Quia poſt deſtructionem rei nullam formam inuenit ratio quam comprehẽdere poſſit. Medici tamen hos quatuor gradus in tribus partibus diuiſere, principio, medio & fine.

Pyrethrum calidum & ſiccum eſt in quarto gradu. Linguam enim urit, & nimiũ phlegma attrahit. Ideoq; dentibus de frigiditate & humiditate dolentibus ualet, ſi calefactum dentibus imponatur, aut gargarizetur. Guttur & uuam de phlegmatico humore mundificat. Linguam frigiditate & humiditate grauatam alleuiat. Alexander & Stephanus teſtantur, pyrethrum tritum & cũ melle potatũ epilepticis ualere. Collo quoq; ſuſpẽſum, aut naribus applicatum ſubuenit infantibus epilepſiam habentibus. Cum oleo mixtum & dorſo ac femori inunctũ ante rigoris acceſſionem, eum uenire prohibet. Valet etiam paraliticis, & neruorum molliciei, & totius corporis de frigiditate & humiditate. Toto corpore ex eo perũcto, ſudor prouocatur. Staphiſagria pro eo poni poteſt, ſi unum pondus & dimidium ſtaphiſagrię pro uno pyrethri ponatur.

Chelidonia eſt radix intus & extra citrina & perlucida. Cuius ſapor eſt amarus, & odor ponticus, quæ naſcitur in India. Quidã dicũt eſſe radicẽ calami Indię. Cuius natura cal. & ſic. in quarto gradu. Succus eius uiſum mundat & acuit, groſſosq; humores in eo exiſtentes deſiccat. Quia cum uino potatus, ualet ictericię, quę eſt de oppilatione epatis. Quæ maſticata dentiũ dolorem placat, pro qua communis chelidonia poni poteſt.

Euphorb iũcalidum & ſiccum in quarto gradu. Attenuat & urit. Ideoq; uiſcoſum phlegma incidit, & purgat in quocunque loco corporis ſit. Anguſtiam tum ſiccitatem, & diſcoriationem generat. Ideoq; eius acumen cum bdellio, cinnamomo, ſpica, caſſia, aſaro & his ſimilibus mitigari conuenit, ſicut his pondus ſcrup. 1. & dimidium uſq; ad unum perfectum miſceatur. Euphorbium cum melle collyriatum, catarrhactis oculorum prodeſt. Temperatum cum oleo & guttatim auribus diſtillatũ, ſonitum dolorem, & grauedinem ab eis amputat. Cum aromaticis potionibus bibitum, iſchiaticos ſanat. Temperatũm cum oleo ueteri, aut laurino oleo ueterẽ allopeciã curat.

Antimonium calidum & ſiccum in quarto gradu. Valet oculis ſi miſceatur collyriis, quia neruos oculorum cõfortat, & omnem putredinem & nocumentum curat. Superfluam carnem palpebrarũ rodit, dolorem mitigat, uuluam ſanat, ſanguinem fluentem conſtringit. Seniores eo utentes, incolu

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 397 sur 404

©BIUM

mes oculos habent, quia omnem maculam curat, maxime si parū * cum eo misceatur.

Argentum uiuum cal. & humidū, in quarto gradu. Ideoq; pediculos & omnia reptilia necat. Cum litargyro & oleo & aceto mixtum fit bonum unguentum ad curandum scabiem & pustulas. Diascor. dicit: Argentū uiuum bibitum, bibenti mortem tribuit. Cuicunq; etiam membro adhæret ipsum percutit & corrodit. Quod si ad ignem ponatur destruetur & fumum facit. Cui fumo quisquis appropinquauerit mollificatur ossa, & nerui deficiunt, & lacerti eius: omnia etiā mēbra quę propter uolūtarios motus sunt cōposita. Vnde plurimū incidunt in paralysim, tremorē, & sudorē, & inanimatæ actionis corruptionē, & habēt pessimū colorē, & putridū os, & siccitatē cerebri. In quocūq; loco fuerit fumus argēti uiui fugiūt aut moriunt reptilia.

Alumen diuerso modo est. Vniuersaliter tamen cal. & sic. in quarto gradu. Est stipticū & mūdificatiuum, uisusq; obscuritatis clarificatiuum. Superfluam carnē palpebrarū & omniū membrorū rodit. Pessima uulnera sicut farsam, aceto & gallę equali pōdere mixtum cohibet ne sanū corpus perambulet. Aceto & melli mixtum dentes infirmos mundificat & confirmat, timentes gingiuas mitigat, & sanguinem de ore fluentē cōstringit. Scabiem & pustulas sanat, si ex eo fricent, aut ex aqua in qua infusum fuerint lauent.

Anacardi cal. & sic. in quarto gradu. Valent omnibus capitis doloribus de frigiditate & humiditate uenientibus. Memoriam custodiunt, molles neruos confortant. Soli tamen accepti, mortem aut lepram inferuut. Oportet ergo ut cum alijs odoriferis speciebus tribuantur.

Allium duplex est domesticum & syluestre. Domesticum tamen calidum in medio quarti gradus. Quod nocet calidis naturis. Acutam enim cholerā rubeam cito se comburentem generat. Sed phlegmaticis & eis qui ad paralysim parati sunt, prodest, sperma desiccat. Oppilationem grossam q; uentositatem dissoluit. Vnde Hippocr. Alliū solutionem & urinam prouocat, uisui tamen nocet. Quia propter multam solutionem & desiccationem quam agit, uisus siccat & deficit. Valet cōtra morsum reptiliū, & omnes frigidos dolores quasi theriaca magna. Vnde quidam dicunt illud theriacum rusticorum esse. Dioscor. Allium grossam uentositatem dissoluit, uentrem humefacit, lumbricos & ascarides excludit, urinā prouocat, morsum rabidi canis curat. Eis autem qui malam aquam potauerunt subuenit. Cataplasmatū locis grossos humores habentibus, eos dissoluit. Dolorem dentium de frigiditate mitigat. Sitim propter phlegma in stomacho coadunatum amputat. Scabiem, morpheam, impetignem, & pustulas in quocunq; loco sint, curat, si ex eo fricentur aut cataplasmentur. Menstrua etiam prouocat, & secundinam excludit, si in eius apozemate mulier sederit. Syluestre allium uirtutem habet sicut domesticum, sed tamen calidius & siccius est.

Arsenicum

©BIUM

Arſenicū duobus modis eſt, citrinū & rubeū. Vtrūq; tamen cal. & ſiccū in quarto gradu. Rubeū uero minoris caloris eſt. Vnde Ariſtot. libro de lapidibus intitulato: Quodcunq;, inquit, arſenicū ad ignē donec albi fiat coloris uratur, & cum eo aliquantulū nitri miſceatur, deinde æri rubeo madefacto ſupponatur, æs illud in album mutat colorem. Rufus inquit: Arſenicū cum reſina mixtum, allopeciam tollit, & pici coniunctum aſperas ungulas lenit. Cum oleo mixtum, pediculos necat. Cum oleo roſato temperatū puſtulas & hæmorrhoidas ani curat. Tritū & cū lacte mixtū muſcas occidit. Quod ſi rubeum arſenicū cum hyoſcyamo teratur, & ex eo pecten & alæ prius pilis euulſis ungantur, nunquam pili in eis locis renaſcentur.

Cōdiſi cal. & ſic. in 4. gradu. Pulueriza tū & naribus inſufflatū, ſternutationē prouocat. De quo etiā quantū oportet potatū, uomitū irritat, urinā & menſtrua prouocat, groſſum phlegma, choleramq; nigrā extenuat & expellit. Groſſam capitis uentoſitatē diſſoluit, cerebrum mundificat. Fœtum poſt tres menſes mortuum expellit, ſi cum melle tēperetur & uuluę ſupponatur.

Calx cal. & ſic. in 4. gradu. Quę mixta cum ſeuo & oleo ualet puſtulis & putridis apoſtematibus. Vulnera etiam & omnem inciſionem conſolidat.

Cadmia tribus modis eſt. Quę dā enim eſt Indię, quę eſt lapis ſubtilis & albus, & inuenitur in ripa maris Indiæ. Eſt & alia marina, & reperitur in antris marinis Indiæ, quæ uiridis aſpera & perforata eſt. Eſt & alia metallica & in Africa inuenitur, Hiſpania & Scythia. Cum ea os tingitur ut fiat citrinum. Omnis tamen cal. & ſic. eſt in 4. gradu, & ſtiptica. Superfluam carnem uulnerum deſiccat, & bonam carnem generat. Humores ab oculis fluentes mixta collyrijs curat. Vulnera, tumores, puſtulas & fiſtulas ſanat.

Dragagantū quadruplex eſt. Vnum eſt quod fit in India, & eſt album, ſicut ſal. Eſt & aliud ueniens de Africa quod eſt puluis citrinum habens colorem. Eſt & alia quod fertur à Gallia, & dicitur terra Francigena. Eſt & aliud quod in quadam inſula Cypri, quod cęteris eſt melius, reperitur. Natura horum cal. & ſic. in 4. gradu. Palpebras oculosq; mundificat, putrida uulnera corrodit. Cum ſucco porri mixtum, ſanguinem à uulnere fluentem cōſtringit. Superfluam carnem rodit & putrida uulnera mundat. Vnde minus eſt laxatiuum, & plus deſiccatiuum. Sanguinem de naribus aut de quocunque loco manauerit, conſtringit.

Æs uſtum calidū & ſiccum in quarto gradu. Vulnera mundificat, oculorum tenebroſitatem clarificat. Superfluam carnem uulnerū deſtruit. Peſſimis uulneribus ne dilatentur repugnat. Sed lotum fit utile humidis natura, ſicut eunuchis pueris & mulieribus.

Flos æris cal. & ſic. in quarto gradu. Carnē ſuperfluam cōſumit. Viſum clarificat & acuit. Cum magna uſtione carnem in naribus uel in ano natā incidit. Sed cum uino mixtus melior eſt. Cum melle uero temperatus & pala-

Constantini Africani post Hippocratem et Galenum, quorum, Graece linguae ... - page 399 sur 404

©BIUM

to ex eo peruncto, putredinem uuæ & palati excludit. Sed quę de ęre & aceto & ſimilibus cõponuntur, eiuſdẽ naturæ ſunt cuius flos æris. Plus tamen urunt & incidunt, quàm flos ęris. Proinde cũ ex illis unguentũ cõponimus, propter uulnera miſcemus cũ oleo roſaceo, maſtiche, cera, & his ſimilibus

Hyoſcyamus triplex eſt, albus, niger & rufus. Sed albus conuenit medicinę, & rufus albo nõ inuento. Sed niger omnino cauẽdus eſt quia mortiferus. Dimidius ſcrup. albi cum mellicrato bibitus ſanguinem de quocunque loco manauerit, ſtringit. Stomachum pręſtat, & tuſſim mitigat. Dentibus impoſitum dolorem aufert. Cataplaſmatum calida apoſtemata, calidoſq; tumores refrigerat. Mixtum collyriis calidam ophthalmiam, tumorẽ, & dolorem oculorum mitigat. Eſt autem frigidum & hum. in quarto gradu.

Naſturtium duplex eſt, album & rubeum. Vtrumq; tamen cal. & ſiccum in quarto gradu. Pectus & pulmonem de uiſcoſo phlegmate, & coagulato mundificat. De quo 5. drach. tritę, & cum calida potatæ uentrem ſoluunt, & uentoſitatem inteſtinorum propter colicam paſſionem diſſoluũt. Aſſum propinatum uentrem cum egeſtione conſtipat. Valet contra teneſmon, & diſcoriationem inteſtinorum de frigiditate factam ſanat. Hippocrates: Naſturtium, inquit, calefacit, & phlegmaticã humiditatem ueſicæ educit. Dioſcorides: Naſturtium lumbricos & aſcarides occidit, tumidum ſplen diſſoluit, coitum augmẽtat, & puſtulas curat. De cuius apozemate capite loto uiſcoſi humores & putridi excluduntur, ſanguinem confortat. De quo domibus ſuffumigatis, reptilia fugantur. Tritum & potui datum, ualet morphęę. Corpore quoq; ex eo loto, ſimiliter operatur. Temperatũ cũ aceto & iſchię impoſitum, dolorem mitigat.

Nitrum eſt diuerſo modo. Eſt enim quod uenit de Armenia. Eſt & aliud quod fit in Arabia. Nitrũ tamẽ uniuerſaliter eſt lauatiuũ, colatiuũ, & mundificatiuuum. Lauat enim interiora & exteriora corporis, maxime ſi cum aceto miſceatur. Puluerizatum & capillis aſperſum eos ſubtiliat. Stomacho uero nocet maxime ſuæ neruoſitati. Mixtum cum laxatiua potione, adiuuat eam, & de ſtomacho feſtinanter eam deſcendere facit. Ariſtoteles dixit illud uiſcoſum phlegma mundificare ſi in potione mixtum fuerit. Clyſterizatum uentrem ſoluit, quia in inteſtinis morſionem generat. Si autem quibuſdam oleis temperetur, & corpus ante rigorem febris inungatur, prohibet eum ne ueniat, ſudorem prouocat. Mixtum cum aceto & gargarizatũ, ſanguiſugam gulæ annexam excludit. Mixtum cum oleo ualet albedini oculorum. Cum aceto mixtum, & auribus inſtillatum, ſonitum & grauedinem & uentoſitatem aufert. Humores ad eas currentes deſiccat. Cum aceto potatum fit contra mortiferos fungos, & nocumentum ab eis factum curat. Iuuat etiam mulieres de quarum uuuis fluunt humores.

Opium frigidum eſt in quarto gradu, ſiccum in primo. In modum unius

orobi

©BIUM

orobi ſumptum ſtupefacit ſenſum, ne poſſit ſentire dolorem. Somnum prouocat. Valet etiam tuſſientibus, & diu ſolutionem habentibus. Suppoſitum etiam ſomnum prouocat temperatum. Multa tamen ex eo quantitate acceptа lumen naturalis caloris extinguitur, maxime quibus naturalis calor eſt defectus, & accidētalis cordibus eorū dominatur, ſicut hecticis & inſipientibus, ictericis. His etiam mortiferum eſt. Sed ſi aliquantulum opij cum oleo roſato temperetur, & fronti temporibusq; inungatur, cholericū capitis dolorem qui eſt ſine catarrho amputat. Mixtū cum amygdaleon & modico croco, & mirrhę, ac guttatim auribus diſtillatum dolorem mitigat. Cum lacte & croco mixtum, calidæq; podagrę cataplaſmatū dolorem ſedat. Cum aceto temperatum, & eriſipelæ impoſitum ardorem extinguit. Mandragora eodem modo facit.

Petroleū eſt oleum cuiuſdam lapidis, cuius color niger eſt, fortem & horribilem odorem habet. Quod ſi coquatur fit albi coloris. Vtrunq; tamen calidum & ſiccum in quarto gradu. Proprietatē habet ad ſe attrahendi ignem de longinquis partibus. Valet catarrhactis & pānis oculorū. Matricis ſuffocationem curat, ſi naribus applicetur, aut ex eo fumigetur, aut uuluæ ſuppo natur. Vuluæ etiam extra exunti repugnat. Et illi qui timent ſe epilepſiam incidere, ſi ex eo fumigentur mox eam patiuntur. Potatum cum caſtoreo & uino menſtrua prouocat. Diuturnam tuſſim, & anhelitum, & morſus reptilium curat. Iſchiaticis ſubuenit, dolorem lateris placat. Cum aceto potatum ſanguinem in quocunq; loco fuerit coagulatum eliquat.

Piperis ſemen eſt cuiuſdā arboris in India naſcentis, quę radices quaſi cōſtus habet. Cuius fructus ſunt ſicut ſiliqua faſeoli, & dicūtur piper longum. Cuius concauitas paruis granis ſicut milium impletur. Quæ cum tempus maturandi perfecerint, fiunt in eis quaſi gingiui pleni ſeminibus quę dicuntur piper: Sed quotquot ex ſiliquis ante completam maturationem ab arbore auferuntur, fiunt coloris albi ſemina, leniſq; ſuperficiei habentur, & uocatur piper album. Eorum aut quæ maturantur in arbore ſeminum fit color niger, & ſuperficies aſpera. Vnde Dioſcor. Piper nigrum calidius & ſiccius albo. Propter hoc antiqui dederunt piper album ad confortandum, & parum calefaciendum. Nigrū autem ad incidendum, & urendum, & nimis calefaciendum. Album etiam calidum in initio primi gradus, & ſic. in fine quarti. Nigrum autem calidum in medio quarti gradus, & ſiccum in initio eiuſdem. Vtrunq; tamen ualet tuſſientibus, epaticis, ſtomachicis, de frigiditate patientibus. Neruorum dolorem placat, ſtomachum, pectus, & pulmonem mundificat. Datum cum frondibus lauri torſionem uentris mitigat. Maſticatum, phlegma uiſcoſum diſſoluit. Mixtum collyrijs ualet obſcuritati oculorum de phlegmate. Cum oleo tritum, & corporibus ante rigorem inunctum, eum procul dubio amputat.

Ruta

©BIUM

Ruta duobus modis eſt. Eſt etiam domeſtica & ſylueſtris. Sylueſtris calida & ſicca in quarto gradu. Domeſtica in tertio. Vtrunq; groſſum & uiſcoſum phlegma, uentoſitatem & inflationem & ſingultum diſſoluit. Cum oxymelle bibita ſperma deſiccat, & deſiderium coitus mortificat. Eſt etiam conueniens inferioribus inteſtinis, quia inflationem & uentoſitatem ab eis excludit. Cocta cū aceto & eius apozemate bibito, omnem uentoſitatem & uiſcoſum phlegma diſſoluit. Cocta cum oleo, & clyſterizata, eadē melius operatur. Quotquot aſcarides & lumbricos inuenit, occidit & excludit. Cocta cum uino & potata, ualet hypoſarcæ. Mixta cum ſucco marathri & melle & collyrio ex eo compoſito, ualet oculorum obſcuritati, & incipientibus catarrhactis. Manducata urinam & menſtrua prouocat, & morſus reptilium curat. Cataplaſmata cum melle ualet impetigini, ſcabiei, & morpheæ.

Sulphur calidum & ſiccum in quarto grado. Vnde Dioſcor. Sulphur calefacit & diurnas tuſſes curat, & maturat, ſaniem pectoris excludit. Mixtum cum aceto ualet ſcabiei, impetigini, allopeciæ. Arbore citrinorū pomorum ex eo fumigata, mox omnia poma ab ea decidunt. Quod ſi roſei aut rubicundi panni aut flores ex eo fumigentur, fuerit albi coloris. Mixtum cum melle & nitro ualet ſcabiei & impetigini & puſtulis. Puluerizatum corpori; q; ſtratum, ſudorem egredi prohibet. Rheuma & catarrhum curat. Cum nitro & aqua mixtum, calidam podagrā mitigat. Dicit Ariſtot. Aquam ſulphureā, puſtulis, ſcabiei, impetigini ualere, corporibus inde lotis. Morſus reptilium & leonis & diuturnas febres, melancholiam, atq; uuluę dolorē placat & curat. Mulierē concipere prohibentes humores uuluę accumulatos excludit.

Semen nigri papaueris, frig. in initio quarti gradus, ſic. in medio. Bibitū conſtipationem generat, naturalem calorem diſſipat, eiusq; lumen obſcurat. Proinde nocet his quibus calor defectus eſt, ſicut hecticis & inſipiētibus quorum humiditas naturalis cerebri deſiccata eſt. Naturalem etiam capitis calorem deſiccat, ſenſumq; debilitat, & defectat, atque animalem interficit uirtutem. Vnde aliquando ex eo modicam damus quantitatem, cum uino, eis uidelicet qui ſolutionem patiuntur, & mulieribus de quarum uuluis multi manant humores. Nonnunquam etiam illud frontibus cataplaſmamus uigilias patientibus.

Sinapis cal. & ſic. in medio quarti gradus. Humores capitis & ſtomachi diſſoluit, grauitatem linguę alleuat, propter paralyſin. Bona etiam tumido ſpleni. Capiti cataplaſmata, lethargiam, alopeciā curat. Gargaritata uel maſticata phlegma capitis & omnium inteſtinorum & inſtrumētorum linguæ excludit. Naribus applicata ſternutationem prouocat, epilepticos excitat. Hippocrates: Synapis, inquit, ſoluit uentrem, ſed urinam non prouocat. Valet omni dolori qui eſt de phlegmate, & choleram nigram & humores interius exiſtentes extra ducit.

Sal quatuor

©BIUM

Sal quatuor modis eſt. Eſt etiam ſal quod fit in ſalinis, id eſt, commune. Eſt etiam ſal gemma. Eſt & Indicum, cuius color pertinet nigredini, lucidum tamen & durum eſt. Eſt & aliud quod dicitur nauticū, id eſt, aqua coagulata de puteolo. Omne tamē ſal cal. & ſic. in 4. gradu, ſed nō æqualiter. Quoddam enim calidius & ſiccius altero. Sed ſal uniuerſaliter corpora cuſtodit, & putredinē ab eis mūdificat. In auro autē ruborem augmentat, & in argento alborē, ſi ex eo lota fuerint. Groſſos & duros humores eliquat & deſiccat. Cuſtodit corpora, & prohibet naturalem humiditatē ne diſſoluatur & corrumpatur. Peſſimis uulneribus impoſitū ea impugnat, ne dilatētur. Mixtū cum oleo & membris præ labore fatigatis inunctum, dolorem ab eis aufert. Cata plaſmatū cum hyſſopo & aceto prohibet farſam, ne ſana loca perambulet. Cum ſemine lini cataplaſmatum, morſus reptilium curat. Salis gemma purgat phlegma ſuauiter, & cholerā nigrā, & diuerſos putridos humores, & uelociter facit potionem à ſtomacho deſcendere. Nauticum eſt calidius & ſiccius ceteris, mūdificatiuum, diſſolutiuū. Corporū pruriginem amputat, ſuperfluam carnem palpebrarum corrodit. Valet hydropicis ſi de foris cataplaſmetur. Sal amoniacum cal. & ſic. in 4. gradu. Colat & mundificat, plus etiam in interiora quàm exteriora. Valet etiā caſui uuæ, cal. & ſic. in 4. gradu. Putridos humores curat. Vermes necat, & dolorem mitigat. Moleſtiſſimum tamen eſt & mortiferum.

Tapſia quæ ſectara dicitur, eſt herba ſuper terram ſaliens menſura unius brachij. Cuius color rubeus eſt, & frondes uirides aliquātulum habet plumbeo colori pertinentes. Cortex autem ſuę radicis exterius eſt rufus, parū attinens nigredini, ſed intus citrinus eſt. Quia cortex cōgruit medicinæ. Eſt autem cal. & ſic. in 4. gradu. Groſſos humores attenuat. Valet iſchiaticis, podagricis, & arteticis, & phlegma uiſcoſum ubicunque fuerit purgat. Miſcetur etiam medicinis impetigini, morpheæ, & ſcabiei ualentibus. Colatiuus etiam eſt & mundificatiuus.

Thitymalli cal. & ſic. in 4. gradu. Cholerā nigrā & phlegma, groſſos & uiſcoſos humores purgant. Aquam citrinam hydropicorum expellūt. Sunt tamen anguſtioſi, quia multa quantitate accepti, proculdubio mortem inferunt. Debent ergo condiri cum roſa, dragaganto, maſtiche & cum melle potentur.

Liber graduum finit.

BASILEAE EXCVDEBAT HENRICVS PETRVS, MENSE AVGVSTO, ANNO M. D. XXXVI.

©BIUM